

R
2728

R IV. Ma. 15.

CODICIS THEODOSIANI LIBRI XVI.

QIVBVS SVNT IPSORVM PRINCIPVM AVTORITATE ADIECTAE NOVELLAE.

Theodosij.
Valentiniani.
Martiani.
Maioriani.
Seueri.
Caij Institutionum lib. II.
Iulij Pauli Receptarum sententiarum lib. V.
Gregoriani Codicis lib. V.
Hermogeniani lib. I.
Papiniani Tit. I.

HIIS NOS ADIECIMVS EX VETVSTISSIMIS Bibliothecis, eò quod ad ius ciuile pertinerent, & alterius etiam responsa passim in Pandectis legerentur,

L. Volusij Metiani lib. de Asse.
Iulij Frontini lib. de Controuersijs limitum, cum Aggeni Vrbici Commentarijs.

BIBL: ACADEM: DORPATENS:

EXCVDEBAT BASILEAE HENRICVS PETRVS, MENSE MARTIO, ANNO M. D. XXVIII.

Cum gratia & priuilegio Cæsareo.

4-IV B
3008
i 32295625

SERENISSIMO

FERDINANDO, HVNGARIAE, BOHEMIAE, DALMATIAE, CROATIAE, &c. Regi, huius nominis primo, Infanti Hispaniæ, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Styriæ. Principi optimo, atque potentissimo, Io. Sichardus.

BENE mihi ac sapienter fecisse uidetur M. Tullius, Serenissime Rex, qui de legibus dicturus, ne id illotis manibus facere uideretur, à dijs immortalibus tanquam iusto exordio auspiciũ sumit. Hoc, opinor, consilio, ut quarum inuentionem sine controuersia dijs ipsis deberemus, eas etiã hijs ipsis curæ esse significaret. Nec enim aliud quicquam spectare aut debuit, aut potuit uir eloquentissimus, idemq; legum consultissimus, nisi ut uel hoc lenocinio leges nobis commendaret. Quod per seipsum, ut nihil aliunde accedat, cum omnino magnũ sit, tamen non ita multum momenti habiturũ erat, nisi alia sint quæ prolixius etiam admirari nos conueniat: nempe cõmoda quæ inde ad nos tam benigne demanant. Si enim laudem meretur, eamq; non postremã, qui rebus afflictis atq; exulceratis uiam circunspicit, qua consulatur reip. incolumitati, nec quidem longe duraturæ, quæ ferè cura tui similibus, Maxime Rex, incumbit, quantum nos demum debere ipsis fatebimur legibus? quarum perpetuum est beneficiũ, quod in ocio, atq; rerum publicarũ tranquillitate uiuitur. Hæ enim tanquam uincula quædam & resp. continent, scopas alioqui futuras dissolutas, & ut in spem profectus, adeoq; immortalitatis uenire possint, efficiunt. Hæ rudes homines etiamdum, atq; ab omni ciuilitate alienos, in amicitiam primũ redegerunt: coniuncti, ut bene beateq; uiuerent pepererũt. Postremo, usq; adeo est necessarius earum usus, ut è cœlo solem sustulerit, qui eas è medio tollat, sine quibus ne quidẽ momentũ durare uita hominũ queat. Etenim dum hoc nobis persuasum est, quod esse necesse est, Magistratũ plebeis, legem autẽ Magistratui præesse atq; dominari, fit ut officium suũ omnes faciant: æqua uidelicet omnibus parendi conditione proposita. Nec enim eiusmodi tragœdiarum, tumultuũ, deniq; bellorum, quibus nunc omnia perstrepunt, ne dicam capitaliter laborant, aliam causam unquã in animum induxi, quàm quod fatali quodam huius seculi uitio legum nullus amplius, ueluti Megarensium respectus haberetur: per quas omnino stat, ne temere omnia permisceantur. Cuius rei argumenta, ne longe exempla petantur, non ita obscure uidere licet, quoties uel leuis belli suspicio increbescit. Tum protinus, tanquam legibus obliteratis, palamq; nuncio remisso, audendi patrandiq;, ut quidq; in mentẽ uenerit, magna homines libido inuadit. Vt documentis iam utinã non tam multis constet, nec sine legibus publicũ ocium, nec in bellis ullo pacto leges autoritatem suã tueri posse. Cum enim lex sit ratio summa, insita in natura, quæ iubeat ea quæ faciẽda sunt, prohibeatq; cõtraria, necesse est male agi de rebus humanis, sursumq; ac deorsum omnia ferri, eo iusso ualere, cuius est muneris, ut innocenter uitã transigamus, atq; in uita quæ amplectenda sint cognoscamus. Exulantibus uero ab usu hominũ legibus, quid prohibet ius fasq; omne semel abijci? quod à legibus tanq; capite quodam originẽ ducit. Contempto uero iure, quid est quæso sceleris, quod designare quenq; tandẽ pudeat? An non satius sic fuerat, omnino ne quidem nos in lucẽ editos, quàm in has hominũ intemperies prostitui uerius quàm nasci? Vbi nec si uelis temperare tibi à uitijs possis: nec si possis impune ausis, præsertim tam recepto delinquendi more, ac tanta ad quamlibet impetendorũ hominum libidinẽ

Leges deorũ inuentum.

Reges legum uindices.

Legum beneficia.

Contemptus legum bella parit.

Lex quid sit.

aperta feneſtra. At habent etiã belli homines quod dicant: Quid, inquiunt, Chriſtianis cum legibus? Quaſi uero eiuſmodi ſit eorũ uita, qui hoc ſibi nomine præcipue placent, in quorũ moribus nihil ſit relictum legibus, quod emendent. Cum ex magna parte tales ſint, qui hoc titulo ueluti triumphant, qui cum intercutibus uitijs madeant, ne deprehenſi pœnas legibus dare cogantur, Chriſtianiſmi neſcio
Leges igne aquaq; magis neceſſariæ. cuius prærogatiua freti, rem non minus quàm aquã ignemq; neceſſariam uocifera tionibus ſuis apud uulgũ reddunt exoſam. Quod tamen ipſum erã moderate laturus, ſi eam libertatẽ hijs cogendis in ordinẽ ſumerent, quos nullo linguarũ præſidio, nullis literis, nulla antiquitatis cognitione huc ferè operã uidemus ponere, ut quamplurimæ ferantur lites: Quæ hominũ ſunt, nõ rei ipſius uitia. Quod ſi ea quã ex legibus ſperamus, neſcio enim an aliunde, concordia paulo propius cõmendetur orbi, eſurirent planè miſeris modis, cogitarentq; de ſtiua, quos nunc & in purpura nepotari, et in aulis Principũ, abſit inuidia uerbo, ferè primas tenere uidemus. Nec dubito nunc futuros, Sereniſſime Rex, qui flagitium me facere clamẽt, ferro
Gn. Flauius. igneq; piandũ, q ueluti alter Gn. Flauius, cornicũ oculos cõfigere coner. Quibus ſanè aulœdis ſuas ego tricas, atq; præſtigioſam iuris profeſſionẽ nõ inuideo, quã ſine riuali & amplectatur, & manibus ferant. Hoc uiciſſim donẽt, ut leges ab iniuria, qua perpaucorũ culpa laborant, liceat mihi aſſerere, eamq; quã falſo legibus impingunt, in eos iure ſuo transferre, q tum demũ maiorũ ſibi gentiũ Iuriſconſulti uidentur, cum meliorũ literarũ inopes, ad neſcio quos Accurſios, ueluti ſcopulos cõſeneſcunt. Non quod in uniuerſum damnẽ id genus ſcriptorũ, quorum autoritatẽ ſine graui piaculo cõuelli poſſe non exiſtimãt. Sed qs feret præ illis legũ germanarũ ſtudia & male uulgo audire, & palàm etiã ſordere, abijciq;. Non enim poſſum nõ ingemiſcere, ſi quando in mentẽ ſubit, ad iuſtitiã nos eſſe natos, quæ cum ſit inſita natu
Bene uiuere ſecundum Stoicos. ræ, naturæ autẽ ductũ ſequi ſit bene beateq; uiuere, Stoicorũ ſententia, pergere tamẽ porrò male feriatos quoſdã, optimas q; horas, quas nõ paulo conſultius aliò locarent, in eo conſumere, ut non naturæ ipſi, ſed malitiæ ac fucis, nõ æquitati, ſed quæſtui ſeruiſſe uideãtur: Tum ſe digitis cœlũ exiſtimantes attingere, ſi aliorũ ineptias per ſe ſatis ac ſuper orbi graues, aliqua adiectione locupletẽt. Vt eò iam planè uentum ſit, ut quo quiſq; deſipiat miſerius, legesq; prodat impudẽtius, quæ nõ ita multo negocio à quouis felicius erudito intelligi poterãt, hoc fiat maioris apud eius farinæ hominibus pretij, quibus uoluptas eſt non intellecta aliis atq; aliis tenebris in
Æquitatẽ relinquere, uerbaretinere. uoluere. Vt rectiſſime mihi Cicero dixiſſe uideat: Permulta præclare legibus cõſtituta fuiſſe, quæ Iureconſultorũ ingenijs corrupta ac deprauata tandẽ ſint. Quos & æquitatẽ reliquiſſe, uerba uero retinuiſſe dolet. Quod & nobis dolendũ, ſi unq; aliàs, qs nõ uidet, Sereniſſime Rex? Cum optimas leges, adeoq; naturæ cõuenientes huc
Legum pernicies. loci quorundã, neſcio dicam ne arrogantia, an extrema ſtultitia delapſas uidemus, ut uel oculatiſſimis, emunctæq; naris hominibus uix liceat per altiſſimas tenebras uoluntatẽ legum, hoc eſt, medullam animãq; introſpicere. Id q d' fieri neceſſe fuit, dum hic omnia tribuit Principi, putatq; licere quod libeat. Alter hijs adquæſtũ abutitur, putatq; tum ſe deũ, ſi plauſtra legum integra uno ſpiritu euomat, eaq; in re totius cognitionis ponit ſummã. Alter operã dat, lucello forte adductus, ut miſeris imponat, tanq; nebulis quibuſdã ob oculos ſparſis, oppugnatis interim, atq; non raro cõſtupratis etiã iudicũ animis. Cum interim optimo cuiq; occurrat, natura nimirũ magiſtra, in quã partẽ id totũ accipere cõueniat, de quo controuertũt, diſſentiũt, ac
Fundamentũ iuris eſt dili tandẽ apte in pugnã prouocant, nõ ſecus ac ſi res ſit pro aris, aut magnopere digna, *gere homines.* in qua ſic neruos extendant. Si enim fundamentum iuris eſt DILIGERE HOMINES, id quod M. Tullio uiſum eſt, q̃d non hac ceu regula leges metimur? Callidis interpretationibus, quibus funditus euerſa ſunt omnia, quid per deũ relinq̃tur loci? Quibus rimas uenamur, ſi quo modo elabi poſſimus, ſi ſtringimur, uel urgemus, ſi

cauſa caſuros nos uereamur. Etenim ſi ueritatis ſermo ſimplex nihil offuciarũ requirit, quo nõ mendacij impoſturæq; nomine rei agentur, qui in literarũ minutijs, uerbo
Callidæ interpretationes legis peſſundederunt. rũq; interpunctionibus occupati, anxie odorãtur, ecquid præſenti occaſioni momẽto eſſe queat? Inde uſuueniſſe, prò deũm atq; hominũ fidẽ, uidemus, Sereniſſime Rex, ut in locũ Iuriſperitorũ, quos eſſe integerrimos, rectiq; tenaciſſimos oportebat, irreperint uafri quidã pecuniarũ aucupes, opinionibus, non ipſa natura ducentes ius cõſtitutum. Quo ſanè neſcio an quicq; poſſit dici capitalius. Quod ſi quis aliqua dei benignitate queat è medio tollere quæſtus gloriæq; ſtudiũ, atq; id genus alias faces publicorũ morum, non dubiũ eſt quin optime conſuleretur iuri, cuius ferè nihil ex tantis rerũ humanarũ cladibus præter ipſum tenemus nomen. Sed cum non deſint paſſim,
Iuris uix nomen nudum retinemus. qui plus peruerſorũ iudicijs, quid autẽ iudicijs? imò affectibus, ac legũ nundinationibus, quàm genuinæ æquitati tribuant, nõ eſt cauſa cur ad meliorẽ nos ſpem eriga-
Recti cognitio nobis inſita. mus. Natura enim recti cognitionem nobis inſeuit, adeo ut quod non legerimus, non didicerimus, id aliquando multo rectiſſime ipſo naturæ ductu aſſequamur. Vnde nõ temere hanc eſſe natã ex ipſis humanæ naturæ penetralibus uocẽ mihi perſuaſerim: QVOD TIBI NON VIS FIERI, ALTERI NE FECERIS. *Prima lex Chriſtianorũ.* Qua nõ ſolum unica, ſed & abſolutiſſima uſos antiquitus uidemus, qui Chriſtiano nomine cenſerentur. Quã ſi tenuerimus, quid ſupererit, niſi ut Cõmentarijs illis proſixis laqueũ mandemus? Quæ non raro cũ ius ipſum obſcurãt, tum in eiuſmodi uerſantur ineptijs, quas ſit deploratas ſatius abijcere, quàm uel leuiter, ac per tranſennã attigiſſe. At non deſinunt tandẽ odioſe in ore habere, Grammaticis, ſic enim uocant recte eruditos, nihil cum legibus, ueluti profanis, rei eſſe oportere. Cum interim ſingulas ipſi uoces, addo etiã ſyllabas ſic proſequũtur, ac ſi rem habeãt cũ pueris, uixdũ primis literis initiatis: id tamen totũ tam puerĩliter, ut à riſu uix tibi temperes. Cuiuſmodi enim ſunt, cedo, uoces à Decumanis illis, ſi dijs placet, Doctoribus prolatæ? *Decumani Doctores.* Hæ ſunt literæ quæ legi non poſſunt: cum uidelicet in Græca incidunt. Aut, dic ego neſcio. Vt reliqua taceã quæ ſunt ſanè plurima, an non inſcitiæ pleniſſimæ? Attamen ne nihil dicãt, in hũc ſe modũ rideẽdos ultro propinant. Dũ enim dictionis elegantiã, quæ legibus peculiaris eſt, aſſecuturos ſe deſperant, inceptant, fingunt, atq; caſus ponunt in terminis, hæc eſt enim eorũ oratio, ut auditorẽ inuitabili decipiendorũ homi
Iuſtinianus male de legibus meritus. num arte imbuant. Vt hactenus, dicã ingenue, uere tamen, ſub prætextu iuris nõ niſi corruptelæ morũ, ſubterfugiendi, cauſandiq; technæ ſint à pleriſq; eius ordinis Iureconſultis inuectæ. Atque ut quiſq; magis hijs ſutelis præſtitit, ita uulgo habitus eſt maioris loci, legumq; doctior. Quã publicã noſtri ſeculi labem, Sereniſſime Rex, neſcio an nõ iure in IVSTINIANVM referas, cuius quidẽ animũ in abolendis ueterũ ſcriptis ut non ſumo exagitandũ, ita melius iudico de rebus humanis meriturum fuiſſe, ſi ne has quidẽ, quas nunc manibus terimus reliquias ueteris ruinæ, in tantam ſtudiorũ & æquitatis pernicie reliquas eſſe uoluiſſet. Extinctũ autẽ properaſſet haud dubie, ſi diuinare potuiſſet paulo poſt exorituros, qui contra ſententiæ ſuæ, atq; adeo edicti autoritatẽ, quo tot præclaros ueterũ labores, tanq; iniquus orbi iugulauit, prolixitatẽ illam ueterẽ & eruditam, eſſent nænijs quibuſdã non modo indoctis, ſed etiã tranquillitati publicæ obfuturis ſuperaturi. Sed dixerit aliquis occurrendũ fuiſſe opinionũ fluctibus, qui tum in ius ipſum exundabãt. Occurreret ſanè, fungereturq; Imperatoris officio in legibus purgãdis, ſed noſtro cõmodo: alioqui quid interĕrit quo animo incõmodes? Et quantulo exagitabit magis C. Caligula, quẽ autores de abo
Caligula fixit eruditorum. lendis Homeri, Vergilij, & T. Liuij ſcriptis cogitaſſe cõmemorant, quàm hic Iuſtinianus, q dum prodeſſe cupit, ſtudetq; præpoſtere breuitati, in has nos anguſtias redegit, ut male conſutũ nobis obtruderet centonẽ, inquo nec ſatis pes, nec caput appareat. Quid autẽ aliud faceret Princeps ἀναλφάβητος? Ne quid interim de Triboniano dicã. THEODOSII ergo exemplũ, eius dico cuius nunc nos Codicẽ ſub tui no-

minis auſpicio, pferimus ueluti ex orco, Sereniſſ. Rex, non poſſum nō probare, quí
Theodoſij conſilium in codice compilādo. alia uia ingreſſus gregarios quoſdā iuris ciuilis autores in ordinē coēgit, nonnullorū
minus in medio relictis. Ne tamen pleraq; in incerto poſita huc illuc pro ingeniorū
uarietate torquerētur, Conſtitutiones iſtas, ut in quaq; re quod intuerentur Iudices
paratū haberēt, ob oculos poſitas, uelut oraculū quoddā eſſe uoluit, quod publice re-
ſponſa ederet. Cuius quidē benemerēdi de nobis ſtudiū ut iure extollimus, ita culpæ
eximere Iuſtinianū non poſſumus, ſi uel obnixe ſtudeamus. Atq; hoc minus, quo fa
ctum ipſius ex Theodoſij collatione magis magiſq; nunc eſt in apto. Quē cum ſupe
riore anno ſacris tuis diplomatis fretus, è ſitu, ut pleraq; alia, primū eruiſſem Argēto
rati, eūq; beneficio amicorū facile obtinuiſſem, lectus per ociū tantū edēdi ſui deſide
riū incuſſit, ut nulla re interim maiorē me apud noſtræ ætatis eruditos gratiā inituru
confiderē, niſi ut editionē toto, ut ſic dixerim, pectore urgerē. Sed uoluntati huic ſic
publicis ſtudijs gratificari æſtuanti, repugnabat liber ita ſcriptus, ut præter mendas,
q̄bus planè ſcatebat, id tamē q̄d eſt in uetuſtis ſolenne, maximā iuſto libro deprehen
deremus deeſſe partē, atq; id nec obſcure ex Datis, quæ cum titulorū eſſent uice ſatis
accurate appoſita, legibus omiſſis ſcriptor in Interpretationes ſolas incubuerat, q̄ppe
clariores aliquātō. Quas nō poſſumus equidē alias nobis in animū inducere, quàm
Paratitla. Principū autoritate loco paratitlorū adiectas fuiſſe, quorū in edicto ſuo Iuſtinianus
quoq; meminit. Effecit hæc incōmoditas, ut de ablegādo rurſum libro cogitarē: Cō-
Ioannes Cochlæus. modū uero dum ſic animi pendeo, è Mogontia ad me exēplar aliud Io. Cochlæus, ne
quidē præmonitus miſit, uir eruditus apprime, & humanitate incredibili præditus. Vt
nō poſſim aliud dicere, quàm deos mihi hoc agēti adfuiſſe. Paulo poſt facta eſt & co
Bonifacius Amorbachius. pia Morpacenſis, beneficio Bonifacij Amorbachij, uiri ad omnia ſumma nati, amici
noſtri, diligētiſſimi quidē illius, & q̄d uel ſolū poterat ad hoc quod agerē ſatis uideri,
niſi duobus primis libris mutilū, fine quoq; caruiſſet. Quæ uero Caij, Pauli, Grego-
riani, Hermogeniani adiecimus, ea coniunctim quoq; in omnibus, quos in hunc diē
uidimus codicib. legebant, quæ ſunt haud dubiè à Theodoſio in unū cumulū cōge-
ſta hoc animo, ut eſſet quaſi promptuariū, unde Præfecti iudiciorū, ſi res poſtularet
haurirēt, quæ in quauis cauſa ad dirimēdas lites adferrent momentū. Maluit em pu-
dentiſſimus Princeps aliena legi, quàm hijs loco motis ſua ſubſtitui. Cuius quidem
exemplū ſi Iuſtinianus eſſet ſecutus, non foret, cur tot clariſſ. autorū uicē doleremus,
quos decreto ſuo tanq; fulmine ꝓpetuæ adiudicauit abolitioni. Vt præter ea quæ nūc
nos, Sereniſſ. Rex, tibi inſcribimus, ac per hoc poſtliminio in uſum uendicamus, uix
putē q̄q̄ in hoc genere extare, quod ſaltē ſine faſtidio recte eruditi legere ſuſtineāt.
Voluſius Metianus. Hæc quoq; fuit cauſa, cur L. Voluſiū Metianū de Aſſe, cuius paſſim in Pandectis re-
ſpōſa uiſunt, & quo Hadrianus multū fertur in cōſilijs uſus, & quem M. Antoninū
Philoſophum Iulius Capitolinus ſollicite audiſſe ſcribat, è bibliotheca Lauriſſenſi:
Et Iulium Frontinū de qualitate agrorū, & limitū cōtrouerſijs, cum Aggeno Vrbico
adnexuerimus, ut ſimul haberētur, quæ reliqui nobis tot clades, atq; rediuiui quidam
Siculus Flaccus. Gothæ fecere, nō tam hominibus, quàm ipſis ſtudijs exitiales. Præterea Siculū Flac-
cum, & Innocentiū de Notis iuris, quē Ammianus Agrimēſorē ſub Conſtantio fu
Innocentius. iſſe cōmemorat, fueramus adiecturi, niſi tēpore ociocq; excluſis aliud in manus nō mi
nus è re ſtudioſorū ueniſſet. Hos tibi, Sereniſſ. Rex, magna à me ſumptuum & uigi
liarum impenſa erutos, deinde excuſos, nominatim inſcripſimus, maximos & elegā
tiſſimos autores, maximo ætatis noſtræ Regi, atq; literarū amātiſſimo. Cum em unus
is inter noſtræ tempeſtatis Heroēs, quem dij magnæ orbis parti præeſſe uoluerint,
cum ob mitiſſimū ingeniū illud tuū, atq; tale quod agnoſcas, ꝓfectū ex AVSTRIAE
familia, tum ob adminiſtrandarū rerum diuinā quandam dexteritatē, eamq; planè di
Caroli felicitas gnā hijs maioribus, eoq; fratre germano, CAROLVM dico, Cæſarē Rom. tot nunc
victorijs inclytū, dignus es, ut optimi quiq; apud te ſtudia uolūtates q̄ ſuas declarēt,
editisq;

editisq; libris fateantur, quantū tibi debeāt. Nec enim uacat nunc dicere, quàm ſoleas
libenter poſt ſtatas illas tot regnorū curas, in erudita quædā, tanq; per ociū animū re-
cepturus, diuertere. Et præter uoluptatē, quæ uel maxima et honeſtiſſima ex literis pe
titur, etiā rationē circunſpicere, qua Auguſtos illos, Veſpaſianos, Traianos, Pios, Se
ueros ſi non uincas, ſaltē adæques. Quorū ut es iam præcipuas dotes conſecutus, eas
maxime quæ à naturæ bonitate pendent, ſic ſtudio publicæ trāquillitatis, clemētiæ, li
beralitatis in doctos, literarū, cum optimis etiā q̄buſq; certas. Quis enim Seuerus Ale
xander ſic ingenijs fauit, allexit, liberaliter aluit, benigne tractauit, adulatoribus non
patuit, ac tu Maxime Rex, in hoc humanæ ſortis faſtigio nō ſine omniū uotis collo-
catus? Frugi ſine cōtumacia, uerecundū ſine ignauia, grauē ſine triſtitia. Sed inter ue
re regias dotes cum ſit longe maxima BENE IMPERARE, cōfidimus nos iſta edi
tione, tot annis deſiderata, ad eā rem non modo allaturos operæpretiū apud Clemen
tiam tuā, uerumetiā dū hic nomē profitemur, ut ſitu ſqualoreq; obſiti tot ueteres au-
ctores per nos in lucē aſſerant, aſſecuturos tandem, quia tuæ Celſitudinis auſpicijs id
ſumus ingreſſi facere, ut nos inter clientes ſaltem tuos numeres. Id ut facias etiā atq;
etiā rogo, Maxime Rex. Et munus nunc recens editum, quo Hungariæ Bohemiæq;
regnorū acceſſionē tibi gratulamur, amplectere. Tot regnis, atq; Chriſtiano orbi ſu
perſtitem dij te perpetuent. Baſileæ, Menſe Martio, An. M. D. XXVIII.

Ferdinandus iure confertur uetęribus Principibus.

Bene imperare regium eſt.

TITVLORVM INDEX.

CODICIS THEODOSIANI LIBER I.

DE cōſtitutionibus Principū, & edictis. 2
De diuerſis reſcriptis. 2
De mandatis Principū. 3
De reſponſis prudentum. 3
De officio Præfectorū prætorij. 3
De officio Rectoris prouinciæ. 4
De officio Iudicum ciuilium. 4
De officio Iudicum militarium. 5
De defenſoribus ciuitatum. 5 (6
De aſſeſſorib. domeſticis, & Cācellarijs.

LIB. II.

De iuriſdictione, & ubi quis conueniri debeat. 7 (niū dicat. 9
Ne in ſua cauſa q̄s iudicet, neq; teſtimo
De omiſſa actionis impetratiōe. 9.
De denūtiatione uel edictiōe reſcripti. 9
De dñio rei quæ poſcit, uel cōſortib. ab eo cui denūtiatū fuerit nominādis. 10
De tēporū curſu, & reparationib. denū-
De dilationibus. 11. (tiationū. 10
De feriis. 11 De poſtulando. 32
De pactis & tranſactionibus. 12
De erroribus aduocatorum. 13
De Cognitoribus & Procuratorib. 13
De cautionib. ad potētes translatis. 14
De hijs q̄ potentiorū noia illicite prætē-
dunt, uel titulos prædijs affigunt. 14
De dolo malo. 15 De iudicijs. 17
De integra reſtitutione. 16
De hijs q̄ uenīā ætatis impetrauerūt. 16
De inofficioſo teſtamento. 17
De inofficioſis donationibus. 19
De inofficioſis dotibus. 18
De hæreditatū petitione. 19
De rei uendicatione. 19
De familia herciſcunda. 20
De communi diuidundo. 20
De finium regundorum. 21
Si certum petatur Chirographis. 21
De pecuniæ ſequeſtratione, phibita. 22
Si certū petatur de ſuffragijs. 22
De pignoribus. 22 Quod iuſſu. 23
De peculio. 23 De uſuris. 23

LIB. III.

De contrahenda emptione. 24
De commiſſoria reſcindenda. 25
De patribus qui filios diſtraxerint. 25
De edilitijs actionibus. 26 (27
De ſpōſalib. et ante nuptias donatiōib.
Si prouinciæ Rectores, uel ad eū perti-
nentes ſponſalia dederint. 28
De nuptijs. 29 De ſecūs nuptijs. 30
Si ſecundo nupſerit mulier, cui maritus
uſumfructum reliquerit. 30
Si nuptiæ ex reſcripto petantur. 31

Si quacunq; potestate præditus nuptias petat inuitæ. 31
De incestis nuptijs. 32. De dotib. 33
De nuptijs Gentilium. 33
De fideiussoribus dotium. 33
De repudijs. 33
De Tutorib. & Curatoribus creãdis. 34
Qui petant. 35 (& Curatorũ. 35
De administratiõe & periculo Tutorũ,

LIB. IIII.

De cretione uel bonorũ possessione. 36
Vnde liberi. 37
De Carboniano edicto. 37
De testamentis & Codicillis. 37
De naturalib. filijs, & matribus eorũ. 39
De manumissionibus in ecclesia. 39
De liberali causa. 39 De litigiosis. 39
De hijs q nõ à dño manumissi sunt. 41
De libertis & eorum liberis. 42
De uectigalibus & commissis. 42
De actionib. certo tpe finiendis. 42
De quinquennij præscriptione. 43
De re iudicata. 43
De sententijs ex periculo recitatis. 43
De fructibus & litis expensis. 43
De usuris rei iudicatæ. 44
Qui bonis ex lege Iulia cedere possint.
Quorum bonorũ. 45 (44
Vnde ui. 45 Vtrum ui. 46

LIB. V.

De legitimis hæredibus. 47
De bonis Decurionum. 49
De bonis Clericorũ & Monachorũ. 49
De bonis militum. 50
De postliminio, id est post captiuitatem regressis. 50
De ingenuis quitpe tyranni seruierũt. 51
De expositis. 51
De hijs qui sanguinolẽtos emptos, uel nutriendos acceperint. 51
De fugitiuis colonis. 51
De inquilinis & colonis. 51
Ne colonus inscio dño suo alienet peculiũ, uel litem inferat ei ciuilem. 52
De longa consuetudine. 52

LIB. VI.

Vt dignitatum ordo seruetur. 52

LIB. VII.

De re militari. 53
De tabularijs holographis, id est, cẽsualibus scribis. 53 (garijs. 53
De cursu publico, & angarijs & paran-
De executoribus & exactionibus. 53
Ne quid publicæ lætitiæ nuntij ex descriptione uel ab inuitis accipiant. 54
De donationibus. 54
De reuocandis donationibus. 54
De ingratis libertis. 55
De hijs quæ administrantib. uel publicũ officiũ gerentibus distracta sunt. 55
De maternis bonis, & materni generis excretione sublata. 55
De bonis quæ filijsfamiliâs ex matrimonio contrahuntur. 58

LIB. IX.

De accusationibus & inscriptionib. 58
De custodia reorum. 60
Ne præter crimẽ maiestatis seruus dñm, uel patronũ libertus, seu familiaris ac-
Ad legẽ Iuliã de adulteris. 51 (cuset. 59
Si quis eã cuius Tutor fuerit corrupit. 62
De mulierib. quæ se seruis proprijs iunxerunt. 62
Ad legẽ Iuliã de ui publica & priuata. 63
De priuati carceris custodia. 63
De emendatione seruorum. 63
De emendatione propinquorũ. 64
Ad legem Cornelijã de Sicarijs. 54
De parricidio. 64
De maleficis, mathematicis, &c. 64
Ad legẽ Fabiam, hoc est qui filios inuolant alienos. 55
Ad legem Corneliam de falso. 65
Victũ ciuiliter agere posse criminaliter.
De falsa moneta. 66 (66
Si quis solidi circulũ exteriorẽ inciderit, uel adulteratũ in uendẽdo subiecerit. 66
De raptu uirginum uel uiduarum. 66
De raptu uel matrimonio sanctimonialium uirginũ & uiduarum. 67
Ad legẽ Iuliam repetundarũ. 67
De hijs qui latrones, uel alijs criminibus reos occultauerint. 67
De hijs qui plebẽ audent contra publicã colligere disciplinam. 67
De famosis libellis. 68
De quæstionibus. 68
Vt intra annũ criminalis quæstio termi-
De abolitionibus. 68 (netur. 68

De

De indulgentijs criminũ. 69
De calumniatoribus. 69
De pœnis. 70
Ne sine iussu Principis certis Iudicibus liceat confiscare. 70
De bonis, pscriptorũ seu damnatorũ. 70
De sententiam passis & restitutis, & liberis eorum. 71
De hijs qui ad ecclesiam confugiũt. 72

LIB. X.

De iure fisci. 72
De locatione fundorũ iuris emphiteutici, & reip. 73
De Actoribus, Procuratoribus, & Conductoribus reip. 73
De bonis uacantibus 73
De petitionibus, & ultro datis, & delatoribus. 73
Si petitionis socius sine hærede decesserit. 74
De aduocato fisci. 74
De fisci debitoribus. 74
De fide & iure hastæ. 74
De thesauris. 75
De metallis & metallarijs. 75

LIB. XI.

De annona & tributis. 75
Sine censu uel reliquis fundum comparari non posse. 76
De superindicto. 76
De exactionibus. 76
Ne damna Prouincialib. infligãtur. 76
De extraordinarijs, siue sordidis muneribus. 77
De discussoribus. 77
De appellatione & pœnis earum, & collationibus. 77
De reparationibus appellationũ. 77
Si pendente appellatione mors interuenerit. 78
Quorũ appellationes nõ recipiantur. 78
Si de momento fuerit appellatum. 79
De possessione, ab eo qui bis prouocauerit transferenda. 79
De fide testium, & instrumentorũ. 79

LIB. XII.

De decurionibus. 80
De Susceptoribus, Præpositis, & Arcarijs. 81

LIB. XIII.

De lustrali collatione. 81
De censu siue adscriptione. 82

LIB. XIIII.

De collegiatis. 82

LIB. XV.

De operibus publicis. 82
De aquæductu. 82
De infirmandis hijs, quæ sub Tyrannis aut Barbaris gesta sunt. 83

LIB. XVI.

De Episcopis, Ecclesijs, & Clericis. 83
De Apostatis. 84
Ne Christianũ mancipium Iudæus habeat. 84
De religione. 84

LEGVM NOVELLARVM. D. THEODOSII A. LIBER.

De confirmatione Legum Nouellarũ Theodosij Augusti. 85
De Iudæis, Samaritanis, Hæreticis, & Paganis. 85
Ne Curialis prædiũ alterius cõducat, aut fideiussor cõductoris existat. 86
De Tutoribus. 87
Contra sententias Præfecti prætorij iniustas post successionẽ intra biennium supplicandum. 87
De paternis seu maternis bonis. 88
Ne Decurio ad Senatoriam dignitatẽ, uel ad aliquẽ honorẽ adspiret. 89
De testamentis. 89
De alluuionibus & paludibus. 90
De bonis Decurionũ, & de naturalibus filijs eorũ in Curiam mittendis, hæreditibusq; scribendis. 91

LEGVM NOVELLARVM D. VALENTINIANI A. LIB.

De fructibus inter maritum & uxorem expensis, filijs uel hæredibus minime imputandis. 94
De Manichæis. 95
De homicidio casu & uolũtate facto. 95
De testamentis. 96
De sepulchris. 97

De li-

De libertis & successionibus eorũ. 98
De indulgentijs reliquorum. 99
De xxx. annorũ præscriptione omnibus causis opponenda. 100
De colonis uagis, uel agnatione, & de aduenis. 101
De confirmandis hijs quæ administrantibus, uel publicum officiũ gerẽtibus distracta sunt uel donata, & de aduocatis, & de cæteris negocijs. 102
De parentibus, qui filios suos per necessitatẽ distraxerunt, & ne ingenui Barbaris uenundentur, necp ad transmarina ducantur: Et qui eos comparant, quale debeant recipere pretiũ. 104
De Episcopali iudicio, & diuersis negocijs Clericorum. 104

LEGVM NOVEL. D. MARTIANI A. LIB.

Neminem exhiberi de prouincia ad comitatũ, nisi ad relationẽ Iudicis, à quo fuerit appellatum. 110
De indulgentijs reliquorum. 111
De prædijs ciuitatum omniũ. 113
De matrimonijs Senatorum. 114
De testamentis Clericorum. 114

NOVEL. D. MAIORIANI A. LIBER.

De Curialibus, & de agnatione, uel distractione prædiorũ, & de diuersis negocijs. 115
De Episcopali iudicio, & de cæteris negocijs, & ne quis inuitus Clericus ordinetur. 119

NOVEL. D. SEVERI A.

De abrogatis capitibus iniustis legis Diui Maioriani A. 120

CAII INSTITVTIONVM LIB. I.

De statu hominum. 121
De numero seruorũ testamento manumittendorum. 121
De iure personarum. 122
De matrimonijs 122
De adoptionibus. 122
Quibus modis filij exeant è potestate patris. 122
De tutelis. 123
De curatione. 123

LIB. II.

De rerum diuisione. 123
De testamentis. 124
De exhæredatione liberorum. 124
De substitutionibus, & faciendis secundis tabulis. 125
De legatis. 125
De lege Falcidia. 126.
De fideicommissis. 126
De intestatorum hæredibus. 127
De obligationibus. 127
Quibus modis obligatio tollatur. 129

IVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM LIB. I.

De pactis & conuentionibus. 129
De Curatoribus & Cognitoribus. 129
De negocijs gestis. 130
De reis institutis. 130
De dolo malo. 131
De plus petendo. 131
De iudicijs omnibus. 131
De uia publica. 132
De finium regundorum. 132
De familia herciscunda. 132
De fideiussore & sponsore. 133
De Procuratoribus. 130
De calumniatoribus. 130
De integri restitutione. 130
De minoribus xxv. annorum. 131
De satisdando 131
De iudicato. 132
Si quadrupes damnum intulerit. 132
De seruitutibus. 132
Quemadmodũ actiones per inficiationem duplentur. 133.
De sepulchris & lugendis. 133

LIB. II.

De rebus creditis & iureiurando. 135
De pecunia constituta. 134
De contractibus. 134
De commodato & deposito pignore, fiduciáue. 134
De pignoribus. 134
De exercitoribus & institoribus. 134

Ad legẽ

Ad legem Rhodiam. 134
De institutoribus. 134
De in rem uerso. 135
De senatusconsulto Macedoniano. 135
Ad senatusconsultum Velleianum. 135
De deposito. 135
De lege commissoria. 135
De usuris. 136
De mandatis. 136
Pro socio. 136
Ex empto & uendito. 136
De modo, id est, de spatio. 137
De locato & conducto. 137
De nuptijs. 137
De concubinis. 138
De dotibus. 138
De pactis inter uirum & uxorem. 131
De donationib. inter uirũ & uxorẽ. 138
De liberis agnoscendis. 138
Quemadmodum filij sui iuris efficiantur. 139
De adulterijs. 139
De excusationibus Tutorum. 139
De potioribus nominandis. 139
Qui potior nominari non possit. 139
De oratione Diui Seueri. 139
De furtis. 139
De operis libertorum. 140

LIB. III.

De Carboniano edicto. 140
De bonis liberti. 140
De lege Fabia. 141
De testamentis. 141
De eo cui moribus interdicitur. 141
Item de testamentis. 141
Ad senatusconsultum Syllanianũ. 142
De legatis. 143
De usufruct. 143
De mortis causa donationibus. 146
Ad legem Falcidiam. 146

LIB. IIII.

De fideicommissis. 147
De senatusconsulto Trebelliano. 148
De senatusconsulto Pegasiano. 148
De repudianda hæreditate. 148
De inofficiosi querela. 148
De uicesima. 149
De lege Cornelia. 149
De intestatorum successione. 149
Ad senatusconsultum Tertullianũ. 150
De gradibus. 160
De manumissionibus. 151
De fideicommissis libertatibus. 151
Ad legem Fusiam Caniniam. 152

LIB. V.

De liberali causa. 152
De usucapione. 153
De his quæ per turbam fiunt. 153
De iniurijs. 153
De effectu sententiarũ & fine litiũ. 154
De interdictis. 155
De interdicto utrum ui. 155
De obligationibus. 156
De nouationibus. 156
De stipulationibus. 156
De contrahenda autoritate. 157
De donationibus. 157
De iure fisci & populi. 157
De fisci aduocato. 158
De delatoribus. 158
De quæstionibus habendis. 158
De testibus. 158
De seruorum quæstionibus. 159
De abolitionibus. 159
De Abactoribus. 159
De sacrilegis. 159
De incendiarijs. 159
De uaticinationibus, & uaticinatoribus & mathematicis. 160
De seditiosis. 160
Ad legem Pompeiam de paricidis. 161
Ad legem Corneliam de sicarijs & uenefícis. 160
Ad legem Cornelią testamentariã. 161
Ad legẽ Juliã de ui publica & priuata. 161
Ad legem Iuliam repetundarum. 162
Ad legem Iuliam peculatus. 162
Ad legem Iuliam maiestatis. 162
Ad legem Iuliam ambitus. 162
De pœnis militum. 162
Quando appellandum sit. 152
De cautionibus & pœnis appellationum. 162
Post prouocationem quid obseruandum sit. 163
De literis dimissorijs. 163.
De reddendis causis appellationũ. 163
De meritis appellationum. 163

TITVLORVM INDEX.

CODICIS GREGORIANI LIB. I.

De transactionibus. 164.

LIB. II.

Si aduersus donationes sponsis factas in integrum restitui uelit. 164
Si maior fuerit prouocatus. 164
De inofficioso testamento. 164

LIB. III.

De petitione hæreditatis. 165
De rei uindicatione. 165
Si sub alterius nomine res empta fuerit. 165
De familia herciscunda, & communi diuidundo. 165
Quod cũ eo qui in aliena potestate est, negocium gestum esse dicitur. 166

LIB. IIII.

Si debito persoluto instrumẽtum apud creditorem remanserit. 166
Si amissis uel debitori redditis instrumẽtis, creditum petatur. 166
Quibus res iudicata non noceat. 167

LIB. XIII.

De patria potestate. 167

HERMOGENIANI CORPORIS LIB.

De cauta & nõ numerata pecunia 167
Ex delictis defunctorum quemadmodum conueniantur successores 167.

TIT. FINIS.

CODICIS THEODOSIANI LIB. PRIMI TITVLI.

De constitutionibus Principum & edictis.
De diuersis rescriptis.
De mandatis Principum.
De responsis prudentum.
De officio Præfectorum prætorij.
De officio Rectoris prouinciæ
De officio Iudicum ciuilium.
De officio Iudicum militarium.
De officio Iudicum omnium.
De defensoribus ciuitatum.
De assessoribus domesticis & Cancellarijs.

CODICIS

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO PRAEFECTO PRAETORIO DE AVTORITATE CODICIS THEODOSIANI.



Aepe nostra clementia dubitauit, quæ causa faceret, ut tantis propositis præmijs, quibus artes & studia nutriuntur, tam pauci, raroq; extiterint, qui plene iuris ciuilis scientia ditarentur. Et in tanto lucubrationum tristi pallore, uix unus aut alter receperit soliditatẽ perfectæ doctrinæ: Quia nequaquam ulterius sedula ambiguitate tractetur, si copia immensa librorum, si actionũ diuersitas, difficultasq; causarum animis nostris occurrat, si denicq; moles constitutionum Diualiũ, quæ uelut sub crasso demersæ caliginis & obscuritatis uallo sui notitiã humanis ingenijs intercluſit. Verum egimus negocium temporis nostri, & discussis tenebris compẽdio breuitatis lumen legibus dedimus, electis uiris nobilibus, exploratæ fidei, famosæ doctrinæ, quibus delegata causa ciuilis officij, purgata interpretatione retro Principum scientiam uulgauimus, ne Iurisperitorum ulterius seueritate mentita, dissimulata scientia, uelut ab ipsis adytis expectarentur formidãda responsa: Cum liquidò †pateat, quo pondere donatio differatur, qua actione petatur hæreditas, quibus uerbis stipulatio colligatur, ut certum uel incertum debitũ sit exigendum. Quæ singula prudentium detecta uigilijs, in apertum, lucemq; deducta sunt, splendore †numinis nostri radiante. Nec paruum precium sibi hoc suspicentur esse delatum, quibus diuina sensa pectoris nostri mandauimus. Etenim si recte mentis acie futura prospicimus, ad posteros usque †deuenient laboris nostri consortio. Quamobrẽ detersa nube uoluminũ, in quibus multorum nihil explicantium ætates attritæ sunt, compendiosam Diualium constitutionũ scientiam ex Diui Constantini temporibus roboramus: nulla post Cal. Ianuarias concessa licẽtia, ad forum †& quotidianas aduocationes ius principale deferre, uel litis instrumenta componere, nisi ex his uidelicet libris, qui in nostri nominis uocabulum transierunt, & sacris habentur in scrinijs. Quanquam nulli retrò Principum æternitas sua detracta est, nullius Latoris occidit nomen, imò lucis †gratia mutuati, claritudine cõsultorum augusta nobiscum societate iunguntur. Ma-

† appareat

† nominis

† prouenient

† uel

† gratiam

a netigitur

net igitur, manebitq; perpetuò climata gloria conditorum: Nec in noſtrũ titulum demigrabit, niſi lux ſola breuitatis. Et quamuis noſtris auſpiciis totius operis inſtauratio deberetur, attamen magis imperatorium, magisq; credidimus glorioſum, ſi fugata inuidia, perennitatis iure memoria remaneret autorum, nobis ad fructum bonæ conſcientiæ: Abundeq; ſufficeret, reuelatis legibus, inuenta maiorum obſcuritatis iniuria uindicaſſe. His adijcimus, nullam conſtitutionum in poſterum, uelut latam in partibus Occidẽtis, alióue in loco ab inuictiſſimo Principe, filio noſtræ clementiæ, perpetuo Auguſto Valentiniano poſſe proferri, uel uim legis aliquam obtinere, niſi hoc idem diuina pragmatica noſtris mentibus intimetur. Quod obſeruare neceſſe eſt in his etiam, quæ per Orientem nobis autoribus promulgãtur: falſitatis nota damnãdis, quæ ex tempore definito Theodoſiano non referuntur in Codice. Exceptis his quæ habentur apud militum ſancta Principia, uel de titulis publicis expenſarum, aliarumq; rerum gratia, quæ in regeſtis diuerſorum officiorũ relata ſunt. Longum eſt memorare, quid in huius conſummatio-
† *contulerit* nem negocij † cogitauerit uigilijs ſuis Antiochus, cuncta ſublimis ex
† *Maximus.* Præfecto & Conſule: Quid † Maximinus, uir illuſtris ex Quæſtore noſtri Palatij, eminens omni genere literarum: Quid Martyrius, uir illuſtris, Comes & Quæſtor noſtræ clementiæ, fidus interpres: Quid etiã
† *ſpectabiles forte.* Sperantius, Apollodorus, uiri † expectabiles, Comites ſacri noſtri Conſiſtorij: Quid † Ephigenes uir † illuſtris, Comes & magiſter memoriæ:
† *Epigenes.* † *ſpectabilis* Quid Procopius uir † illuſtris, Comes ex magiſtro libellorum, iure
† PK AA. omnibus ueteribus comparandi. Quod reſtat Florenti † P. AA. Il. ma
† *Lego Præfecte Auguſtorũ illuſtriſſime* gnifica autoritas tua, cui amicum, cui familiare eſt placere Principibus, Edictis propoſitis in omnium populorum, in omnium prouinciarum notitiã ſcita maieſtatis Auguſtæ noſtræ faciat peruenire. Data † XV.
† XVI. Cal. Martij, Conſtantinopoli, Theodoſio Aug. XV. COS.

Interpretatio.

Hæc lex dicit, ut Theodoſiani Codicis autoritas omni firmitate ſubſiſtat.

CODICIS

CODICIS THEODOSIANI LIBER PRIMVS.

DE CONSTITVTIONIBVS PRINCIPVM ET EDICTIS. TITVLVS I.

Imp. Conſtantinus A. Ad † Luſianum. † *Luſitanos*



Iqua poſt hæc Edicta, ſiue Conſtitutiones, ſine die & Conſule fuerint deprehenſa, autoritate careant, Dat. VII. Calendas Aug. Sabariæ, † Robiano & Iuliano † *Problatio* VV CC. COSS. Interpretatio.

Quæcunque leges ſine die & Conſule fuerint prolatæ, non ualeant.

Imppp. Valentinianus, & Theodoſius, & Arcadius AAA. Flauiano PF. Illyricæ & Italiæ.

Perpenſa ſerenitatis noſtræ longa deliberatione, Cõſtitutiones nec ignorare quenquam, nec diſſimulare permittimus. Dat. VI. † Cal. Iu- † *Idus*
nij, † Vincentio Aſiano, & Symmacho COSS. Interpretatio. † *Vincentio et Aniano.*

Leges neſcire nulli liceat, aut quæ ſunt ſtatuta contemnere.

Iidem AAA. Aureliano PF. P.

Omnia conſtituta non præteritis calumniam faciunt, ſed futuris regulam imponunt. Dat. † IIII. Cal. Mar. Conſtantinopoli, Domi- † *III.*
no Theodoſio Aug. III. & Abundantio VC. COSS. Interp.

Omnes leges, non ea quæ anteriore tempore acta ſunt damnant, ſed in futurũ obſeruanda conſtituunt.

Iidem AAA. Victorio Proconſuli Aſiæ.

Generale præceptum beneficio ſpeciali anteferendum eſt. Dat. XI. Cal. Septemb. Conſtantinopoli, Theodoſio Aug. & Abundantio VC. COSS.

DE DIVERSIS RESCRIPTIS. TIT. II.

Imp. Conſtantinũs A. ad populum.



Ontra ius Reſcripta non ualeãt, quocunq; modo fuerint impetrata. Quod enim publica iura præſcribunt, magis ſequi iudices debent. PP. Dat. IIII. Cal. † Septemb. Romæ, Conſtan- † *Martias*
tino Aug. IIII. & Licinio IIII. COSS. Interpretatio.

Quæcunque contra leges à † Principe fuerint obtenta, non ualeant. † *Principibus*

Idem A. Crepereo Donatiano.

Rescripta, quibus usi non fuerint qui in fata concedûnt, hæredes possunt allegare, ut congrue impetrata successoribus eorũ exequi liceat. Dat. Id. Decemb. Constantino Aug. V. & Licinio V C. COSS.

Interpretatio.

Beneficia Principum, quæ illi qui meruerunt, interueniente morte, non fuerint consecuti, successoribus eorum exequi liceat, ut beneficia hæredes ab autoribus suis impetrata percipiant.

Idem A. Seuero PF. P.

Quoties rescripto nostro post iudicium uel moratoria perscriptio remittetur, aditus supplicandi pandatur. Quod autem ius negocij cognitionem tollit, & uires principales negocij ex autoritate sine graui partis alterius dispendio conuelli non potest, peremptoria relaxatio petatur. Nec contra rescriptiones igitur, nec contra edictum sublimium supplicetur. Dat. X. Cal. Iun. Niceæ, Paulino & Iuliano VV CC. COSS.

Interpretatio.

Moratoria perscriptio dicitur, quæ causam prolongat, id est, quando inducias à litigatore petuntur à Principe. Peremptoria, quæ causam principalẽ tollit, id est, si litigator beneficio Principis sine iudicio causam uelit extingui. Et ideo moratoria perscriptio per rescriptum Principis supplicantibus cõcedi potest, peremptoria concedi non potest, & si concessa fuerit à Principe, non ualebit.

Idem A. ad Barbarum Pompeianum, Consularẽ Campaniæ.

Etsi non cognitio sed executio mandatur, de ueritate precum inquiri oportet, ut si fraus interuenit, de omni negocio cognoscatur. Dat. III. Id. Nouemb. Aquis, Dalmatio & Signophilo VV CC. COSS.

Interpretatio.

Quicquid non uera, sed falsa petitio à Principe obtinuerit, quia fraus interuenit, non ualebit.

† Forte Licinius, nisi Aug. sit Cõstantius, non Constantinus.

Idẽ A. & † Iulianus Cæsar, ad Taurũ PF. P.

Multabũtur iudices, qui rescripta contẽpserint aut distulerint. Dat. III. Non. Iul. Mediolani, Constantino VI. & Iuliano COSS.

Interpretatio.

Feriantur iudices damno, qui data secundum leges Principis præcepta contempserint, aut colludio quocunque distulerint.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. Floro PF. P.

Vniuersa rescripta, quæ in debitorum causis super præstãdis dilationibus impetrata sunt, rescindantur: cum sint acerbius perurgẽdi, qui Manuetudinis nostræ pondere fatigato, non quod utilitatibus publicis, sed † *Nonas.* quod suis fraudibus conuenerit, aspexerint. Data VII. † Cal. Martias, Constantinopoli, Anthemio & Syagrio COSS.

Interpretatio

Interpretatio.

Si cuiuslibet rei debitor conuictus, propter differendam solutionem à Principe inducias impetrauerit, beneficium quod obtinuerit non ualebit, sed cautionem suam implere cogatur.

Iidem AAA. Remigio PF. P.

Dubium non est, cõtestationem intelligi, etiamsi nostræ fuerint Tranquillitati preces oblatæ, easq; aduersus hæredem quoque eius, in quem porrectæ sunt, uel ad hæredem eius qui meruerit, exerceri. Nam sicut ex causis numerosis etiam hæc actio transmittitur ad hæredem, qua testatori competisse monstratur: Sic & è diuerso iuris definitione Consultorum omnium consona responsione extimatur, ab hærede actionem non incipere, quæ non competierit Testatori. Data III. Cal. April. Constantinopoli, Gratiano IIII. & Theodosio II. AA. COSS.

Interpretatio.

Si quis Principi de negocio suo preces obtulerit, litem contestatus esse cognoscitur. Et si defunctus fuerit is qui preces obtulerit, uel is contra quem obtulit, actio hæredibus defuncti contra hæredes pulsati salua permaneat: Quia causa actione contestata, ea quæ competebat defuncto, competit & hæredi. Si uero autor quolibet ordine repetitionem suam † præsens non publicauerit, hæres unde autor actionem non proposuerit, agere prohibetur. † *ad præsens*

DE MANDATIS PRINCIPVM. TIT. III.

Iidem † AAA. ad Tuscium, Proconsulem Aphricæ. † *Imp. Valẽtinianus.*

SI quis asserat, cũ mandatis nostris se uenire secretis, omnes sciant, nemini quicquã, nisi quod præscriptis probauerit, esse credendũ: nec ullius dignitate terreri, siue ille Tribuni, siue Notarij, siue Comitis præferat potestatẽ: Sed sacris nostris literis esse credendum. Data † XV. Cal. Iul. Romæ: Accepta III. Cal. Aug. Merobude iterũ & Saturnino COSS. † *XVI.*

Interpretatio.

Si quis adserat cum mandatis nostris uenisse secretis, omnes sciãt, nemini quicquam nisi quod scriptis probauerit, esse credendum: nec ullius dignitate terreri, sed in omnibus scriptis Principum esse credendum.

DE RESPONSIS PRVDENTVM. TIT. IIII.

Impp. Theodosius & Valentinianus AA. ad Senatum urbis Romæ. Post alia

PApiniani, Pauli, Caij, Vlpiani, atque Modestini scripta uniuersa firmamus. Ita ut Caiũ, atque Paulum, Vlpianũ, & cæteros

comitetur autoritas lectionis, quæ ex omni eius corpore recitetur. Eorum quoque scientiam, quorũ tractatus atque sententias prædicti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse censuimus, ut Scæuolæ, Sabini, Iuliani, atque Marcelli. omniumq; quos illi celebrarunt: Si tamen eorum libri, propter antiquitatis incertum, codicum collatione firmentur. Vbi autem diuersæ sententiæ proferuntur, potius numerus uincat autorum: † accedat Vel si numerus æqualis sit, eius parti † secedat autoritas, in qua excellentis ingenij uir Papinianus emineat: qui ut singulos uincit, ita cedit duobus. Notæ Pauli et Vlp. in Papinianum. Notas etiam Pauli atq; Vlpiani, in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, præcipimus infirmari. Vbi autem pares eorum sententiæ recitantur, quorum par censetur autoritas, quod sequi debeat eligat moderatio iudicantis. Pauli quoque Sentẽtias semper ualere præcipimus, & cætera. Dat. VI. Id. Nouemb. Rauennæ, Theodosio Augusto VII. & Valentiniano II. COSS.

Interpretatio.

Hæc lex ostendit, quorum Iuris conditorum sententiæ ualeant. Hoc est, Papiniani, Pauli, Caij, Vlpiani, Modestini, Scæuolæ, Sabini, Iuliani atq; Marcelli: quorum si fuerint diuersæ prolatæ sententiæ, ubi maior numerus unũ senserit, uincat. Quod si forsitan æqualis numerus in utraq; parte est, ad eius partes præcedet autoritas, in qua Papinianus cum æquali numero senserit: Quia ut singulos Papinianus uincit, ita & cedit duobus. Scæuola, Sabinus, Iulianus, atque Marcellus in suis corporibus non inueniuntur, sed in præfatorum opere tenẽtur inserti. Gregorianum uero & Hermogenianum ideo lex ista præterijt, quia suis autoritatibus confirmantur. † ex lege priore, sub titulo, De Constitutionibus Principũ & Edictis. Sed ex his omnibus Iuris consultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Caio, Papiniano, & Paulo, quæ necessaria causis præsentium temporum uidebantur elegimus.

† Et lege priora

DE OFFICIO PRAEFECTORVM PRAETORII. TIT. IIII.

Imp. Constantinus A. ad Bassum PF. P.

SVper his qui à Præside, uel à quolibet alio iudice sententiam dictam infirmari deposcunt, sub eo fine Sublimitatis tuæ succedat examen, ut si inter negocia usquequaq; decursa ex euidenti † claruerit sententia, à iure iustitiaque discedere † ea penitus explosa controuersia, de æquitate terminum capiat. Quod si consentanea sit legibus prouida uel iam prompta sententia, eius pronuntiationis improbus oppugnator, si patrimonio circunfluat, biennio in insulam relegatione plectatur: eiusque bonorum una portio fiscalibus compendijs addicta cedat. Quod si agrestis uitæ sit, aut etiam egentis, ad biennij tempus in metallum detrahendus est. Quam legem in annotationibus quoque nostris * dexterando, post sententiam iudicio custodire debebis.

† Et

debebis. Dat. VI. Cal. † Nouemb. Basso & † Albino COSS.

† Decemb. † Ablauio

Interpretatio.

Quicunq; causa dicta, discussoq; negocio à quocunq; fuerit superatus, & hanc ipsam litem postea reparare tentauerit: si pro ipso, qui antea dictus est, fuerit legibus lata sententia, prius iudicium non ualebit. Nam etsi apud alium iudicem fuerit superatus, si digna idoneaq; persona sit, biennio in exilium deputetur, & medietatem facultatum suarum fiscus acquirat. Si uero indigna & pauperior persona est, in metallum biennio deputetur.

DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE.

Imp. Constantinus A. ad Prouinciales.

ESsent iam nunc rapaces Officilium manus, cessent inquam: nam si moniti non cessauerint, gladijs præcidentur. Non sit uenale iudicis uerbum, non ingressus redempti, non infamet litigationibus Secretarium, non uisio ipsa Præsidis cum precio: æque aures iudicantis pauperrimis ac diuitibus referentur. Absit ab inducendo eius qui Officij princeps dicitur prædatio ulla litigatoribus. Adiutores eorundẽ Officij Principum concussiones adhibeant Centurionum, aliorumq; Officialium, parua magnaq; poscentium, dum impetus obligandus est eorum, qui iurgantibus acta restituunt, inexpleta auiditas tẽperetur: Semper inuigilet industria præsidalis, ne quicquam à prædictis generibus hominũ de litigatore sumatur. Qui si de ciuilibus causis quicquam putauerint esse poscendum, aderit armata censura, quæ nefariorum capita ceruicesq; detruncet, data copia uniuersis qui concussi fuerint, ut Præsidum instruant notionem. Qui si dissimulauerint, super eandem conquerendi uocem omnibus aperimus apud Comites cunctos prouinciarum, aut apud Præfectum Prætorium, si magis fuerit in uicino: ut his referentibus edocti, super talibus latrocinijs supplicia referamus. Data Cal. Nouemb. Constantinopoli, Basso & † Albino VV CC. COSS.

† Albio

Interpretatio.

Officiales omnium iudicum uenales esse non audeant, nec precium de introitu occurrentum, aut litigantum, uel egressu requirant. Sed interpellantes tam diuites quàm pauperes sine ullo præmio audiantur. Quod si rapaces esse uoluerint, gladio puniantur, aut certe de eorum rapacitate Dominicis auribus referatur.

Impp. Valentinianus & Valens A A.
Anthemio charissimo nobis.

Sibi iudex hanc præcipuã curã in audiendis aut discernendis litibus impositã esse non ambigat, ita ut non in secessu domus de statu hominũ, uel patrimoniorũ sententiã referat, sed apertis Secretarij foribus, intrò uocatis oĩbus, aut pro tribunali locatus, & ciuiles & criminales cõtrouersias audiat, nec cõgruæ ultionis animaduersio cohibeatur. Absit aũt, ut iudex popularitate

laritate, ſpectaculorum editionibus mancipatus, plus lucris curæ tribuat
†Iouiniano et Barbariano quàm ſeueris actibus. Dat. Cal. Octob. Aquilegiæ, Diuo †Iuliano & Vrſino COSS. Interpretatio.

Iudex hanc ſibi præcipuã curam in audiendis litibus impendendam eſſe cognoſcat, ut litigantium cauſas iugiter, adhibita æquitate, diſcutiat. Sciturus, non ſe in ſecreto domus, aut in quibuſcunque angulis definitiuam ſententiam prolaturum: ſed apertis domus ſuæ ianuis, intromiſſiſq; turbis, ut neminem lateat, quicquid ſe-
†legem cundum †legum, uel ueritatis ordinem fuerit iudicatum.

Idem AA. ad Valerianum VC. Hiſpaniarum.

Libellos iudicibus, poſtquam ſe receperint, uetamus offerri, ne ſuper alienis cauſis uel ſtatu pronuntient, quando ab officij conſpectu, atq; ab oculis publicis receſſerint. Dat. VII. Id. Nouemb. Veronæ, Valentiniano & Valente COSS. Interpretatio.

Iudices, poſtq; ſe de cõſeſſu publico in domos ſuas receperint, libellos à litigatoribus nõ accipiãt, nec ſine officio ſuo de cauſis alienis uel ſtatu aliquid cognoſcãt.

Imppp. Valentinianus, & Valens, & Gratianus AAA. ad Probum PF.P.

Prouincijs præſidentes, per omnium uillas ſenſim atq; uſitatim, uicosq; cunctos diſcurrant, & ultro rimentur à ſingulis, quid unuſquiſq; cõpulſus inſoleter egiſſet aut cupide. Is enim de quo aliqua ad nos querela peruenerit, ad ultimam pœnam rapietur. Dat. Cal. Aprilis, Treueris, Valentiniano VII. * VC. COSS. Interpretatio.

Iudices Prouinciarum operam dare debebũt, ut per ſingulos agros & loca ſol-
†& licita inquiſitione diſcurrant, †ut per ſe, qualiter in ſolutione publici debiti cũ poſſeſſoribus agatur, agnoſcant. Cuius rei curam ſi implere neglexerint, querelã ciuium non dubitent in ſe ſeueriſſime uindicandam.

Impp. Honorius & Theodoſius AA. Theodoto PF. P.

Moderatores Prouinciæ curam gerere iubemus, ne quid potentium procuratores perperam illicité ue committant. Dat. IX. Cal. Decemb. Rauennæ, Baſſo & Philippo VV CC. COSS. Interpretatio.

†Prouinciarũ potentum Iudices Prouinciarum ſummã ſollicitudinem habere debent, ne Actores† potentum aliquid circa inferiores perſonas illicite iniuſteq; committant.

DE OFFICIO IVDICVM CIVILIVM.

Imppp. Arcadius, Honorius, & Theodoſius AAA. Curtio PF. P.

HOnorati, qui lites habere noſcuntur, his temporibus quibus cauſarum merita uel facta penduntur, reſidendi cum iudice non habeant facultatem: Nec meridianis horis à litigatoribus iudi-

dices

dices uideantur. Quinq; itaq; pondera auri, tam iudici quàm eius officio, & Honoratis parem multam adſcribendam eſſe cognoſcat, ſi quis contra præceptum huiuſmodi uenire tentauerit. Data † IIII. Non. Febr. † III. Non. Nouemb.
Baſſo, & Philippo VV CC. COSS. Interpretatio.

Honorati prouinciarum, id eſt, ex Curiæ corpore, ſi & ipſi in lite ſint conſtituti, eo tẽpore quo cauſæ illorum à iudicibus uentilantur, cum udice non reſideant: & litigatores meridianis horis iudicem non ſalutent. Si † aliter præſumpſerint, mul- † aliud
tam ſupraſcriptæ legis exoluant.

DE OFFICIO IVDICVM MILITARIVM. TIT. VIII.

Imppp. Theodoſius, Arcadius, & Honorius AAA. Comitibus, & Magiſtratibus utriuſq; militiæ.

NVnquã omnino negocijs priuatorũ, uel tuitio militaris, uel executio tribuatur. Dat. pridie †Cal. Febr. Conſtantinopoli, † Idus
Theodoſio A. IIII. & Abundantio VC. COSS. Interp.

Nulli penitus in ciuilibus cauſis militaris uel tuitio, uel executio deputetur.

DE OFFICIO IVDICVM OMNIVM. TIT. IX.

Imp. Conſtantinus A. ad Domitium Celſum Vicariũ.

NEmo iudex, ex Officialibus ad eam domũ, in qua Materfamilias agit, cum aliquo præcepto exiſtimet ſibi mittendũ, ut eandẽ in publicũ protrahat: cũ certũ †debita eius quæ intra domũ, conſi- † Deeſt for-
derato ſexu, ſemet cõtineat, domus eius, uel cuiuſcunq; rei habita diſtrac- taſſis hic uer-
tione publicis neceſſitatibus poſſe ſeruari. Quod ſi quis in publicum ma- bum quale eſt,
tremfamilias poſthac crediderit protrahendam, inter maximos reos ul- ſit.
lam citra indulgentiã capitali pœna, uel exquiſitis potius exitijs, ſupplicijſq; plectatur. Dat. † IIII. Id. Ian. Treueris, Sabino & †Rufo COSS. † III. † Craſſo

Interpretatio.

Nullus iudicũ matronam in domo ſua reſidentẽ, per quencunq; apparitorẽ in publicũ exiſtimet protrahendã: ſed circa eam, pro ſexus reuerentia, conuentio honeſta ſeruetur. † Quod ſi quid eam debere conſtiterit, conſtrictis eius autoribus † Cum
poſſe exoluit: Nam ſi quis contra fecerit, ſummo ſupplicio ſe afficiendum eſſe cognoſcat.

Idem A. Andronico.

Si contra pupillos, uiduas, uel morbo fatigatas, & debiles impetratum fuerit, Lenitatis noſtræ iudicio, memorati à nullo noſtrorũ Iudicũ compellantur comitatui noſtro ſui copiam facere. Quinimo intra prouinciã, in qua litigatur, & teſtes uel inſtrumẽta ſunt, experiantur iurgandi fortunã: Atq; omni cautela ſeruentur, ne terminos prouinciarũ ſuarũ

cogantur excedere. Quod si pupilli, uel uiduæ, aliæq; fortunæ iniuria miserabiles, iudicium nostræ Serenitatis orauerint, præsertim cum alicuius potentiam perhorrescant, cogantur eorum aduersarij examini nostro sui † Probato copiam facere. Dat. XV. Cal. Iul. Constantinopoli, † Optato & Paulino COSS. Interpretatio.

† uel ægrotos qui Quicunq; aduersum pupillos, uiduas, † & infirmos, nostra præcepta meruerit, eos de locis suis cõmouendi, uel extra prouinciã suã usquam penitus protrahendi licentiam submouemus, sed ibi causam suam dicant, ubi instructores esse & testimonia possint facilius inuenire. Sanè si ipsi, quorũ fatigationi consulimus, nos crediderint expetendos, huic uoluntati eorum ueniendi aditum non negamus: ita ut aduersarij eorũ sub præsentia Principis adesse per Rectorẽ prouinciæ cõpellant.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA. Pars actorum, habitorũ in Consistorio Gratiani Aug.

Gratianus Augustus.

Det operam Iudex, ut Prætorium suum ipse componat. Cæterũ nullus Comiti, neq; Rectori prouinciæ plus aliquid præstabit, quàm nos cõcessimus in annonis, siue cellarijs, &c. Actum in Consistorio, Merobaude II. & Saturnino COSS. Interpretatio.

Iudicem Prætorium suum de proprio debere componere, & nihil à Prouincialibus aliquid amplius petere, quàm ei in annonis uel cellarijs à Principe fuerit deputatum.

DE DEFENSORIBVS CIVITATVM. TIT. X.

Imppp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA. Euxinio PF. P.

Vt potissimum constituantur defensores, quos Decretis elegerint ciuitates. Quod si quis ad locũ Defensionis ambitione peruenerit, confestim Synceritas tua quinque libras auri fisci utili † Septemb. tatibus cogat inferre. Dat. VIII. Cal. † Febr. Honorio Aug. & Euodio VC. COSS. Interpretatio.

Hi instituantur ciuitatum Defensores, quos consensus ciuiũ, & subscriptio uniuersorum elegisse cognoscitur. Quod si quis defensorum ad hanc rem cupiditate propria, non interueniente Decreto, peruenisse probabitur, pro hac præsumptione quinque libras auri fisco inferre cogatur.

Iidem AAA. Potumio Præfecto Augustali.

Defensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum uindicantes, nominis sui tantũ fungantur officio, nullas infligant multas, nullas exerceãt quæstiones: Plebem tantũ uel Decuriones, ab omni improborũ insolentia & † tandem temeritate tueantur: ut id † tantũ, quod esse dicuntur, esse non desinant. Dat. IIII. Non. Mar. Constantinopoli, Arcadio A. II. & Rufino VC. COSS. Interpretatio.

Defensores secundũ suũ nomen, Curiã, uel plebẽ sibi cõmissam cũ omni iustitia & æquitate defendãt; nullũ de innocẽtibus aut cõdẽnare aut uerberare præsumãt.

Iidem

Iidem AAA. Taciano PF. P.

Per omnes regiones, in quibus fera & periculi sui nescia latronũ feruet insania, probatissimi quiq; atq; districtissimi Defensores adsint disciplinæ, & quotidianis actibus præsint: Qui non sinant crimina impunitate coadolescere seu conualescere. Remoueantur patrocinia, quæ fauorem reis, & auxilium scelerosis impertiendo, maturari scelera fecerunt. Dat. VI. Id. April. Constantinopoli, Arcadio A. II. & Rufino COSS.

Interpretatio.

Per omnes, puincias tales pro studio disciplinæ Iudices ordinẽtur, ut cũ omni sollicitudine in reos & latrones, remotis potentũ patrocinijs, districtionẽ debitã exercere non differãt: ne per negligentiã suam aut † uenalitatẽ, crimina quæ debent puniri proficiant. † tuilitatem

DE ASSESSORIBVS DOMESTICIS, ET CANCELLARIIS. TIT. XI.

Impp. Honorius, & Theodosius AA. † Eustasio PF. † Asclepiodoto.

Velut castrense peculiũ filijfamiliâs Assessores post patris obitum uindicent, qui cõsilijs proprijs Administratores adiuuare consueuerunt, si quid licitis honestisq; lucris condonare potuerint. Data † Cal. April. Constantinopoli, Domno Honorio IIII. & Theodosio COSS. Interpretatio. † Id. Aug.

Si quis uiuo patre, cuiuscunq; Iudicis consilio † adhæserit, quicquid ex iustis & bonis causis acquisierit, hoc sibi sic uindicat, sicut & ille filius, qui aliquid uiuo patre in armis constitutus † acquisierit. † assenserit † acceperit

Iidem AA. † Asclepiodoto PF. P. † Asclepio

Nullus Iudicũ ad patrocinia, uel prouinciã sibi cõmissam, quenquam secũ ducere audeat, cui Domestici uel Cancellarij nomen imponat, nec profectũ ad se undecunq; suscipiat, ne famæ nota cum bonorũ publicatione plectatur. Periculũ enim † primatũ officij Cancellarios sub fide gestorum electis Iudicibus applicare iubemus: ita ut post depositam administrationẽ per continuũ trienniũ nec militiã deserãt, & Prouincialibus præsentiã sui exhibeant, quo uolẽtibus sit accusandi eos facultas: Si eñ idonea causa exegerit ad detegenda Iudicis flagitia, & quæstioni eos subdi oportet. &c. Dat. prídie Cal. Iun. Constantinopoli, Asclepiodoto & Mariniano VV CC. COSS. Interpretatio. † Priuatum forte.

Omnes Iudices euidenter agnoscant, nullum in prouinciam sibi cõmissam, de eadem de qua uenit prouincia, uel alia regione, sibi Cancellariũ, aut Domesticum fortasse coniungere, nisi qui ei publica fuerit ciuiũ electione deputatus. Ita ut si postea fuerit Iudex ille remotus, is qui Cõsiliarij uel Domestici gessit officiũ, triennio sub alio iudice de prouincia non discedat, ut si quis accusator fortasse extiterit, reddat accusantibus rationem. Et si forte facta Iudicis celare usquequaq; uoluerit, subdatur publicæ quæstioni.

TITVLI LIBRI SECVNDI.

De iurisdictione, & ubi quis conueniri debeat.
Ne in sua causa quis iudicet, neq; testimonium dicat.
De omissa actionis ipetratione.
De denuntiatione uel edictione rescripti.
† petitur De dominio rei quæ† poscitur, uel consortibus ab eo cui denuntiatum fuerit nominandis.
De temporum cursu, & reparationibus denuntiationum.
De dilationibus.
De feriis.
De pactis & transactionibus.
De postulando.
De erroribus Aduocatorum.
De Cognitoribus & Procuratoribus.
De cautionibus ad potentes transfatis.
De his qui potentiorum nomina illicite prætendunt, uel titulos prædiis affigunt.
De dolo malo.
De integra restitutione.
De his qui ueniam ætatis impetrauerunt.
De iudicijs.
De inofficioso testamento.
De inofficiosis donationibus.
De inofficiosis dotibus.
De hæreditatum petitione.
De rei uendicatione.
De familia herciscunda.
De communi diuidundo.
De finium regundorum.
† de Chirographis Si certũ petatur † Chirographis.
De pecuniæ sequestratione prohibita.
Si certum petatur de suffragijs.
De pignoribus.
Quod iussu.
De peculio.
De usuris.

CODICIS THEODO7
SIANI LIBER SECVNDVS.

DE IVRISDICTIONE, ET VBI QVIS CONVENIRI DEBEAT. TIT. I.

Imp. Constantinus A. ad Eustasium PF. P.

IVdices prouinciarum uolumus uim debitæ autoritatis assumere, ut una autoritas quæ cæteros rei priuatæ, nostro quoq; Prouinciales teneat. Torméta disciplinæ sceleratos cõuictosq; carcere teneant, tormenta dilacerẽt, gladius ultor interimat. Eo enim modo licẽtia inueteratæ desperationis inhibetur: sicq; intelligent uno sibi ac pari studio uiuendũ esse cum cæteris. &c. Dat. VIII. Id Mar. Liminio & Catulino COSS.

Interpretatio.

Quicunq; in prouincijs Iudices ordinati sunt, hoc sibi scient esse permissum, ut si aliquis rei dominicæ seruos uel colonos reatus † inuoluerit, sicuti & priuatos cõprehendi eos & puniendi, ut culpa exegerit, nullo contradicente patrimoniorum nostrorum ordinatore habeant liberam potestatem. † oppreſerit

Idem A. ad Taurum PF. P.

Definitum est, prouinciarum Rectores in ciuilibus causis litigia terminare, etsi militantes exceperint iurgia uel mouerint. Ne igitur usurpatio iudicia leges q; confundat, aut Iudicibus ordinarijs adimat propriam ordinationem, ad prouinciarum Rectores transferantur iurgia ciuilium quæstionum. In criminalibus etiã causis, si militaris popoſcerit res, prouinciæ Rector inquirat: Si militãs aliquid admisisse firmetur, is cognoscat cui militaris rei cura mandata est. Data VIII. Cal. Aug. Mediolani, Arbitione, & Tulliano COSS.

Interpretatio.

Etsi ciuilia negocia ad prouinciarum Rectores iussimus pertinere, tamen quoties criminalis accusatio interceſſerit inter illos qui armis nostris militãt, atque priuatos, si militans priuatum in iudicium uocauerit, Rector prouinciæ audiendi & iudicandi habeat potestatem. Si uero priuatus seruientem † nobis in armis uel militantẽ forte pulsauerit: ille causam audiat, ad cuius ordinationẽ is respicit qui militat, uel qui arma tenuerit. † nouis

† Idem A. & Iulianus Consul, ad Taurum PF. P. † Forte legendum: Constantius & Iulianus Cæsar.

Non solũ Agẽtes in rebus, sed in alijs etiã cuiuslibet hominibus cõditiõis cõpetẽtes uigoris aculei exerãtur, si modo fuerit declaratũ, delicto eos obnoxios detineri. Quicũq; igitur aliquid improbe turpiterq; cõmiserit, aut libidinis macula forte polluerit pudicitiã, debet ad eum ultio seuerit atis congruæ propagari: cum tamen direptionem uideantur esse conqueſti

conquesti, qui grauia testantur admissa, quæ obnoxios claruerít intu-
lisse, in duplum restituere compellantur. Data & accepta VIII. Cal.
Octob. Constantino A. IX. & Iuliano Cæs. II. COSS. Interp.

In omnibus personis, quas etiam præsentiæ nostræ dignitas comitatur, hanc uo
lumus obseruari sententiam: Vt si quis cuiuscunq; pudicitiam uiolauerit, pœnam
statutam iure suscipiat. Et quicunq; direptionem admiserit, in duplum uiolenter
† præsumpta † admissam restituat.

Impp. Valentinianus & Valens AA. ad Teren-
tium Correctorem Tusciæ.

Actor rei forum sequatur: Ita ut si Senatores aliquid à Prouincialibus
poscunt, apud eũ qui prouinciam regit, cognitorem confligant. Si uero
Prouincialis non suscipiat, sed inferat actiones, Præfecto urbis disceptan
te decertet. Dat. Id. Iun. Diuo Iouiano, & Varroniano COSS.

Interpretatio.

Si quis alium crediderit lite pulsandum, apud prouinciæ illius Iudicem, ubi is ha
bitat quem pulsat, negocium suum nouerit proponendum.

Iidem AA. ad Felicem Vicarium Macedoniæ.

Si quis rem nostram cœperit lite pulsare, Rationali præsente cõfligat,
quo defensante & controuersia agitetur, & Iudex eam sententiam decer-
nat, quã iuris æquitas postulauerit. Dat. Cal. Decemb. Valentiniano
& Valente AA. COSS. Interpretatio.

Quoties à fisco nostro aliqua repetuntur, res apud prouinciæ Iudicẽ, sub præ-
sentia nostri Ordinatoris agatur: Vt illo præsente, quicquid iustitiæ ordo suaserit,
iudicetur.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius
AAA. Neoterio PF. P.

Exceptis his, quibus extra ordinẽ subuenitur, omnes iacturã litis in-
curr ant, qui non ante in proprio foro suo iurgauerint: Siquidẽ possint ue
nire ad altioris Iudicis notionẽ, cum iudicantũ, quod displicet, appellatio-
ne excluserint. Ita ut si quis litigator semel fastidio uel gratia cognitoris,
aut non auditum, aut dilatum docuerit, & eius litis quæ protracta est, æsti
mationẽ fisco nostro Iudex præstet, & in primoris officij pœnã deputa-
† Ian. tio exilij deprometur. Dat. pridie Cal. † Maij. Mediolani, Arcadio
† Varronia- Augusto ipso I. & † Bautone COSS. Interpretatio.
no VC.
† alium Quicũq; apud † aliquẽ, & nõ apud suũ Iudicẽ negociũ quod habuerit initio li-
tis crediderit proponendũ, exceptis ætate minoribus, quibus lege consultũ est, litis
ipsius de qua agitur actione damnetur: nisi forsitan cõtra sententiã, quæ aduersus
† data eũ † dicta fuerit crediderit appellãdũ, ut apd maioris dignitatis Iudices audiat. Sanè
si quis causam habẽs, à iudice suo, si uel † superbia, uel ꝓpter amicitiã aduersarij sui
se probauerit non auditũ, Iudicẽ tantũ, quantũ res de qua agit ualuerit, fisco nostro
† aderint iubemus exoluere, & qui cõsilijs suis † adhærẽt, exilij pœnã ꝓ districtione sustineãt.

Imppp.

Imppp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA.
Martiano Comiti Orientis.

Mulieres honore maritorum erigimus, genere nobilitamus, ijsdem
forum ex eorum persona statuimus, & domicilia mutamus. Dat. IIII.
Cal. Febr. Constantinopoli, Arcadio II. & Rufino COSS. † Id. Nouẽb.

Interpretatio.

Fœminas, secundum honorem quem uiri earum meruerunt, uolumus appella
ri, ut ad cuius domum nupta transierit, eius proficiat dignitate, & pro negocijs suis
in eodem foro ubi est † marítus, secuta respondeat. † maritum se-
cutura,

Impp. Arcadius, & Honorius AA. Passibo filio suo salutẽ.

Causas plurimi de fugaci seruo, aut manifesto furto, aut non manife-
sto, direpti etiam animalis, serui, uel rei mobilis instituentes, ueluti ra-
ptorum bonorum, parum etiam terræ, fimi, & paruulæ causæ sub spe- *
cie criminis tuum pulsant iudicium. Momentariæ etiam possessiones, in-
terdictum, quod non semper ad uim publicam pertineat uel priuatam,
mox audiri, interdum etiã si inscriptionem nõ mereantur, abiecti etiã
animalis causa proponitur. Cum igitur de his rebus paruis ac minimis,
tuæ sit iniuria potestatis iudicare, Decretum est, eas tantum causas cri-
minales à Synceritate tua audiri, quas dignitas & meritus earum † hor † honor
ror inscriptiones impleuerit: Quæ magnitudinẽ uidelicet criminis, tem
pusq; designat, ut alterutram partem digna legũ tenere possit autoritas.
Quod statutum si fuerit forte contemptum, hi qui ex officio ingrediun
tur Secretarij, quinq; librarum auri condemnatione feriantur. Data
VIII. Id. Ianuarij, Mediolani, Olibrio & Probino COSS.

Interpretatio.

Quoties de paruis criminibus, id est, unius serui fuga, aut sublatiiumenti, aut
modicæ terræ, seu domus inuasæ, uel certi furti, id est, detenti aut † peruenti, sub cri † Superuenti
minis nomine actio fortasse processerit, ad mediocres iudices, qui publicam disci-
plinam obseruant, id est aut defensores aut assertores pacis, uindictã † huius rei de- † eius
cernimus pertinere. Ad Rectorem uero prouinciæ illud negocium criminale per
ueniet, ubi de personarũ scriptione agitur. Vel † si maior causa est, quæ non nisi ab † Exemplar
ordinario iudice, recitata legis sententia, debeat terminari. Quod præceptum si fue Argentora-
rit prætermissum, Officiales, qui negocia intromittunt, quinq; librarum auri se no tense non ha-
uerint esse damnandos. bebat, si.

Iidem AA. Arcelao Præf. Aug.

Si quis neglectis iudicibus ordinarijs, sine cœlesti oraculo causam ci-
uilem ad militare iudicium crediderit deferendum, præter pœnas ante
promulgatas, intelligat se deportationis sortem exceptúrum. Nihilomi
nus & Aduocatum eius decem libris auri condemnatione feriendum.
Data VIII. Cal. Decemb. Cæsareæ, Datiano & Attico COSS.

Interp.

Interpretatio.

† Quisquis † Si quis contempto prouinciæ iudice, ad illos qui armatis præesse noscuntur, causam suam crediderit transferendam, exilio se deputandum esse cognoscat, & eum qui causam illius susceperit proponendam, x. lib. auri esse damnandum.

Iidem AA. ad Eutichianum PF. P.

Iudæi, Romano & cõmuni iure uiuentes, in his causis quæ non tam ad superstitionem eorũ, quàm ad forum & legis iura pertinent, habeant solenni iure iudicia, omnesq; Romanis legibus inferant & excipiant actiones: postremo sub legibus nostris sint. Sanè si qui per commissum ad similitudinẽ arbitrorũ apud Iudæos uel Patriarchas, ex cõsensu partium, in ciuili duntaxat negocio, putauerint litigandum, sorti eorũ iudicum iure publico non uetentur. Earum etiam sententias prouinciarum iudices exequantur, tanquã ex sentẽtia Cognitoris arbitri fuerint attri
†III. buti. Data †IIII. Non. Febr. Constantinopoli, Honorio Aug. IIII. & Eutichiano VC. COSS.

Interpretatio.

Iudæi omnes, qui Romani esse noscuntur, hoc solum apud religionis suæ maiores agant, quod ad religionis eorum pertinet disciplinam: ita ut inter se, quæ sunt Hebræis legibus statuta, custodiant. Alia uero negocia, quæ nostris legibus continentur, & ad forum respiciunt, apud iudicem prouinciæ, eo quo omnes iure confligant. Sanè si apud maiores legis suæ consentientes ambæ partes elegerint, de solo tamen ciuili negocio audiri uoluerint, quod interueniente compromisso, arbitrali iudicio terminatur, tale sit quasi ex præcepto iudicis fuerit definitum.

Iidem AA. Theodoro PF. P. Post alia.

Neminem prouinciæ Rector expectet in reos crimino sos actorẽ dominicũ, sed habeat exhibendi noxios potestatem, utatur legibus nullo
† Rationali interposito †rationabili. Latebris reus potestate ordinarij iudicis protrahatur, ne per conludium actorum iudicij fiat dilatio. Dat. † Cal.
†VIII. Non. Iun. Ianuarijs, Mediolani, Honorio Aug. IIII. & Eutichiano COSS.

Interpretatio.

Si quis in domibus dominicis criminosus potuerit inueniri, prouinciæ iudex
† cum præsentiam non expectet actoris, sed mox † reum comprehẽsum, ne aliquo conlu
† subdi iubeat dio effugiat, † subijciat publicæ disciplinæ.

Impp. Honorius, & Theodosius AA. Consulibus, Prætoribus plebis, Senatui suo, Salutẽ dicunt. Post alia.

In criminalibus causis Senatus statuta iamdudũ & Quinqueuiralis iudicij forma seruabuntur. In qua cum perfacile esse credamus, optimos
† sortito legere de summis, † sortiti tamen ad iudicium uocabuntur, ne de capite atq; innocentia alterius iudicium electi iudicent, &c. Dat. VIII. Id. Aug. Rauennæ, Asclepiodoto, & Mariniano COSS.

Interpretatio.

Cum pro obiecto crimine aliquis audiendus est, Quinq; nobilissimi uiri iudices de reliquis

de reliquis sibi similibus missis sortibus eligantur. Ne aliquo studio uideantur electi, & de capitali reatu innocentia alterius uideatur facile iudicare.

NE IN SVA CAVSA QVIS IVDICET, AVT TESTIMONIVM DICAT. TIT. II.

Imppp. Valens, Gratianus, & Valentinianus AAA. ad Græcum Præf.

PRomiscua generalitate decernimus, neminem sibi esse iudicem debere. Cum enim omnibus in se propriam dicendi testimonij iura facultatem submouerint, iniquum admodum est, licẽ tiam tribuere sententiæ electæ. Dat. Cal. Decemb. Valente V. & Valentiniano COSS.

Interpretatio.

Omnes † præcepta nostra constringant, ut nullus in sua causa Iudex sit: quia si † præceptio cut testimonium unus quisq; pro se dicere nõ potest, ita nec pro se poterit iudicare.

DE OMISSA ACTIONIS IMPETRATIONE. TIT. III.

Impp. Theodosius & Valentinianus AA. Hiero PF. P. Post alia.

NVlli prorsus nostris impetratæ actionis in maiore uel in mino * re iudicio agendi opponatur. Excepto, si apta re & proposito negocio competentem eam esse constiterit, &c. Dat. X. Calend. Mar. Constantinopoli. Felice & Tauro COSS.

Interpretatio.

Nullus per hoc præiudicium negocij uideatur incurrere, quod in cuiuscunq; audientia causæ suæ actio non peruenerit ad effectum. Solum est, ut uox sua rationabilis cum proposuerit approbetur.

DE DENVNTIATIONE, VEL EDICTIONE RESCRIPTI. TIT. IIII.

Imp. Constantinus Aug. ad Symmachum Barroniatum.

SIquando minoribus uel adultis inferẽda lis erit, uel ab ipsis minoribus uel adultis cuidam quæstio mouenda sit, non alius cursus temporis inchoetur, nisi ab uniuersis quos officij sollicitudo constringit. Hoc est, Tutoribus, siue Testamento, siue Decreto dati sint, uel Curatoribus, per quos minores defenduntur, uel ijsdẽ omnibus solenni more lis fuerit intimata. Quod si diuisum administrationis periculum per prouincias sit, his tamen omnibus insinuari conuenit, & ab ipsis inferre litem, qui in ea prouincia tutelæ uel curæ officium su-

c stinent,

ſtinent, ne aliis de prouinciis defenſores minorum ad iudicia producantur. Dat. Pridie Non. Feb. Firmio. Accepta VII. Id. Mar. Corintho. Conſtantino Aug. V. & Licinio COSS. Interpretatio.

Si quis contra eos, qui in annis minoribus conſtituti ſunt, litem forte commouerit, aut ſi à parte ipſorum reus aliquis arguatur, ex eo tempore computandi ſunt, ex quo tutor † ſiue curator minoris per Iudicem, aut per Curiam intulerit, ſeu excepe rit actionem: ita tamen ut ſi in diuerſis prouinciis † iſtiuſmodi homines ſunt, id eſt, Curatores uel Tutores, qui minorum cauſas tueãtur, qui in eadem prouincia fuerit, ubi intentio nata probatur, ipſi aut ingerant, aut excipiant actiones: quia nolumus, ut ad aliam prouinciam defenſores minorũ pro audientiæ neceſſitate ducant.

† uel
† istius officij

Idem Aug. ad Maximum PF.

Denuntiari uel apud Prouinciarum Rectores, uel apud eos, quibus Actorũ conficiendorũ ius eſt, decernimus, ne priuata cõteſtatione mortuorum, aut in diuerſis terris abſentium, aut corũ qui nuſquam gentiũ ſint, ſcripta nominibus falſam fidem rebus non geſtis † affigant. Dat. X. Calend. Iul. Sirmio, Probiano & Iuliano COSS.

† affingant

Interpretatio.

Conteſtaturi apud Rectores Prouinciæ, uel Defenſores, aut omnes apud quos geſta conficiuntur litem, iubemus, ne ullus nomen abſentis, aut mortui, uel qui nõ potuerit inueniri, in litis conteſtatione recipiat, ne falſitatis inueniatur occaſio.

Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus
ad Empelium PF. P.

Exigendæ denuntiationis locus non eſt, cum quis ad luendum debitum euidenti chirographo conuenitur. Dat. IIII. Cal. Aug. Cancionati. Gratiano Aug. II. & Probo COSS.

Interpretatio.

Conteſtatio locum habere non poteſt, quando aliquis ad ſoluendum debitum certa † cautione conuincitur.

† ratione

Imppp. Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius AAA.
ad Romulum Conſularem Armeniæ & Ligiriæ.

Poſt celebratam denuntiationem, ſiue edicta, ſiue edictione reſcripti, quo tamen iure ſit impetratum, bis exordiũ auſpicatur: inter iuſtas uidelicet, legitimasq; perſonas. Et ſiquis Perennitatis noſtræ, pendentibus temporibus reſponſa protulerit, non modum temporum quærant, curricula non dilatentur, ſed & quicquid elicitum fuerit, friuolum iudicetur. Dat. †XIII. Calẽd. Iul. Mediolano. Arcadio Aug. I. & † Bautone VC. COSS. Interpretatio.

*

† XIIII.
† votone

Poſtea quàm per ſcripturam lis fuerit conteſtata, & per publicam conuentionẽ, quiſquis ille eſt qui pulſatur, agnouerit, quia tunc lis inchoata dicitur, ſi tamen litigãtium perfectæ probantur ætates. Nam ſiquis Principis beneficio contra rationẽ legis

legis cauſæ ſuæ tẽpora ſperauerit prolongare, quicqd p hac re meruerit, non ualebit.

Iidem AAA. ad Claudium Tuſciæ Conſularem.

Vniuerſa quidem negocia, quæ ex reſcriptorum autoritate ſortiuntur exordium, ad curſum temporum pertinere decretum eſt. Ante omnia uero procurandum eſt, ne perſuaſionibus improborum protelandæ cognitionis præbeatur occaſio. Idcirco ſiquis poſſeſſione deiectus, auxilium noſtri poſcat oraculi, nullis eum temporum, quæ ex reſcriptorum editione defluunt, motibus eſſe claudendum hac lege decernimus: nec iuris ſuffragium, quod in celeri reformatione conſiſtet, beneficiorum Imperialium decreta ſuſpendant. Data †V. Non. † Maij. Mediolano, Crinatio & † Promoto COSS. Interpretatio.

† VI.
† Mart.

Licet in negocijs, quæ per actionem † elicitam inchoari uidẽtur, legitimus ad reſpondendum temporum ſemper curſus obſeruandus ſit, ſpecialiter eos, qui aliqua peruaſerint, non patimur per quamcunq; occaſionem differre negociũ. Ideoq; cũ ille qui fuerit de poſſeſſione deiectus, audiẽtiam impetrauerit, iuxta iuris ordinem intra annum ad recipienda quæ perdidit nullatenus differatur. Nec aliqua peruaſori dilatio concedatur. Etiam ſi pro hac re differenda beneficium Principis potuerit obtinere, non ualeat.

† Timaſiano
† electam

Imppp. Arcadius, Honorius, & Theodoſius AAA.
Aemiliano PF. Vrbis.

† Siquis debiti, quod ex fœnore, uel mutuo data pecunia ſumpſit exordium, uel ex alio quolibet titulo in literarum obligationem facta cautione tranſlatum eſt, ſeu fideicommiſſi dirigat actionem, aut momentariam poſſeſſionem perſuaſione peruaſam, ſiue uiolatam, uel quolibet Interdicto efflagitat, ſeu inofficioſum arguat teſtamentum, uel tutelæ, ſeu negociorum actionem intendat, ruptis denuntiationũ ambagibus, inter ipſa cognitionum auſpicia rationem exprimere, ac ſuas allegationes iubeantur proponere, denuntiatione & temporum obſeruatione remota. Quã rem etiam in cæteris ciuilibus cauſis præcipimus obſeruari. Quarum tamen æſtimatio centum ſolidorum ſummam excedat, † nolumus cuſtodiri. Dat. † XIII. Calend. Aug. Conſtantinopoli. Arcadio A. IX. & Probo VC. COSS. Interpretatio.

† siquid

† uolumus

† XIIII.

Pro reparando uel repetendo debito, unde certa ſcriptura profertur, ſeu de eo quod alicui fidei commiſſum eſt, ut daretur aliquis agat, aut † aliquid ſibi alleget fuiſſe peruaſum, aut quolibet intra annũ beneficio momenti requirat, aut teſtamentũ dicat non eſſe legitimum, uel de tutela aliquid † requiratur: nõ expectetur, ut prius quod repetit apud acta proponat, aut ordo ipſius cauſæ petatur ſcriptus, ſed † mox apud Iudicem, ſine ulla temporum mora, quæ per hoc uidetur afferri, cauſam ſuam proponat, & omnes partes ſuæ probationis exhibeat. Quam rem etiã in ciuilibus negocijs præcipimus obſeruari. † Quæ tamen minus quàm centum ſolidorum ſummam ualere conſtiterit,

† aliquis
† proponat
† magis
† Quæ tamen non minus

Impp. Honorius, & Theodosius AA. Iabio I.
PF. P. Post alia.

Quæcunq; forte ecclesiæ uenerabili negocia sunt, uel esse poterunt actiones, celeri legum ordine seruato, iudicantum disceptatione finiantur. Nec enim decet defensione loci nominisq; uenerabilis suscepta, publica diu secretaria præstolari. Dat. VI. Calen. Iul. Rauennæ. Honorio IX. & Theodosio AA. COSS. Interpretatio.

Ecclesiarum negocia, pro reuerentia sanctitatis ac fidei, oportet cum ad publicũ prolata fuerint, sine aliqua dilatione finiri. Nec debent defensores loci uenerabilis ulla tarditate suspendi.

† POSCITVR DE DOMINIO REI QVAE †PETITVR, VEL CONSORTIBVS AB EO CUI DENUNTIATŨ FUERIT NOMINANDIS. TIT. V.

Imp. Iulianus Aug. Secundo PF. P.

† obiectiõibus EXpulsis atq; reiectis †perscriptionibus, quas litigatores sub obtentu consortium, studio protrahendæ descriptionis excogitare consueuerunt, siue unius fori omnes sint, siue in diuersis prouincijs uersentur, ne adiuncta præsentia consortis uel consortium, agendi uel respondẽdi iurgantibus licentia pro parte pandatur. Et postposita constitutione Constantini Patrui mei, quæ super cõsortibus promulgata est, antiquum ius, quantum pertinet ad huiusmodi disceptationes, cum omni firmitate seruetur, ut interruptis artificiosis obstaculis, possidentum astutia comprimatur. Dat. III. Non. Septemb. An-
† Neuita tiochiæ, Mamertino, & †Neuitiano COSS.

Interpretatio.

Remotis obiectionibus, quibus se consortes ad respondendum inuicem excusabant, ut si non in una prouincia, uel sub uno Iudice omnes essent, dum præsentiam suam non simul esse causantur, repetenti uidebantur inludere. Vnde dilationem hanc remouentes, quam Patruus noster Constantinus cõsortibus in hac parte præstiterat, iubemus secũdum antiqui iuris ordinem, quicunq; pulsatus fuerit, pro sua parte, uel persona respondeat. Nec diutius sub hac occasione repetentem differat ille qui possidet.

DE TEMPORVM CVRSV ET REPARATIONIBVS DENVNTIATIONVM. TIT. VI.

Imp. Constantinus Aug. Iuliano VC. Præsidi Tarraconæ.

SI cum semel negocium uel necessitate, uel casu tẽporibus fuerit exceptũ, ac postea per indulgentiã Clementiæ nostræ redintegratio præstetur, intra quatuor menses iudicantis arbitriũ nõ ulterius litigatoribus pateat oportet, etiamsi per obreptionem aliquid à nobis iterata supplicatione meruerit. Dat. Pridie Non. Maij. Vien-

næ, † Ambrosio & Rufo COSS. Interpretatio. † Sabino & Rufino

Quando aliqua causa, necessitate intercedente uel casu, permissum tempus excesserit, & principali beneficio eam litigator meruerit reparare, non amplius ad finiendum negocium Iudices, quam quatuor menses litigatoribus præstent. Quibus exactis, etiam si aliud dominorum †beneficio obtinuerit, nullatenus audiatur. † beneficium

Idem A. ad Felicem Præsidem Corsicæ. Post alia.

Si petitores probauerint, interpellatos se sæpius esse dilatos, atq; ita lapsum temporis incurrisse per negligentiam atq; desidiam Grauitatis tuæ, audietiam differentis, indemnitas petitorũ pro modo litis, quæ in altercationẽ fuerit adducta, de tuis facultatibus sarciatur. Dat. IIII. † Cal. Nouemb. Sirmio. Constantino Aug. V. & Licinio COSS. † Non. Iul. Firmio

Interpretatio.

Si repetentem Iudex per negligentiam usq; eo distulerit, ut causam suam transactis legitimis temporibus perdat, omnia quæcunq; in illius iudicio iuste sibi potuit uindicare, ei de ipsius Iudicis facultatibus, habita æstimatione, reddatur.

Idem A. ad Bassum PF. P.

Altero ex litigatoribus in lite defuncto, cursum temporis reparandum esse, latis iamdudum legibus continetur. Dat. † XIII. Cal. Iunij. † XII.
† Sirmio. Crispo II. & Constantino II. COSS. Interpretatio. † Firmio

Si unus ex litigatoribus, siue pulsatus, siue † petitor intra constitutum tẽpus præscriptumq; de hac luce fortasse discesserit, tempora quæ fuerant statuta à successoribus renouentur. † repetitor

Impp. Constantinus & Constans AA. ad Aquindinum PF. P.

Siquis iurgantium ante litis terminum ultimo die obierit, non ut ante statuimus, à decedentium primo die cursus temporis obseruari oportet, si successor legitimæ ætatis sit, sed ex die petitæ bonorũ possessionis, uel aditæ hæreditatis ei tẽpora renouabit, ita tamen, ut ea res non lateat possidentem, nec damnum aut fraudem tempori faciat, † pertentetur. † præcaueatur forte
Quod si successor minoris ætatis sit, postquam datus tutor siue curator solennia susceptæ definitionis impleuerit, tẽpus dinumerari conueniet.
Dat. VI. Calend. Ianua. Antiochiæ. Vrso & †Palemio COSS. † Paulino

Interpretatio.

Siquis de litigatoribus ab hac luce discesserit, hæredes eius nõ ex die qua ille defunctus est, sed ex quo hæreditatẽ acceperat, actionis tẽpora, quæ autori ad litẽ cõstituta fuerãt, renouentur: ita tamen, ut fraus tẽporis ex quo res est possessa, nõ fiat, sed sciat se rẽ tenere, qui petitur. Quod si hæres in annis sit minoribus constitutus, tutori uel curatori ex eo tempora supputentur, ex quo pro minore firmam personam defensionis accepit, & rem tenuit.

Iidem AA. ad Petronianum VC. Aphricæ.

Inter priuatos & fiscũ, si priuatus actionẽ intẽdat, quatuor mẽsiũ tẽpora custodiẽda sunt. Si uero fiscus priuato inferat aliquã questionẽ, sex mẽsiũ curricula seruẽtur, † utriusq; parati petẽdæ dilatiõis p defensores † Forte ita legendum: Vtrè que enim parti

suos copia non neganda, si hoc commoditatis ratio postulauerit. Da
†v ta †VI. Id. April. Aquilegiæ, Acindino & Proculo COSS.

Interpretatio.

Quando inter fiscum & priuatum possessorem de repetitione aliqua fuerit orta contentio, si priuatus fiscum repetat, quatuor menses ad respondendum actor fiscalis habebit inducias. Si uero fiscus aliquid à possessore crediderit repetendum, sex mensium ad respondendum dilatio non negetur, dummodo ad præstandas inducias iusta ratio cognoscatur.

DE DILATIONIBVS. TIT. VII.

Interpretatio.

In Codice Moguntinensi decerant duæ Leges, quãtũ colligere poteramus ex Codice Argẽtoratẽsi, unde Interpretationes huc trãscripsimus solas.

Quãdo ab aliquo Principe præceptio fuerit sperata, ut ad alium Iudicem, quàm cui commissus est, aduersarium suum pertrahat audiendum, sicut ille qui petitor est, inducias si petierit, accipere non debet: ita illi, qui ad iudicium adducitur, dilatio petita non negetur, ut facilius aut per scripturam, aut per testes probare ualeat, illum à quo pulsatus est falsa supplicatione meruisse quod petijt.

Interpretatio.

Licet quatuor mensibus constitutum sit, ut petentibus pro requirenda omni instructione inducíæ concedantur. Vnde si illud spatium requiratur quod indultum est, id est quod quatuor menses non possit excedere, præstari conuenit. Si uero tales petantur inducíæ, quæ tempus lege constitutum excedant, petitori debet dilatio negari, quia scire debuit actionem suam constituto tempore finiendam. Quod si ille spatium, qui rem possidet, fortasse petierit, dari sine mora temporis quod petentibus datum est omnino debet: quia scire non potuit quando possessor spatium ut respondere possit accipiat. Petitor etiam suis partibus necessaria poterit prouidere.

Impp. Arcadius, & Honorius AA. Messalæ
PF. P. Post alia.

Ingenuitatis de statu atq; patrimonio litigantibus, in Transmarina etiam dilatione mensium IX. spatium creditur posse sufficere. &c.
Dat. XII, Calend. Decemb. Theodoro VC. COS.

Interpretatio.

Quoties de statu ingenuitatis, uel de patrimonijs causa uertitur, si necessaria negocia in Transmarinis partibus litigatores habere se dixerint, nouem mensium spatium indubitanter accipiant.

DE FERIIS. TIT. VIII.

Imp. Constantinus Aug. Heluidio.

SIcut indignissimum uidebatur, ut diem Solis ueneratione suæ celebrent altercantibus iurgijs in noxijs partium contentionibus occupati, ita gratum ac iocundum est, eo die quæ sunt maxime uotiua cõpleri. Atq; ideo emãcipandi & manumittẽdi die festo cuncti licentiã habeãt, & super his rebus actus nõ prohibeatur. Dat.
† Iulij V. Non. †Iunij. Caralis, Crispo II. & Constantino II. COSS.

Interp.

Interpretatio.

Quamuis sancta die Dominica omnes lites ac repetitiones quiescere iusserimus, emancipare tamen, ac manumittere minime prohibemus, & de his rebus gesta confici pari ordinatione permittimus.

Imppp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius
AAA. Albino PF. P.

Omnes dies iubemũs esse iuridicos, illos tantùm manere feriarum dies, quos uel phas iusserit, uel quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentius animus uel annus accepit, æstiuis feruoribus mitigandis, & autumni fœtibus decerpendis. Calendarũ quoq; Ianuariarum cõsuetos dies octo sancimus. His adijcimus natalitios dies urbium maximarum, Romæ, atq; Constantinopolis, quibus debent iura deferri, quia & ab his quoq; nata sunt. Sanctos quoq; Paschæ dies, qui septeno uel præcedunt numero, uel sequuntur, in eadem obseruatione numeramus. Necnon & dies Solis, qui repetito in se calculo reuoluuntur, parem necesse est habere reuerentiam. Nostris etiam diebus, qui uel lucis auspicia, uel ortus Imperij protulerunt. Dat. †VII. Id. Aug. Romæ. †Ermano & Promoto COSS. †VIII. † Timotheo

Interpretatio.

Causas per anni spacium omnibus diebus secundum leges audiri præcipimus. Et licet lex quatuor menses ad fructus colligendos indulserit, sed ita pro prouinciarum qualitate, & præsentia dominorum credidimus faciendum, ut à die VIII. Calendarum Iuliarum usq; in Calendas Augusti messiuæ feriæ concedantur, & de Calendis Augusti usq; in †XI. Calend. Septembris agendarum causarum licentia tribuatur. A X. autem Calend. Septemb. usq; in Idus Octob. uindemiales feriæ cõcedantur. Dies† autem Dominicarum, qui feriati sunt, ab audiendis negocijs, uel exigẽdis debitis sequestramus. Sanctos etiam Paschæ dies, id est septem qui antecedunt, & septem qui sequuntur. Necnon & dies natalis domini nostri, uel Epiphaniæ sine forensi strepitu uolumus celebrari. Natalem etiam principis, uel initiũ regni pari reuerentia conuenit obseruari. †X † etiam

Impp. Honorius, & Theodosius Ioũiano PF. P.
Post alia.

Die Sabbati ac reliquis, sub tempore quo Iudæi cultus sui reuerentiam seruant, neminem aut facere aliquid, aut ulla ex parte conueniri debere præcipimus, cum Fiscalibus commodis, & litigijs priuatorum constat reliquos dies posse sufficere, &c. Dat. † VII. Calend. Aug. Rauennæ. Domno nostro Honorio VII. & Theodosio Aug. IIII. COSS. † VIII.

Interpretatio.

Die Sabbati nullum Iudæorum, aut pro Fiscali utilitate, aut pro quolibet negocio uolumus cõueniri. †Quæ religionis eorũ dies nõ debet actione aliqua pturbari. † Quia

DE

DE PACTIS ET TRANSACTIONIBVS. TIT. IX.

Impp. Arcadius & Honorius AA. Rufino PF. P.

SIquis maior annis aduersus pacta uel transactiones, nullo cogentis imperio, sed libero arbitrio & uoluntate confecta putauerit esse ueniendum, uel interpellando Iudicem, uel supplicando Principibus, uel nõ implẽdo promissa. Et quæ, inuocato nomine Dei omnipotentis, eo autore solidauerit, non solum minoratur infamia, uerum etiam actione priuatus, restituta pœna, quæ pactis probatur inserta, earum rerum & proprietate careat, & emolumento, quod ex pacto uel transactione illa fuerat consecutus. Quæ omnia eorum morũ commodo deputabuntur, qui intemerate pacti iura seruauerint. Eos etiam huius litis uel iactura dignos iubemus esse, uel munere, qui nomina nostra placitis inserentes, salutem Principum confirmationem initarum esse iurauerint pactionum. Dat. v, Id. Octob. Constantinopoli. Olibrio & †Priminio COSS.

† *Prouintio*

Interpretatio.

Si quis post XXV. ætatis suæ annum aduersus pactionem uel definitionem suam, quam nulla potestate constrictus emisit, sed uoluntate propria fecisse digno scitur, aut interpellare Iudices, aut Potestatum animos, contra hoc quod fecit, precibus adire præsumpserit, aut implere neglexerit ea, quæ sub sacramenti interpositione definitionis suæ scriptura testatur. Non solum ex hoc facto pronuntietur infamis, sed nec causam ipsam agere permittatur, & pœnam quam in pacto constituit, cogatur exoluere. Et quicquid partibus suis per eandem scripturam fuerit deputatum, illis continuo conferatur, qui emissæ pactionis definitionem sine aliqua contrarietate seruauerint. Illos quoq; præcipimus similis pœnæ conditione constringi, qui Dominorũ nomina cõiurant, placitis inserentes, & definita implere neglexerint, quod illis pro munere conseruatæ pactionis accrescat, qui sacramenta definita seruauerint.

DE POSTVLANDO. TIT. X.

Imp. Constantinus Aug. ad Bassum PF. P.

ADuocatus, qui cum sceleratis depactionibus suæ opis egentes expoliat atq; denudat, non iuratæ causæ, sed fundorum, pecorum, & mancipiorum qualitate rationeq; tractata, dum eorum præcipua poscit, in quo acta sibi pactione transcripsit, ex honestorũ cœtu, iudiciorumq; conspectu segregari præcipimus. Dat. †VI. Id. Mar. Constantinopoli, Constantino Aũg. VII. & Constantio COSS.

†VII.

Interpretatio.

Aduocati, id est causas † agentes, qui per iniquam cupiditatem susceptorũ causam acturi sunt, prius cogantur de rebus suis taliter scriptura intercedente paciscí, ut omnia quæ meliora sunt in agris, aut mãcipijs, aut in pecoribus, ad eos sub promissa

† *dicentes*

missa † definitione perueniãt. Et ideo qui tam scelerati in eos, quibus patrocinium promittunt, fuerint deprehensi, & à cõuentu honestorũ uirorum, & iudiciorũ communione præcipimus segregari.

† *defensione*

Impp. Valent. & Valens AA. Olibrio PF. P.

† Si quis uult esse causidicus, ipsam solam sumat in causis agendis personam, nec idem in eodem negocio defensor sit & quæsitor. Quoniam aliquem inter arbitros & patronos oportet esse delectum. Accepta XII. Cal. Septemb. Ipsis AA. COSS.

† *Quisquis*

Interpretatio.

Quicunque causas suscipere uel agere uoluerit alienas, hoc sibi nouerit uindicandum, ne uelit in eo negocio, quod susceperit, & Iudicis, & Assertoris habere personam.

Impp. Honorius & Theodosius AA. Eustasio PF. P.

De re necessaria ad locum alterius beneficio non solum per forum tuæ Magnitudinis, sed in uniuersis iudicijs ualituro, ut filijfamiliãs, quicquid ex huiusmodi professione, uel ipsius occasione conquisierint, id post patris obitum præcipuum, ueluti peculium castrense, proprio dominio ualeant uindicare. Sub tali forma, qua militantibus ex iure præcinctis cinguli prærogatiua detulit. Dat. X. Cal. April. Constantinopoli, DD. NN. Honorio XIII. & Theodosio X. AA. COSS.

Interpretatio.

Quicquid uiuo patre filius aduocatus de causarum susceptione acquisierit, sibi nouerit uindicandum, sicut castrense peculium, quod in armis constituti filij probantur acquirere. Vel illi qui iudiciariã uiuis parentibus meruerint potestatẽ.

DE ERRORIBVS ADVOCATORVM. TIT. XI.

Imp. Constantinus A. Furio Felici.

ADuocatorum errores in competenti iudicio litigatoribus nõ præiudicant. Dat. V. Cal. Aug. Constantinopoli, †A. Constantino COS.

† *A. V. & Constantio COSS.*

Interpretatio.

Aduocatus, si in suscepta causa aliquid in præiudicium per errorem dixerit, præiudicare ei, à quo adhibitus est, nullatenus debet: si continuo de ipso errore fuerit reclamatum.

DE COGNITORIBVS ET PROCVRATORIBVS. TIT. XII.

Imp. Iulianus A. †Secundino. PF. P.

† *Secundo*

NVlla dubitatio est, post causam in iudicio publicatam, utpote dominũ litis Procuratorem effectum, etiam post excessum

D eius

eius qui defensionem mandauerat, posse inchoatam litem iurgiumq; finire. Quippe cum & Procuratorem posse eum instituere, & ad hæredes suos inchoata transmittere, ueteris iuris uoluerunt conditores. Lecta
† III. apud acta. Data prídie Non. Febr. Iuliano A.† IIII. & Sallustio coss.

Interpretatio.

Qui dominus & Procurator de cuiuslibet rei petitione fuerit institutus, & susceptam litem uiuo mandatore per actionem repetendo fuerit contestatus, etiam si ille qui ei mandatum tale fecerat, de hac luce discedat, liceat ei rem, quam repe-
† uindicare tendam susceperat, sibimetipsi † defensare, & alium Procuratorem in hac causa, si uoluerit, qui repetat ut dominus ordinari, atque actionem ad hæredes suos successoresq; transmittere: Quia sicut in rebus quæ possidentur, Procuratores tantum
† nam non aduersus pulsatos † manent, non domini possunt firmiter ordinari: Ita in rebus quæ repetuntur, dominos Procuratóresque facere is qui pulsat ac repetit iure permittitur. Solum est, ut mandatum ad uicem donationis factum, actis habeatur insertum.

Impp. Valentinianus & Valens AA.

Commune negocium & quibusdam absentibus agi potest, si præsentes rem ratam dominum habitur̃ cauere parati sunt. Vel si quod ab hijs
† PP. VI. petitur, iudicatum solui satisdatione firmauerint. † Dat. v. Id. Decemb. Diuo Iouiano & Varroniano coss. Interpretatio.

Communes causas absentibus consortibus alij consortes agere possunt, si illi qui præsentes fuerint, caueant acceptum esse illis qui absentes sunt, quicquid fuerit iudicatum. Aut in præsenti fideiussorem dederint: Aut omnia quæ definita fuerint, implere non differant.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA.

† Pancratio † Prancatio PF. P.

In principio quæstionis persona debet inquiri, & utrum ad agendũ negocium mandato utatur accepto. Quibus rite & solenniter constitutis, potest esse sententia. Præteritis autem hijs, nec dici controuersiæ solent, nec potest esse iudicium earum. &c. Dat. prídie Non. April. Constantinopoli, Antonio & Syagrio coss. Interpretatio.

Cum primum ad Iudicem causa fuerit intromissa, personarum firmitas requiratur, ut is qui causam alterius prosequitur, mandatum eius, cuius causam agendam susceperat proferre procuret.

Imppp. Theodosius, Arcadius, & Honorius AAA. Victorio Proconsuli Asiæ.

Procurator, licet maritus sit, hoc solum exequi debet, quod procuratio emissa præscripserit. Dat. XV. Cal. Iul. Theodosio A. III. & Abundantio coss.

Interpretatio

Interpretatio.

Qui uxoris suæ negocium fuerit prosecutus, quamuis maritus sit, nihil aliud agat, nisi quod ei agendum per mandatum illa commiserit.

Iidem AAA. Rufino PF. P.

Nullo pacto fœminæ aut amplius quàm sibi competit agere, aut pro alijs possunt interuenire personis. Dat. IIII. Cal. Octob. Constantinopoli, Theodosio A. & Abundantio coss. Interpretatio.

Nulla ratione fœminæ † amplius quàm suas agendi causas habeant potestatẽ. † plus
Nec alicuius causam à se nouerint prosequendam.

Impp. Arcadius & Honorius AA. Androni-
co PF. P. Post alia.

Nemo militantum fiat susceptor defensorue causarum. Nec ad † con- † cognitionem
ditionem alieni † iuris suffragator accedat. &c. Dat. prídie Non. Iul. † iurgij
Mediolani, Olybrio & Probino coss. Interpretatio.

Militantes non permittuntur legibus lites suscipere alienas, nec Procuratores fieri possunt.

Imp. Theodosius A. & Valentinianus Cæsar
Asclepiodoto PF. P.

Si lite contestata Procuratorem uel Cognitorem, qui litis minister est ordinatus, mori contigerit, minime eius requirantur hæredes: ne-
ue superuacuum domino causæ laboris occasio † prætẽdatur, sed statim † protendatur
ad eum migrẽt omnes, qui dominus causæ fuerat, actiones. Et successoribus Procuratoris nulla super eo petitio relinquatur, nisi tantum expensarum nomine, uel factorum litis causa sumptuum. Nec sanè uidetur incongruũ Cognitori, cum manifestum sit si cognitor, uel præsentis Procurator usus fuerit in iudicio prosperiore fortuna, uel eadem reclamante deuictus, iudicati actionẽ sine ulla † cunctatione in dominum dari, uel † causatione
domino. Et hæc quidem in Actoris persona † delictis ministro edixisse † & litis
sufficiat. Cæterum iure quoque idem licere non dubium est: Quamuis abunde legum ueterum uel nostrarum obseruatione munita sit. Quod si in rem quoque suam Cognitor uel Procurator quis fuerit ordinatus, simili modo nihil noui requirere patiuntur. &c. Dat. XVIII. Cal. Decemb. Constantinopoli, Victore v. c. cos.

Interpretatio.

Procurator est, cui per mandatum causa permittitur. Cognitor est, cui sine Procurator.
mandato causam suã agendam præsens præsente iudice litigator iniungit. Si Pro- Cognitor.
curator aut Cognitor tantummodo, non dominus & Procurator effectus, post li-

tem conteſtatam quolibet caſu de hac luce diſceſſerit, demandato ſibi negocio ad ſuum nihil tranſmittit hæredem: niſi tantum ſumptuum uel expenſarum repetitionem, quam autorem ſuum in ſuſcepta cauſa feciſſe probauerit. Lis uero ad mandatorem redit. Si præſentis Procurator uincatur, aut uincat, in dominum uel domino, non in Procuratorem uel Procuratori actio tribuetur iudicati. Idem eſt & in pulſati uel poſſeſſoris Procuratore ſeruandum, ſi aut uincatur aut uincat. Et ſi in rem ſuam quis factus fuerit dominus & Procurator, & Procuratorem ipſe pro ſua utilitate iam fecerit, ſimiliter exitus rei iudicatæ dominum reſpiciet, non actorem.

DE ACTIONIBVS AD POTENTES TRANSLATIS. TIT. XIII.

Impp. Honorius & Theodoſius AA. Ioanni PF. P. Poſt alia.

†Cal. CVIuſcunq; modi cautiones ad cuiuſcunq; potentum fuerint delatæ perſonas, debiti creditores iactura multentur. Aperta enim credentium uidetur eſſe uoracitas, qui alios actionũ ſuarum redimant exactores. &c. Dat. VI. †Id. Iul. Rauennæ, Domino noſtro Honorio XIII. & Theod. XI. AA. COSS.

Interpretatio.

Qui cautiones exigendas potentibus dederint, omne debitũ perdant: Quia ubi poteſt eſſe repetitio, poteſtas ad exigendum non debet à creditoribus inuitari.

DE HIIS QVI POTENTIORVM NOMINA †ILLICITE PRAETENDVNT, AVT TITVLOS PRAEDIIS ADFIGVNT. TIT. XIIII.

†in lite

Impp. Arcadius & Honorius AA. Meſſalæ PF. P.

ANimaduertimus plurimos iniuſtarum deſperatione cauſarũ, potentium titulos, & clariſſimæ priuilegia dignitatis hijs, à quibus iniuſte uocãtur, apponere, actione hac ne in fraudem legũ aduerſariorumq; terrorẽ hijs nominibus abutãtur & titulis, qui in huiuſmodi dolo ſcientes cõniuent, adficiendi ſunt publicæ ſententiæ †nota. Quod ſi nullum in hac parte conſenſum præbuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus ædibus adfigantur alienis, eatenus in eos qui fecerint uindicetur, ut affecti plumbo perpetuis metallorum ſupplicijs deputentur. Quiſquis igitur lite pulſatus, cum ipſe & rei ſit poſſeſſor & iuris, & titulum introlatæ ſolenniter pulſationis exceperit, contradictorijs libellis aut titulis alterius nomen crediderit inſerendũ, eius poſſeſſionis aut cauſæ, quam ſibi ſub hac fraude aut retinere, aut euitare uel hæreditare tentauerit, amiſſione multetur: nec repetendæ actionis, etiamſi ei probabilis negocij merita ſuffragentur, habeat poteſtatẽ. Eos ſanè, qui ſe ſponte alienis

†næuo

tè alienis litibus inſeri patiuntur, cum hijs neq; proprietas, neq; poſſeſſio competat, ueluti famæ ſuæ prodigos, & calumniarum redemptores notari oportebit. Dat. V. Cal. Decemb. Mediolani, Stilliconе V. C. COS.

Interpretatio.

Cognouimus multos cauſas ſuas per potentium perſonas excuſare uel proſequi, ita ut libellos uel titulos eorum nominibus, qui dignitate præclari ſunt, quo facilius terreant poſſeſſores, in hijs domibus quæ ab eis repetuntur, affigant. Aut certe ſi aliquid repetantur, nomine magnorum & clariſſimorum uirorum prolatis libellis contradictorijs ſe ſpecialiter excuſare uel proſequi. Quod ſi ex eorum uoluntate factum fuerit, quorum nomina libelli teſtantur, publice debet dignitas eorum pro omni utilitate notari. Illi uero qui cauſas ſuas tali fraude agere præſumpſerint, plumbatis cæſi, in metallo damnati perdurent. Vnde †quacunq; de re conuictus, in qua dominus eſſe dinoſcitur, ſi alterius nomine ſe uoluerit defenſare, aut alium alterius nomine inquietare præſumpſerit, cauſam perdat. Et rem, de qua agitur, ſeu poſſeſſionem, ſeu repetitionem amittat: quamuis boni meriti negocium poſſit habere.

†quicunq; de re conuentus

DE DOLO MALO. TIT. XV.

Imp. Conſtantinus A. ad Symmachum †Vicarium.

†v. Clariſſ.

OPtimũ duximus, non ex eo die, quo ſe quiſq; admiſſum dolum didiciſſe memorauerit, neque intra anni utile tempus, ſed potius ex eo die, quo adſeritur commiſſus dolus, intra continuũ tempus anni, reis quibus eſt decertandi ius, inuenitur huiuſmodi actionem cauſa cognita †differri. Ita utſi forte is, contra quem res agitur, †longe ullo genere diſceſſerit, nec denuntiandi neceſſitate petitor oneretur, nec eius qui abierit præſentia poſtuletur. Nec tamen aſſiſtere, ſi uelit, quiquam prohibeatur examini, contra quem decernenda intentio huiuſmodi fuerit. †Appetita aut impetrata doli actione, lis ad ſuum iudicem tranſlata, intra biennij ſpatium decidatur. Ratione temporis cuſtodita, cum legitime fuerit apud ſuum iudicem cœpta, exemplo litium cæterarũ, †perpetuum uero ſilentio conquieſcat: Niſi ex die quo impetrata fuerit actio, †quotidiano biennio, quod ſequitur, omnis litis fuerit deciſa. Omnes igitur ſciant, neq; incipiendam poſt biennium quod ſequitur, neq; ante completum biennium finiendæ doli actionis conceſſam licentiã. Data VIII. Cal. Aug. Narſo, Conſtantino A. V. & Licinio Cæs. COSS. Interp.

† deferri

† longius

† Expetita

† perpetuo

† continuato forte legendum eſt.

Dolus malus eſt, quoties per aliquã ſcripturã uel fraudem ea quæ definita ſunt, per ſcripturæ argumenta mutantur. Vel ſi quis per chartarum ſuppoſitionem, aut ſubreptionem aliquam id quod contra ſe futurũ ſit, ut conſentire uideatur, uel inducitur, uel quæ cum hijs ſimilia diſcutiente iudice probantur admiſſa. Et ideo ille qui queritur doloſe ſe fuiſſe grauatum, intra biennium ſuas & incipiat, & defiiniat actiones: ultra ſibi nec ad inchoandum, nec ad †definiendum tempus nouerit eſſe conceſſum. Nam ſi aut illum, qui dolum malum admiſiſſe dicitur, aut illum

† diffindendũ

qui pertulit, absentem esse contigerit, à tempore quo apud iudicem agere cœperit, biennium ad definiendam actionem sciat sibi esse permissum.

DE INTEGRIS RESTITVTIONIBVS. TIT. XVI.

Imp. Constantinus A. ad populum.

INtegram restitutionem minoribus aduersus commentitias uenditiones, & aduersus Tutorum insidias, sanctionum præsidio cautam esse non dubium est, ac si quid forte eidem de suo in fraudem tutelæ alienasse docentur, fraudatorio interdicto prospectum esse minoribus declaratur. Dat. Id. Mart. Sirmio. Ipso Augusto VII. & Cæsare COSS.

Interpretatio.

In annis minoribus constitutis multum legibus constat esse prospectum. Et ideo aduersus Tutorum fraudes, uel uenditiones, quas minoribus aliquibus commentis extorserint, aut † quicquam sub tutelæ nomine iniuste egerint, nouerint legis beneficio reuocandum.

† quicquid

Idem A. ad Bassum.

Placuit post XX. & V. annos expletos, ex eo quo uicesimi & sexti anni dies illuxerit, ad interponendam contestationem in urbe Roma † centesimum usque ad anni tricesimi extremum diem spatia prorogari, & intra † tricesimum urbis Romæ miliarium, si tamen ab hijs iudicibus, qui Romæ sunt, fuerit iudicandum. Per omnem uero Italiam usque ad finem anni uicesimi & noni. In cæteris omnibus prouincijs usque ad completum annum uicesimum & octauũ. Quo transacto tempore, manifeste omnes sciant, legum sibi deinceps præsidia denegari. Quandoquidem contestationis necessitate depulsa, finiendæ sint in integrum restitutiones, decidendasq; causas certo genere clauserimus. Eandem autẽ custodire temporum conuenit rationem, si forte quis beneficio nostro ætatis ueniam fuerit consecutus, ex eo die, quo indulgentiæ nostræ in iudicio cõpetenti fuerit intimata, eiq; administratio rei propriæ reseruata, ut ad persequendas in integrum restitutiones, finiendasq; causas iuge tempus habeat præstitutum. † Si quis sanè in minoris iura successerit minor, minime prohibeatur, cum † quartum & uicesimum annum ætatis suæ † transierit, integræ restitutionis beneficio uti tempore illibato: Quod si maioris fuerit minor iura nactus, quantum ad eas pertinet actiones, quas ex persona maioris fuerit consecutus, tantum temporis ad exponẽdas in integrum restitutiones, † decidendasq; causas accipere debebit, quantum defuncto, cuius hæres aut bonorum possessor docebitur, extitisse † reliquum fuerat. Cum uero maior successionem fuerit adeptus minoris, siquidem

† Si quando
† quintum
† transegerit
† dicendasq;
† relictum

siquidem ciuili iure ab intestato uel ex testamento successerit, † mox cõcreta accepta fuerit, examinando in integris restitutionibus negocio, solida sine ulla diminutione tempora supputẽtur, quæ non pro † locis & religionibus atque prouincijs, in quibus morantur qui hæredes aut bonorum possessores sunt, obseruari iubemus, sed in quibus defuncti domicilia collocauerant. Dat. † VII. Cal. Aug. Missa PF. P. † Accepta Non. Octob. Constantino A. V. C. VIII. & Constante A. COSS.

† Augustense exemp. ita habet: mox concreta fuerit, uel adita hæreditas: Si uero honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, &c.
† alijs regionibus.
† VIII.

Interpretatio.

Iustum uidetur, ut post XXV. annum, ubi XXVI. annus fuerit ingressus, deposita apud iudicem contestatione petat quæ sibi uoluerit. Et quæ in annis minoribus aut per se, aut per Tutoris uel Curatoris uitium male acta sunt, salua & integra pro ætatis infirmitate restitui. In hijs duntaxat prouincijs, usque ad XXVIII. annum, si contestatus fuerit, integra ei, saluo principali negocio, quæ male amiserat reformentur. † Hic etiã qui Serenitati nostræ pro uenia ætatis crediderit supplicandũ, hoc sibi nouerit esse concessum, ut sine præiudicio indulgẽtiæ nostræ, quod in cõsequenti lege comprehensum est, usque ad constitutum superius tempus liberum habeat in rerum, quas male gesserat, proprietatẽ restitui. Quod si forsitan minor annis in illius hæreditate successerit, qui & ipse in annis minoribus ab hac luce discessit, non prohibendus est, cum ad XXVI. annum peruenerit, ut sibi unde illi competebat, reparatione agendarum rerum interposita, contestationem recipiat uel requirat. Sin uero minor hæreditatem illius, qui plena & integra ætate defecit, acceperit, mox in integrum fuerit restitutus, ea tempora in negocijs prosequatur, quæ defuncto maiori legibus competebant. Cum autem maior minori, seu ex testamento, seu ex quocunque iure successerit, cum primum ad eum hæreditas defuncti peruenerit, quicquid pupillo potuit pro integri restitutione competere, in illius transeat actionem: Ita ut illius prouinciæ forum sequatur, in qua defunctus minor habitasse dignoscitur.

† Nam &

Impp. Honorius & Theodosius AA. Iuliano Proconsuli Africæ.

Et mulieribus, & minoribus in hijs quæ uel prætermiserint uel ignorauerint, innumeris autoritatibus constat esse consultum. Dat. IIII. Non. Mar. Rauennæ, Constantio A. V. C. COS.

Interpretatio.

Minoribus mulieribus, sicut & uiris, ita in causis omnibus subuenitur. Maioribus uero mulieribus pro fragilitate sexus in multis religs rebus, quas per ignorantiam prætermiserint, sicut lex ipsa loquitur, iubet esse consultum. Id est, ut si fideiussores pro quibuscunq; accesserint, pro ipsa fideiussione non teneantur obnoxij. Et si in difficilioribus causis ius uel leges nescientes, mandati chartulam pro negocijs suis forte subscripserint, ut earum cui mandauerint negocium exequantur, & ille in charta non solum procuratorem, sed & dominum si se esse scripserit, deceptis per hanc fraudem mulieribus subuenitur. Reliqui autẽ contractus, quos firma ætate publice & solennibus scripturis gesserint, in sua firmitate perdurent.

DE HIIS QVI VENIAM AETATIS IMPETRARVNT. TIT. XVII.

Imperator Constantinus A. ad Verinum.

OMnes adolescentes, qui honestate morum præditi, paternam frugem, uel maiorum patrimonia, urbana uel rustica conuersatione rectius gubernare cupiunt, & imperiali auxilio indigere cœperint, ita demum ætatis ueniam impetrare audeant, cum uicesimi anni clausa ætas adolescentiæ, patefacere sibi ianuam cœperit ad firmissimæ iuuentutis ingressum: Ita ut post impetratam ætatis ueniam, ijdem ipsi principale beneficium allegantes, non solum præscriptorum annorum numerum probent, sed etiam testibus aduocatis, honesta aut simili, aut potiore dignitate præditis, morum suorum instituta, probitatémque animi, testimonio uitæ honestioris edoceant. Quod cum ea conditione effecerint, in alienatione prædiorum ius tantum legitimæ ætatis obtinebunt, quantum per annorum dimensiones ac temporum, legis natura singulis quibusque deferre consueuit. Fœminas quoque, quarum ætas biennio uiros non sera pubertate præcedit, seruato etiam in hoc temporis interuallo, decem & o-
† *Si* cto annos egressas, ius ætatis legitimæ mereri posse sanximus. †Sed eas quas morum honestas, mentis q̃ solertia, quasi certa fama commendat, has uero propter pudorem & uerecundiam, in cœtu publico demonstrare testibus non cogemus. Sed percepta ætatis uenia, annos tantum probare tabulis, uel ab illis, uel testibus misso Procuratore cõcedimus. Vt etiam ipsæ in omnibus contractibus tale ius habeant, quale uiros habere præscripsimus. Ita ut Senatores apud Grauitatis tuæ officium, de suis moribus, & de honestate perdoceãt. Perfectissimi, apud uicariam præfecturam. Equites Romani, & cæteri apud Præfectum uigilum Naucularij, apud Præfectum annonæ. Cui ætati, quoniã inter plenam perfectamq̃ adolescentiam, & robustissimam iuuentutẽ media est firmitate
† *secunda* ætatis, appellationẽ imponimus: Vt prima ætas pueritia sit, †sequens a-
† *firmata* dolescentia, †firma hæc tertia, quarta legitima, quinta senectus habeatur. In ipsis etiam contractibus hac appellatione consignanda, ut non nudum nomen uenditoris inseratur tabulis emptionum: Sed ab illo, qui firmatæ ætatis, & honestus uir habeatur, emisse illum significetur, &
† *firmatæ* uenditorem esse †firmitate ætatis. Ita tamen, ut quia spes adempta per-
† *&* fidiæ est, †quod in uendẽdis prædijs diligentiores esse persistant, qui beneficium

neficium meruerunt principale, nec prædia sine decreto alienent. Dat. VI. Id. April. Thessal. PP. IIII. Cal. Iun. Romæ, Crispo II. & Constantio. II. COSS.

Interpretatio.

Adolescentes, qui honestis moribus esse probantur, & ad gubernandas facultates suas idoneam cupiunt habere personam, oportet eos primum, antequam ad legitimam ætatem perueniant, id est, ubi uir XX. annorum esse cœperit, auxilium principis implorare, & accepto huius rei beneficio, eo ordine apud testificationem publicam allegare, ut probent se XX. annorum impleſſe curricula, & honestam conuersationem transigere, & sic prædia sua in aliena iura cum decreti tamen interpositione, transferre liberam habeant potestatem. Fœminæ uero, sicut biennio in pubertate minores sunt, ita & transacto biennio, ubi ad XVIII. annum peruenerint, eas tamen, quas morum & honestatis commendat opinio, non in publico annos probare suos cogendæ sunt: sed misso Procuratore perscripturam annos eos, quos superius diximus, se habere demonstrent, & similem, quam uiri in contractibus habeant facultatem. Ita ut qualis, uel quàm digna persona sit, apud talem Iudicem hæc quæ dicta sunt debeat approbare. Ergo cum fuerint post adolescentiam hac ætate firmati, in ipsis quoque scripturis, uel uenditionum instrumentis honestos se esse & firmatos ætate conscribant. Hoc tamen illis liceat, qui beneficium, ut diximus, Principis pro confirmanda ætate meruerint, ne prædia sua sine iussu Iudicis, uel decreto, quod ex præcepto Iudicum, uel consensu Curialium datur, alienare præsumant.

DE IVDICIIS. TIT. XVIII.

Imperator Constantinus A. ad Maximum.

IVdicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi, adijciendiq̃ patientia præbita ab eo, ut ubi actio partium †limitata sit, † *limata*
contentiones, non occursu Iudicis, sed satietate altercantium metas compresserint †uel contempserint, sæpius requiratur, & crebra interrogatio- † *Arrepsit in contextum aliunde.*
ne Iudicis frequentetur, ne quid noui resideat, quod annecti allegationibus in iudiciaria contentione uel discussione cõueniat, cum ad alterutrũ hoc proficiat, siue definienda sit causa per Iudicem, siue ad nostram scientiã referenda. Nec ad nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat. Dat. † IIII. Id. Ian. Syrmio, Crispo II. & Constantino II. † *II. Prid.*
COSS.

Interpretatio.

Iudex cum causam audire cœperit, litigatorum assertiones uel responsiones patiẽter accipiat, & omnia plena discussione perquirat. Nec prius litigantibus sua sententia uelit obuiare, nisi quando ipsi peractis omnibus, si iam in contentione non habuerint quod proponãt, quouscq̃ rei ueritas perueniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermissum fortasse remaneat: Quia si apud ipsum finienda causa est, totum debet agnoscere. Sin uero ita res exigit, ut ad Principis notitiã deferatur, plena discussis omnibus data relatione debet esse suggestio. &c.

Idem A. ad Seuerum PF. P.

Nulli prorsus audientia præbeatur, qui causæ continentiã diuidit, & ex beneficij prærogatiua id quod in uno eodemq; iudicio poterat terminari, apud diuersos Iudices uoluerit uentilare, pœna proposita. Si quis contra hanc supplicauerit sanctionem, atq; alium super possessione, alium super principali quæstione iudicem postulauerit, ut rei quæ petebatur integra æstimatione subducta, quintam portionem reip. eius ciuitatis inferat, in cuius finibus res, de qua agitur, constituta est. Dat. III. Cal. Aug. Paulino & Iuliano COSS.

Interpretatio.

Nullus penitus audiatur, qui unius causæ propositionẽ apud duos Iudices partiri uoluerit, ut apud unum de negocio principali proponat, & ab alio sibi momenti beneficio rem postulet consignari. Quod si quis hoc facere fortasse præsumpserit, eiusmodi pœna se nouerit condemnandum, ut nec illud quod repetit ulla ratione recipiat, & quintam portionem facultatum suarum, quantum ibi possidere poterit, reip. ciuitatis illius cedat, in cuius finibus res, de qua agitur, fuerit constituta.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO. TIT. XIX.

†Lucium

Imp. Constantinus A. ad †Lucrium Verinum.

†iniustas constituerit

FRatres uterini ab inofficiosis actionibus arceantur, & germanis tantummodo fratribus, aduersus eos duntaxat institutos hæredes, quibus †iniustas constituerit esse notas detestabilis turpitudinis. Hac notatione durante, sine auxilio Prætoris petitionis aditus reseretur. Dat. Id. April. Syrmio, Constantino A. & Licinio Cæs. COSS.

Interpretatio.

Fratribus uterinis, id est de diuersis patribus & una matre natis, non liceat de inofficioso contra testamentum fratris agere. Sed germanis fratribus prætermissis, id est uno patre natis: si turpibus personis, id est infamibus fuerit hæreditas derelicta, hoc est aut pro libidine meretricibus, aut pro inhonesto affectu naturalibus aut certe temelicis, uel libertis suis, agẽdi cõtra testamentũ licentia reseruatur. Si tamen is ipse germanus non pro crimine suo exilio fuerit deputatus, aut per captiuitatem fuerit seruus effectus, aut per emancipationem successionis uel actionis iura perdiderit.

Idem A. ad Claudium Præsidem Daciæ.

Licet legum autoritas, filiorum potius quàm matrum personis uoluit laborem incumbere, ut de inofficioso agentes, intra præfinita tempora doceant nullo suo uitio factum, nec offensionem se parentibus præstitisse, sed iugiter obsecutos, ut naturæ ipsius religio flagitabat, disciplinam illæsam, inoffensamq; seruasse, ut hijs probatis remoueri parentum

ualeant testamenta. Tamen si mater contra filij testamentum inofficiosi actionem instituat, inquiri diligenter iubemus, utrum filius nulla ex iusta causa læsus, matrem nouissima læserit uoluntate, nec luctuosam ei, nec legitimam reliquerit portionem, ut testamento remoto matri successio deferatur. Si tamen defuncto consanguinei ac nati non sunt superstites, an mater inhonestis factis atq; indigentibus uotis filium forte obsedit, insidijsq; eum uel clandestinis uel manifestis adpetijt, uel inimicis eius suas amicitias copulauit, atq; in alijs sic uersata est, ut inimica potius quàm mater crederetur, ut hoc probato, inuita etiam adquiescat læsi filij uoluntati. Dat. VIII. Id. Febr. Sirdice, Crispo Cæs. II. & Constantio II. COSS.

Interpretatio.

Quamuis leges filijs, si prætermissi testamento fuerint, maiorem quàm matribus agendi dederint potestatem, ut de inofficioso matris testamento proponant, id est, si quarta debitæ portionis suæ filio dimissa non fuerit, ita tamen, si probare potuerint, quod matris in nullo læserint pietatem, sed se obsequium, ut decuit, præstitisse: sic testamentum matris, in quo prætermissi fuerint, non ualebit. Nam si mater contra testamentum filij, quod inofficiosum dixerit, agat, debet diligenter inquiri, si contra filium mater nihil egisse probatur, aut si nullis insidijs uel publice, uel secrete eum lædere fortasse tentauerit. Ne forsitan consiliũ aduersus filium inimicis suis, & quod impium est, auxilium quoque præstiterit. Quod si factum non fuerit, potest remouere prætermissa mater, quia ei quartam de rebus suis portionem filius non dimisit, quod filius fecerat testamentum. Si tamen filio fratres consanguinei agnati, id est uno patre nati, aut eorum filij per uirilem sexum non esse probantur. Nam si mater, ut superius dictum est, pro manifestis inimicicijs suis prætermissa docebitur, inuita adquiescat læsi filij uoluntati.

Idem A. ad concilium †Baianorum.

†Bizantinorũ

Seruus necessarius hæres instituendus est, qui non magis patrimonium quàm infamiam consequi uidetur: Vt declaret actionem inofficiosi fratribus relaxatam, cum infamiæ respergitur uitijs is qui hæres extitit, omniaq; fratribus tradi, quæ per turpitudinem, aut aliquam leuem notam capere non potest institutus. In hac quoque parte si quando libertis hæredibus institutis fratres fuerint alieni, inofficiosi actione proposita prævaleant in omnibus occupandis facultatibus defuncti, quas ille perperam ad libertos uoluit pertinere. Dat. VII. Cal. Aug. Coloniæ Agrippinæ, Pacatiano & Hilariano COSS.

Interpretatio.

Si seruo per necessitatem debiti à domino cum libertate hæreditas fuerit dimissa, quia huiusmodi persona uidetur infamis, germanis fratribus, qui prætermissi sunt, agendi contra testamentum datur facultas: ut remota infami persona, salua tamen quam meruit libertate, hæreditatem germani fratres ad se debeant reuocare.

Nam et si prætermissis fratribus liberti per testamentum hæredes fuerint instituti, simili modo germani defuncti eos à bonis fraternæ hæreditatis excludant, sibiq; omnia quæ reliquerit uindicabunt.

Imp. Constantinus A. & Cæsar Olybrio.

Cum scribit moriens, ut arbitratu boni uiri, siquidem minus filijs sit relictum, quàm modus quartæ portionis, quæ per successionem bonis tantum liberis debetur, efflagitat id ipsum ad hæredem de eisdem in pecunia impleatur, manifestũ est, nullam iam prorsus nec super testamento, nec super donationibus querelam remanere, præsertim cum uniuersa eadem repellat & reprimat, quæ ad pecuniam redigat †actio iusta. †taxatio

Dat. †XII. Cal. Iul. Tauro & Florentio COSS. †XIIII.Cal. Iun.

Interpretatio.

Quoties pater filijs familiàs per testamentum de facultatibus à se dimissis quartam dari præceperit portionem, & hoc in †nummum fieri bonorum uirorum arbitrio crediderit committendum, seu hoc testamento siue donatione conscripserit, nullam contra uoluntatem patris filius habeat actionem, dummodo quartam portionis suæ, quam erat habiturus de omnibus, quæ tempore mortis suæ pater reliquerit, consequatur in nummo. †numero.

Imppp. Gratianus, & Valentinianus, & Theodosius AAA. Hypatio PF. P.

Intra quinquennium, quod inofficiosis actionibus constitutum est, liberis quoque parentum iudicia inofficiosa causantibus, eadem temporis curricula præstituta sunt. Dat. V. Cal. Iun. Patauij, Merobaude II. & Saturnino COSS.

Interpretatio.

Intra quinque annos à die mortis defuncti, quicunque inofficiosum dicere uoluerit testamentum, inchoandæ actionis licentiam se nouerit habiturum. Quod temporis spatium etiam filij sibi, si contra parentum testamẽta ac uoluntatem agere uoluerint, agnoscant esse concessum. Quo transacto, si repetitio inchoata non fuerit, omnium personarum de inofficioso intentio conquiescat. Cæterum intra quinquennium inchoata, usq; ad tricennium obtineat actionem.

Impp. Honorius & Theodosius AA. Ioanni PF. P.

Aduersus iudicium omnibus integris atq; seruatis, quibus inofficiosi actio, aut de immodicis donationibus cœperit forte competere, uel qui se præteritum esse testatur. Nos enim ita huiusmodi institutiones firmandas esse censemus, ut competentibus actionibus uiam minime clauserimus. Dat. †XII. Cal. Mart. Rauennæ. Post consulatum Honorij VIII. & Theod. V. AA. †XV.

Interpretatio.

Contra uoluntatem defuncti ita omnia quæ superiori lege sunt statuta seruentur, ut & de inofficioso agere liceat, etsi quis se præteritũ dixerit, audiatur. Sed ita hæc omnia obseruari præcipimus, ut si qua alia propositio fuerit de testamento uel donatione

donatione, quæ possit opponi, in omnibus audiatur.

Imp. Theodosius A. ad Asclepiodotum PF. P.

Siquis defuncti agnouerit uoluntatem, de inofficioso agere prohibetur. Dat. VII. †Id. Mart. Constantinopoli, Victore COS. †Cal. Mar.

Interpretatio.

Qui per testamentum sibi aliquid derelictum acceperit aut uendicauerit, & uoluerit contra uoluntatem defuncti agere, licentiam penitus non habebit.

DE INOFFICIOSIS DONATIONIBVS. TIT. XX.

Imp. Constantinus A. & Cæsar Olybrio.

ILlud omnino dubitare non conuenit, quod immodicarum donationum omnis querela ad similitudinem inofficiosi testamẽti legibus fuerit inducta, & sit in hoc actionis utriusque uel una causa, uel similis æstimanda, uel idem tempore & moribus. Dat. XIIII. Cal. †Iul. Tauro & Florentio COSS. †Iam

Interpretatio.

Certum est, quod donatio facta de inofficiosi querela ad similitudinem inofficiosi testamenti iudicatur, contra quam similiter prætermissus, et si ei minus cui hæc actio cõpetit, quàm quartæ portionis suæ modus est, dimittatur, intra quinquennium superius constitutum agere permittitur. Et sicut inofficiosum testamentum, ita potest agere ut donatio euacuetur.

DE INOFFICIOSIS DOTIBVS. TIT. XXI.

Imp. Constantinus A. ad Maximum Præsidem Ciliciæ.

VM omnis hæreditas dote dicatur †explicata, expleta, & euacuata, exhausta, concordare legibus promptum est, ut ad exemplum inofficiosi testamenti aduersus dotem immodicam exercendæ actionis copia tribuatur, & filijs conquirentibus emolumenta ✻(emolumentũ dicitur fructuum lucrum, præmium, uel merces laboris, siue fructus laboris) debita conferantur. Dat. †IIII. Cal. Iun. Syrmio, †Datiano & Cereali II. COSS. †Augustense exemplar exhausta habet. ✻Parenthesis illa arrepsisse uidetur aliunde. †XIIII. †Donatiano

Interpretatio.

Quoties per dotem ita omnis hæreditas euacuata probatur, ut si quarta hæreditatis ipsius non fuerit reseruata, liceat filijs ad similitudinẽ inofficiosi testamenti cõtra dotem agere, & debitam sibi portionem ex lege recipere.

Idem A. & Iulianus Cæsar Pomponiano.

Dote ab uxore marito data, filijs ex priori matrimonio, si neque ultra dodrantem nullus in fraudem legis Papiæ constituatur, de

hac repetenda nullam constat habere actionem. Dat. XV. Cal. Ian. Syrmio, Ipso Augusto X. & Iuliano Cæs. IIII. COSS.

Interpretatio.

Si mulier marito secundo dotem dederit, & ex priore marito filios habuerit, & non eis tres uncias, id est, quartam portionem de rebus suis reseruauerit, dos quæ contra legem Papiam secundo marito data est, non ualebit.

DE HAEREDITATIS PETITIONE. TIT. XXII.

Imp. Constantinus A. & Cæsar, ad Maximum PF.

† Si is qui

SI† quis dignitate Romanæ ciuitatis amissa Latinus fuerit effectus, in eodem statu munere lucis excesserit, omne peculium eius à patrono, uel patroni filijs, siue nepotibus eius, qui nequaquam ius agnationis amiserint, uindicetur. Nec ad disceptationẽ litis, uel ut hæreditariæ controuersiæ filijs liceat accedere, cũ eius potissimum status ratio tractanda sit, non quem beneficio libertatis indultæ sortitus acceperit, sed is uindicetur, in quo munere lucis excesserit. Dat. III. Cal. Febr. Serdicæ, Ipso Augusto & Cæs. COSS.

Interpretatio.

Si quis ciuis Romanus libertus, intercedente culpa, Latinus libertus fuerit effectus, si in eadem latinitate sine reparatione primi status ab hac luce discesserit, facultates illius patronus, uel patroni filij, uel nepotes, qui tamen per uirilem lineã descendunt, & emancipati non fuerint, sibimet uindicabunt. Nec sibi † filios, quos ciuis Romanus generauit, fortasse dimiserit, aliquid de eius hæreditate præsumant: Quia non requirendũ est, in qua libertate nati fuerint, sed in qua pater eorum positus conditione defecerit.

† filij

DE REI VENDICATIONE. TIT. XXIII.

Impp. Honorius & Theodosius AA. Crispino Comiti & magistro Equitum.

QVisquis armatæ militiæ stipendijs communitus in solo publico uel ædificium aliquod construxerit, uel septis quibuslibet spatia certa concluserit, perpetuo iure, & firmo dominio eadem ex nostra generali autoritate possideat: nec per subreptionẽ aliqs postea eadẽ loca à nostra Clementia audeat postulare. Illud quoq; sancimus, si quisquam militum simili conditione ante hoc tempus loca publica possidenda detinuit, ac postea eadem per alias competitionum nebulas detectus fuerit amisisse, reformari eadem. Ita tamen, si probatum fuerit, à nullo

nullo antea possessum solum hac qua ostendimus † simili ratione detentum. Vel si in alios forte eorũ militum uoluntate translatum fuisse, quod tenuerat, potuerit perdoceri. † Si quis tamen post hanc definitionem nostri numinis surripiẽdo postulare audeat, hæc spatia, de quibus præsens oraculi nostri forma comprehendit, pœnã XX. librarum auri iubemus adscribi. Dat. V. Cal. Mart. Rauennæ, Asclepiodoto & Mariniano COSS.

† à milite

† Ne quis sanè

Interpretatio.

Quicunque militans in solo publico ædificium fortasse extruxerit, aut aliquid pro utilitate sua crediderit faciendum, per nullius calumniam penitus repellatur, sed hoc perpetuo in eius iure permaneat, † id est, si miles nostris utilitatibus seruiẽs si locum publicum construxerit, uel ad excolendum fortasse tenuerit: si hoc tamen nullus antea tenuit, cui miles ipse peruasor extiterit, simili ratione possideat. Contra quam rem etiam si ibi subreptũ Principi fuerit, non solum impetrata non ualeant, uerum etiam improbus petitor XX. libras auri fisco cogatur exoluere.

† Idem

DE FAMILIA HERCISCVNDA. TIT. XXIIII.

Imp. Constantinus A. ad Verinum.

CVm diuidendæ res erunt, dubitari non potest, ab hæredibus suis concessum sine ulla controuersia cõmodandum. Quod uero ad huiusmodi expectat scripturas, in quibus talis defunctorum mens fuisse inuenitur, ut de testamento intelligatur tantũmodo cogitatum, etsi repugnare ius uideatur, huiusmodi quoque inscriptiones, inter suos duntaxat hæredes, ualere oportet, quemadmodum ualent scripturæ simpliciter inchoatæ: quas nulla solennitatis adminicula defendunt, solis nixæ radicibus uoluntatis. Licet enim sub testamenti uocabulo cœptæ, cum perfectæ non sint, neque appellari aliter ullo modo possint, euanuisse uidentur: tamen dispositiones ultimæ coloratam iuris imaginem referentes, iustius in se legum procliuem fauorem debent prouocare. Quamobrem cum filijs ac nepotibus, ciuili iure, uel auxilio Prætoris, ut suis hæredibus defuncti successio deferatur, etiamsi inceptum, neq; impletum testamentum esse memoretur: Vel si ab utilitate uerborum, uel solennitate iuris inanis scriptura esse dicatur, considerari specialiter uoluntatem placet, & obsecundari protinus cum res diuidentur, nec retineri amplius, quàm quod singulorum personis detegatur adscriptum: Vt & memoria defuncti non uiolentur parentes, & occasiones litium dirimantur. Dat. † IIII. Cal. Septemb. † III. Crispo II. & Constantino COSS.

Interpretatio.

Quãdo facultas patris inter filios uel nepotes diuiditur, specialiter uolũtas patris uel aui paterni debet in omnibus custodiri, cuius testamentũ etiamsi nõ fuerit perfectum,

fectum, aut si non legitimo numero testium subscribatur, nec gestis allegetur. Tamen si agnoscitur defunctus, de quo supradictum est, de facultate sua aliquid ordinasse, quicquid unumquenq; de filijs ac nepotibus cuiuscunq; sexus habere uoluerit, hoc sibi sine consortis repetitione defendat: Nec præsumat aliquis, quod alterius consorti autor ille dimiserit. Sed hoc inter filios ac nepotes ex filijs masculis obseruetur, quod uoluntate autoris per quancũq; scripturã probabitur ordinatũ.

Idem A. ad Constantinum PF. P.

†usurpandis Nulli quidem de bonis †obseruandis uiuorũ, nec diuidendi contra bonos mores concessa licentia est. Sed si præcipiente matre bona eius inter se liberi diuiserint, placuit †omnifariam nobis huiusmodi diuisionem durare. Si modo usque ad extremum eius uiuendi spatium uoluntas eadem perseuerasse doceatur. Dat. †IIII. Cal. Iun. Constantinopoli, Constantio & Maximo COSS. Interpretatio.

†omniforma

†III.

Licet uiuorum bona ut diuidantur iniustum sit, tamen si mater uiuens facultates suas filijs præceperit & permiserit diuidendas, & usque ad exitum uitæ suæ in eadem uoluntate perstiterit, diuisio inter filios facta perduret.

DE COMMVNI DIVIDVNDO. TIT. XXV.

†Cærulo Imp. Constantinus A. †Ierulæ Rationali trium Prouinciarum.

IN Sardinia fundis patrimonialibus, uel Emphiteuticarijs per diuersos nunc dominos distributis, oportuit sic possessionum fieri diuisiones, ut integra apud possessorem unumquenque seruorum agnatio permaneret. Quis enim ferat liberos à parentibus, à fratribus sorores, à uiris coniuges segregari? Igitur qui dissociata in ius diuersum mancipia attraxerunt, in unum redigere eadem cogantur. Acsi cui propter redintegrationem necessitudinum serui cesserunt, uicaria per eum qui eosdem susceperit mancipia reddantur. Et inuigilandum, ne per prouinciam aliquam post hac querela super diuisis mancipiorum affectibus perseueret. Dat. †VII. Cal. Maij. Iul. Proculo & Paulino COSS. Interpretatio.

†III. Cal.

†diuisione In †definitione patrimoniorum, seu fiscalium dominorum, siue priuatorum, obseruari specialiter debet, ut quia iniustum est filios à parentibus, uel uxores à maritis, cum ad quemcunq; possessio peruenerit, sequestrari, ut mancipia, quæ permixta fuerint, id est uxor cum marito suo & filijs, datis uicarijs, ad unum debeant pertinere, cui necesse fuerit commutare, quod sollicitudo ordinantium debet specialiter custodire, ut separatio fieri omnino non possit.

DE FINIVM

DE FINIVM REGVNDORVM. TIT. XXVI.

Imp. Constantinus A. ad Bassum PF. V.

SI cõstiterit eum, qui finalem retulerit quæstionem, priusquam aliquid sententia determinetur, rem sibi alienam usurpare uoluisse, non solum id quod male petebat, amittat, sed & ut unusquisq; contentus suo, rem non expetat iuris alieni, is qui inreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum agri modum quantum diripere tentauit amittat. Lecta apud acta XII. Calend. Iul. Gallicano & Symmacho COSS. Interpretatio.

Si quis peruasor finium fuerit approbatus, eò quod priusquam aliquid iudicio finiretur, id quod alter tenuerat inuasisse, nõ solũ illud quod male præsumpsit amittat, sed ut non unusquisq; rem alienam occupet, cum fuerit in causa deuictus peruasor iuris alieni, tantum spatij restituat, quantum præsumpsit inuadere.

SI CERTVM PETATVR CHIROGRAPHIS. TIT. XXVII.

Imppp. Honorius, Theodosius, & Constantius AAA. Palladio PF. P.

SVper chirographis mortuorum hanc seruari uolumus perpetua obseruatione sententiam, ut †quod inter absentes intra hoc iuge quinquennium, inter præsentes uero biennium, iudicijs competentibus non publicauerit cautionem, nec cõuenerit debitoris hæredes, actione priuetur. Hic tamen si intra tẽpora cõstituta processerit, absq; ullo sequestrationis obiectu prius manum defuncti probare cogatur, hoc enim toto iure cantatum est, ut scripturam prolator affirmet, quam tamen astrui non sola manus collatione conueniet: quid enim aliud falsarius agit, quàm ut similitudinem ueritatis imitetur? sed alijs multiplicibus documentis, ut probet magnæ securitatis fuisse quod siluit. Nam si publicam iudiciorum aditionem amicitiarum forsitan impediuit affectio, priuatam saltem conuentionem testes audierint, libertus aut seruus agnouerit. Admonere etiã potuit sub mortis uicinitate languentem. Quod si se forsitan causetur absentẽ, maioribus astrui potest conuentio longinqua documentis promissæ solutionis epistolare rescriptum. Ac ne idipsum qui cautionem fingit imitetur, producat in medium portitores, qui alternæ partis scripta confirment, a quibus tamen uerum uel sacra dignitas, uel supplicijs terror exploret. Et quamuis ad illuminandam hæreditarij debiti fidem, & causas oporteat fœnoris approbari, & pecuniæ baiulos hinc inde produci. His hastalibus si destituetur taciturnitas longinqua documẽtis, in euidenti est, ueteratorum calumnias non solum repetitione priuandas, uerum etiam seueritate cohibẽdas.

†qui

Sed si uiuentis ante hanc legem facta cautio proferatur, quam suam neget ille qui petitur, sequestret pecuniam litigaturus ex falso: Cauendum est enim, ne inficiandi fomitem ministremus obnoxijs. Quod tamen tũc conueniet custodiri, si inter præsentes utrosque uiuentes necdum XX. anni, inter absentes necdum XXX. doceantur emensi. Alioqui si chirographi fides sub silentio iudiciariæ conuentionis statutum tempus excesserit, probari prius debitum conueniet, tunc reposci, sequestrationis necessitate submota. Sin uero suam quidem manum fateatur obnoxius, sed nihil sibi numeratum pro hac obligatione causetur, tũc chirographi discuti oportebit ætatem, ut si iure delata contestationibus tempora debitor taciturnus exegit, cauillationis istius perdat obstaculum. De cætero uero sancimus, ut omnes deinceps cautiones intra duodecennium uim contestationis accipiant, quam debitor facta nouatione promittat. Sed si medijs temporibus peregrinetur obnoxius, quo nouationi longior obsit absentia, uolumus creditorem ante duodecennium præteritum aditi Iudicis edictum mereri, autoritatemq; postibus debitoris affigere, domesticas etiam conuenire personas: nullus enim per tanta contestationum poterit documenta mentiri. Quod ideo ante duodecennium iubemus agitari, ut per interualla temporis lõgioris inclamatus, aduertat confutari debere, si fides non agnoscitur petitorum, nec obesse iã post asscripta tempora creditori, si post has constitutionum uoces longa debitoris absentia uel redhibitio proteletur, uel nouatio iusta ludatur. Et quamuis nescire promulgata non liceat, per omnem hunc annum pendere iubemus edictum. Dat. v. Calend. Aug. Rauennæ, Eustasio & Agricola COSS. Interpretatio.

De cautionibus mortuorũ hoc præcipimus obseruari, ut si debitor absens defunctus fuerit, & mortuũ eũ creditor esse cognouerit, cautionẽ suã intra quinquennium Iudici non differat publicare. Si uero præsente creditore defecerit, intra biennium defuncti publicet cautionem. Ita tamen, ut manus mortui conferatur, & agnosci possit illius esse subscriptio, aut cõuenisse se illũ dũ uiueret aliquibus scientibus ualeat approbare; & causas †ipsius debiti unde pecuniã contraxit, exponat. Quod si supra personã mortui detegitur fortasse mentiri, nõ solũ pecuniã non recipiat, sed etiã seueritatẽ legis incurrat. Nã de reliquo inter uiuorũ personas hæc obseruanda decernimus, ut oẽs cautiones debitorũ intra duodecim annos debeãt cõtestari; ita ut à debitoribus renouentur. Quod si forsitan ante duodecim annos debitorẽ peregrinari cõtigerit, Iudicis mereaẽ edictũ, quod in postibus debitoris sui pro cõtestatione debiti affigere, & hoẽs illius cõuenire nõ desinat, ut cũ fuerit aliter debitũ contestatũ, excusationẽ qui peregrinaẽ lõgi tẽporis habere nõ possit. Nec ideo se excuset, qd̃ non renouauerit cautionem. Sanè si debitor suã esse dixerit cautionẽ, sed nihil se de ipsa cautione adserat accepisse, tẽpus debet inspici cautionis, ut si intra quinquennium cautio cõscripta cognoscaẽ, & probatũ fuerit, quod in cautione cõtinetur acceptum, debitor suã impleat cautionẽ. Si uero quæ in cautione scripta sunt intra quinquennium tradita nõ, pbanẽ, is cuius cautio est nõ teneaẽ obnoxius. Nam tran sacto quin-

† ipſas

quinquẽnio, si de cauta et nõ cõsignata pecunia debitor dixerit, nullatenus audiaẽ.

DE PECVNIAE SEQVESTRATIONE PROHIBITA. TIT. XXVIII.

Impp. Honorius, & Theodosius AA. Ioanni PF. P. Post alia.

QVoties ex quolibet cõtractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conquiescat: oportet enim debitorem primo cõuinci, & sic solutioni succumbere. Quam rem cum iuris ratio, tum ipsa æquitas persuadet, ut probationes secum afferat, debitoremq; conuincat pecuniam petiturus. &c. Dat. †VIII. Id. Iul. Rauennæ. Honorio †XIII. & Theodosio X. AA. COSS. Interpretatio. †VII.

Quoties ab aliquo pecunia repetitur, non prius cogatur sequestrare pecuniã ille qui petitur, quàm ille qui repetit debitorẽ suũ certa prius probatione conuincat, & sic pecuniã, quam se dedisse conuicerit, adhibita probatione recipiat.

SI CERTVM PETATVR DE SVFFRAGIIS. TIT. XXIX.

Iulianus A. ad Populum.

NOedis commentis, quæ bonorum merito deferuntur, quã occupare meruerunt, & cum meruissent in Rep. quolibet pacto uersari, repetendam sibi pecuniam, quam inhoneste soluerãt, imprudentius atq; inhonestius arbitrantur: Alij etiam quæ tunc donauerant, uel potius proiecerant ob immeritas causas inuadẽda denuo crediderint. Sed quia leges Romanæ huiusmodi contractus penitus ignorant, omnem repetẽdi eorum, quæ prodige nephariecq; proiecerint, copiam prohibemus. Qui itaq; repetere nititur, uel repetisse conuincitur, & quod dedit apud suffragatorẽ eius manebit, uel extortum restituet, & alterum tantum fisci uisceribus inferre cogetur. Dat. Calend. Feb. Cõstantinopoli. Mamertino, & Neuita COSS. Interpretatio. *

Aliquanti pro sua uoluntate suffragia dedisse probantur, & postea cum ad militiam peruenerint, ea quæ dederãt, repetere uel auferre contra rationẽ inhoneste & illicite præsumpserunt. Ideoq; prohibemus, ut quicunq; aliquid pro præstandis sibi quæ petijt dedisse dinoscitur, nõ habeat licentiam repetendi: qui uero repetere fuerit conatus, hoc ille habeat qui accepit, aut certe si sublatum ei fuerit, reformetur, & aliud tantum ille qui abstulit fisco cogatur inferre.

Imppp. Theodosius, Arcadius, & Honorius AAA. Rufino PF. P.

Si qui desideria sua explicare cupientes, ferri sibi à quoquam suffragium postularint, & ob referendã uicem se sponsione constrinxerint, promissa restituant, cũ ea quæ optauerint cõsequantur. Si artibus moras necterent, ad solutionẽ debiti coartandi sunt. Sed si quid eo nomine in auro, uel argento, uel in cæteris mobilibus datũ fuerit, traditio sola sufficiet,

& contractus habebit perpetem firmitatem: Quoniam collatio rei mobilis, inita integra fide, hac ratione cumulatur. Quod si prædia rustica uel urbana placitum continebit, scriptura quæ ea in alium transferat emittatur, sequetur traditio corporalis, & rem fuisse completam gesta testentur: aliter enim ad nouum dominum transire non possunt, neq; de ueteri iure discedere. Quod si quis, dum solo commonitorio de suffragio nititur, bona duxerit occupãda, reus temeritatis ac uiolentiæ retinebitur, atq; in statum pristinum possessio reducatur, eo à petitione exclusso, qui nõ dubitauit inuadere quod petere debuisset. Dat. IIII. Non. Martij Constantinop. Arcadio III. & Honor. II. AA. COSS.

Interpretatio.

Si quis, dum necessitates suas expedire desiderat, aliquid se commodi daturum esse promiserit, perceptis quæ uoluit, constrictus hoc sine ulla dilatione implere cogatur. Quod si aliquid in auro, uel in argento, uel in cæteris rebus mobilibus obtulerit, firmum sine ulla scriptura permaneat: quia res mobiles in suffragijs scripturam penitus non requirunt, sed sola traditione firmãtur. Quod si loca urbana uel rustica dare placuerit, scriptura sequatur, atque traditio, & de completis omnibus, uel re tradita gesta confecta proferantur: nã aliter possessio ad alterũ dñm transire nõ poterit. Sanè si quis sine tali scriptura possessionẽ alterius crediderit occupãdã, reus uiolẽtiæ teneat̃, & integrũ q̃d inuasit reddat, omni sua repetitione †calcata.

† *damnata.*

DE PIGNORIBVS. TIT. XXX.

Imp. Constantinus A. ad uniuersos Prouinciales.

INtercessores à Rectoribus Prouinciarũ dati ad exigenda debita, ea quæ ciuiliter poscũtur nõ seruos aratorios, †uetera nos pignoris causa de possessiõibus abstrahãt, ex quo tributorum illatio retardatur. Si quis igitur intercessor aut creditor, aut Præfectus pacis, uel Decurio, in hac re fuerit detectus, à Rectoribus Prouinciaru mcapitali sententiæ subiugetur. Dat. IIII. Non. Iunias. Firmio, Constantino A. IIII. & Licinio IIII. COSS. Interpretatio.

†*Vercarios*

Multi pro fiscali debito seruos cultores, aut boues aratorios de possessionibus causa pignoris auferre præsumũt, de q̃rũ laboribus tributa reddũtur, & ideo si quis creditor uel curator pacis, uel Curialis, aut quicunq; exactor hoc facere præsumpserit, à Prouinciæ iudice puniatur.

Impp. Honorius & Theod. AA. Ioanni PF. P. Post alia.

Nexum non faciat prædiorum, nisi persona, quæ iure potuit obligari: Per seruum autem procuratorem, colonumue, actorem seu conductorem præiudicium possessioni, inuito uel inscio domino imponi nõ posse, & iuris & legum autoritatibus decantatur. Dat. Id. Iul. Rauen. Honor. XIII. & Theod. X. AA. COSS. Interpretatio.

Non obliget possessionem, nisi ille, qui proprius dñs esse dinoscitur: nam neque per seruum, neq; per procuratorem, siue colonum, aut actorẽ, aut conductorem, si res fuerit obligata, præiudicium domino poterit exhiberi.

QVOD

QVOD IVSSV. TIT. XXXI.

Impp. Honor. & Theod. AA. Ioanni. PF. P. Post alia.

DOminos ita constringi manifestum est actione prætoria, quæ appellatur: Quo iussu. Si certam numerari præceperint seruo actoriue pecuniam. Igitur in perpetuũ edicti lege sancimus, ut qui seruo, colono, conductori, procuratoriue possessionis pecuniam commodat, sciat dominos possessionum cultores ue terrarũ obligari nõ posse: neq; familiares epistolas, quibus homines plerunq; commendantur absentium, in id trahere conuenit, ut pecuniam quoq;, quam non rogatus fuerat, impendisse se pro prædijs mentiatur, cum nisi specialiter ut pecuniam commodaret domino fuerit postulatus, idem dominus teneri non possit, creditaq; quantitate multari uolumus creditores, si huiusmodi personis, non iubente domino nec fideiussoribus specialiter acceptis, fuerit commodata pecunia. Dat. V. Id. Iul. Rauennæ, Honorio XIII. & Theod. X. AA. COSS. Interpretatio.

Nullus dominum ad reddẽdum debitum, sicut hucusque fiebat, adstringat, nisi seruo suo, uel actori pecuniã rogante domino præstitisse conuicerit. Et ideo si quis seruo colono, cultori, procuratori, uel actori, pecuniam non rogante domino dederit, sciat dominos terrarum propter hoc debitum nullatenus posse teneri. Sed qui non rogante domino pecuniam talibus personis crediderint, aut fideiussores non acceperint, ea quæ commodata sunt se nouerint perdituros, nec à domino posse reposci.

DE PECVLIO. TIT. XXXII.

Impp. Honor. & Theodos. AA. Ioanni PF. P. Post alia.

HOc quoque creditoribus non negamus, ut si liberationibus fuerit, quas inuentas actor regebat, seruo, Procuratori ue prædiorum utilis actio pateat de peculio &c. Dat. V. Id. Iul. Honor. XIII. & Theod. X. AA. COSS. Interpretatio.

Hoc sanè creditoribus uolumus esse præstandum, ut actor uel seruus, siue Procurator possessionis, qui pecuniam à creditore susceperit, si nihil de rationibus suis domino debuerit, pro pecunia, quam accepit de peculio quod habet creditoribus reddat.

DE VSVRIS. TIT. XXXIII.

Imp. Constantinus A. ad Dracilianum, agentem Vicariæ Præfectum.

QVicunque fruges humidas uel arentes indigentibus mutuas dederint, usuræ nomine tertiã partem consequãtur, id est, ut si summa crediti in duobus modijs fuerit, tertium modium amplius consequantur. Quod si conuentus creditor, propter commodum usurarum debitum recuperare noluerit, non solum usuris, sed etiam

debiti quantitate priuandus est, quæ lex ad solas pertinet fruges, nã pro pecunia ultra singulas centesimas creditor uetatur accipere. Cæsar ex XV. Calend. Maias. Paulino, & Iuliano COSS. Interpretatio.

Quicũq; fruges humidas, id est uinũ & oleũ, uel quodcũq; annonæ genus alteri cõmodauerit, nõ amplius ab eo propter usurã quàm tertiam partẽ accipiat, id est, ut supra duos modios qui accepit tertiũ reddat. Quod si cõuentus fuerit ille qui cõmodat, et pro maiore usura noluerit debitũ suũ, adiecto tertio modio, à debitore recipere, etiã debitũ perdat. Quã rẽ ad solas fruges præcipimus pertinere: nã quando pecunia fuerit cõmodata † nisi unã tantũ cẽtesimã à creditoribus exigi nõ iubemus.

† summam

Imppp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius AAA.
Cynegio PF. P.

Quicunq; ultra centesimã iure permissam † aliquid sub occasione necessitatis eruerit, quadrupli pœna & obligatione cõstrictus, sine cessatione, siue requie protinus ablata redhibebit. Hi uero, qui antea pari furore grassati uspiam detegentur, in duplum extorta restituant. Data VII. Cal. Nouẽb. Cõstãtinopoli. Honorio IX. & Euodio VC. COSS.

† quicquam

Interpretatio.

Si quis plus quàm legitima centesima continet, id est tres siliquas in anno per solidũ amplius debitori sub occasione necessitatis accipere uel auferre præsumpserit, post datã legẽ sine ulla dilatiõe ea quæ amplius accepit cõstrictus, quadrupli pœna restituet. Ea uero quæ ante legẽ tali ratione data sunt, in duplũ uolumus reformari.

Impp. Arcadius, & Honorius AA. Eutychiano PF. P.

Frustra debitores in annis minoribus constituti usuras se restituêre non debere contendent, quia senatoria eos dignitate præditos esse testantur, unde sortem cum usuris in stipulationẽ deductis restituant. Dat. VIII. Cal. Decẽb. Cõstãtinopoli. Cæsario, & Attico COSS.

Interpretatio.

Sine causa Senatoribus in annis minoribus cõstitutis, debitũ cum usuris reddere dissimulant debitores, propter hoc quod senatorio genere nati debitũ cũ usuris integris recipere nõ iubentẽ, & ideo q̃d cautiõe p. stipulationẽ, pmissum est, reformẽt.

Imppp. Arcadius, Honorius, & Theodosius AAA. Optato PF. V.

Senatores sub medietate centesimæ usuræ ad contractum creditæ pecuniæ censemus admitti. Itaq; omnes intelligant, nullum florentissimo cœtui sociatum fœnus exercentem, ultra medietatem centesimæ uel iure stipulari, uel poscere posse usuram. Quinetiam si quid præter moderatã nostri numinis definitionem fuerit flagitatũ imminuendæ sortis, pro huius legis autoritate cessurum. Dat. Pridie Id. Iun. Niceæ Stillicone II. & Anthemio VC. COSS. Interpretatio.

Senatores, qui pecuniã ad cẽtesimã dare uoluerint, nõ amplius usuræ nomine q̃ medietatẽ legitimæ cẽtesimæ à debitore accipiant, nec amplius ut caueant, etiãsi se cautiõe cõstringere, q cõmodatã suscipiũt pecuniã, forte cogant. Nã si amplius ab eis fuerit requisitũ, sciant se Senatores hoc quod cõmodauerint perdituros.

TITVLI LIBRI TERTII.

De contrahenda emptione.
De commissoria rescindenda.
De patribus, qui filios distraxerint.
De edilicijs actionibus.
De sponsalibus, & ante nuptias donationibus.
Si prouinciæ Rectores, uel adeũ pertinentes sponsalia dederint.
De nuptijs.
De secundis nuptijs.
Si secũdo nupserit mulier cui maritus usumfructum reliquerit.
Si nuptiæ ex rescripto petantur.
Si quacunq; potestate præditus nuptias petat inuitæ.
De incæstis nuptijs.
De dotibus.
De nuptijs Gentilium.
De fideiussoribus dotium.
De repudijs.
De Tutoribus & Curatoribus creandis.
Qui petant.
De administratione, & periculo Tutorum, & Curatorum.

CODICIS THEODOSIANI LIBER TERTIVS.

DE CONTRAHENDA EMPTIONE. TIT. I.

Imperator Constantinus ad Profuturum PF. Annonæ.

VEnditiones atque emptiones, id est nulla circumscriptionis uiolentia factas rumpi minime decet. Nec enim sola precij uilioris querela, contractus sine ulla culpa celebratus litigioso strepitu turbandus est. Pridie Idus Aug. Constantino A. V. & Licinio COSS.

Interpretatio.

Cum inter † emptorem & uenditorem res fuerit definito precio comparata, quamuis plus ualeat quàm ad præsens uenditur, hoc tantummodo requirendum est, si nihil fraudis uel uiolentiæ egit ille qui comparasse probatur. Et si uoluerit reuocare ille qui uendidit, nullatenus permittatur.

† ementem & uendentem

Idem Aug. ad Gregorium.

Qui comparat, censum rei comparatæ cognoscat, neque liceat alicui

rem ſine cenſu uel comparare, uel uendere. Inſpectio autem publica uel ſi ſcalis eſſe debebit hac lege, ut ſi aliquid ſine cenſu uẽdiderit, & id ab alio defertur, uenditor quidem poſſeſſionem amittat: comparator uero id quod dedit precium fiſco uindicante perdat. Id etiam placuit, neminem ad uenditionem rei cuiuſlibet accedere, niſi eo tempore, quo inter uenditorem & emptorem cõtractus ſolenniter explicatur, ut certa & uera proprietas à uicinis demonſtretur, uſq; eò legis iſtius cautione currente, ut etiãſi ſubſellia, uel ut uulgo aiunt, ſcamna uendãtur, oſtendendæ proprietatis probatio compleatur. Nec inter emptorem & uenditorem ſolẽnia in exquiſitis cuniculis celebrentur, ſed fraudulenta uenditio penitus ſepulta depereat. Dat. Prid. Non. Feb. Conſtantinopoli, Feliciano & Titiano COSS.

Interpretatio.

Quicunq; uillam comparat, tributum rei ipſius, ſicuti & ius poſſeſſionis ſe cõparaſſe cognoſcat, quia non licet ulli agrum ſine tributo uel ſolutione fiſcali aut comparare, aut uẽdere. Quod ſi ſuppreſſa fiſcali ſolutione aliquis uendere auſus fuerit uel cõparare, ille precĩũ perdat qui emptor acceſſerit, & uenditor poſſeſſionẽ amittat, † ut uicini rei quæ uenditur teſtes eſſe debeant & præſentes, intantum ut etiam de mediocribus rebus ſiquid in uſum uenditur, oſtendi uicinis placeat, & ſic cõparari ne aliena uendantur.

† *Quia iubet*

Imp. Iulianus Aug. ad Iulianum Com. Orientis.

Patrui mei Conſtantini conſtitutionem iubemus aboleri, qua præcepit, minores fœminas conſortio uirorum copulatas, ſine decreti interpoſitione uenditiones poſſe celebrare, ſi uiri earum conſenſum pariter atq; ſubſcriptionem inſtrumentis putauerint eſſe præbẽdam. Quoniam abſurdum eſt, maritos eis interdum inopes obligari, cum poſſint, uenditionis iure ipſo non ualente, proprias res recipere ab ijs, qui ſe illicitis contractibus miſcuerũt. Vetus igitur ius reuocamus, ut omnis uẽditio, quæ cũq; fuerit à minore uiro ſiue fœmina, ſine decreti interpoſitione celebrata, nulla ratione ſubſiſtat. Dat. VIII. Id. Decemb. Antiochiæ, Mamertino & † Neuita COSS.

† *Nemita*

Interpretatio.

Conſtantini Imperatoris fuerat lege præceptum, ut minores ætate fœminæ ſi maritos haberent, cum illorum conſenſu poſſent aliqua de facultatibus ſuis uendere. Sed hoc præſenti lege remotum eſt, atq; id obſeruãdum erit, ut in annis minoribus conſtituti ſeu uiri, ſeu fœminæ, ſi ita neceſſitas exegerit, ut aliquid uendere uelint, qui comparare uoluerit, autoritate Iudicis aut conſenſu Curiæ muniatur: nam aliter à minoribus uenditio facta non ualebit.

Imppp. Gratianus, Valens, & Theodoſius AAA. ad Hypatiũ PF. P.

Quiſquis ut maior ætate, atque adminiſtrandis familiarum ſuarum curis idoneus comprobatur, prædia etiam proculſita diſtraxerit, etiam ſi prædij forte totius quolibet caſu minime facta diſtractio eſt, repetitionis in reliqua precij nomine uilioris copiam minime conſequatur, neque inani-

nanibus immorari ſinatur obiectis, ut uires ſibimet cauſetur locorum incognitas, qui familiaris rei ſcire uires, uel merita atq; emolumenta debuerit. Dat. VI. Non. Mai, Merobaude II. & Saturnino COSS.

Interpretatio.

Quæcunq; perſona iam perfecta ætate domũ ſuam regere poteſt, ſi uillam, domum, uel quodlibet aliud, habita precij definitione uẽdiderit, & forſitan poſtea opponere uelit, quod minus precij acceperit, quàm res ualebat, quia forte agrum, quem uendidit longe poſitus, ignoraſſe ſe dicat, nullo modo uenditio poterit reuocari: quia ætas perfecta poterat ſcire quid uenderet, aut quo precio res uendẽda ualere potuiſſet.

Iidem AAA. Cynegio PF. P.

Ne quis omnino Iudæorũ Chriſtianũ comparet ſeruũm, né ue Chriſtianũ Iudaicis ſacramentis adtaminet: Quod ſi factum publica indago compererit, & ſerui abſtrahi debẽt, & tales domini congruæ atque aptæ facinori pœnæ ſubiaceant, addito eo: ut ſi qui apud Iudæos, uel adhuc Chriſtiani ſerui, uel Chriſtianos Iudæi reperti fuerint, ſoluto per Chriſtianos competenti precio ab indigna ſeruitute redimãtur. Accepta X. Cal. Octob. Regio, † Rigomere & Clearco COSS.

† *Ricimere.*

Interpretatio.

Conuenit ante omnia obſeruari, ut nulli Iudæo ſeruum Chriſtianum habere liceat, certe nullatenus audeat, ut Chriſtianum ſi habuerit, ad ſuam legem transferre præſumat. Quod ſi fecerit, nouerit ſe ſublatis ſeruis dignam pœnam tanto crimine ſubiturum: Nam ante legem datam id fuerat ſtatutum, ut pro Chriſtiano ſeruo, ſi inquinatus fuiſſet pollutione Iudaica, ſciret ſibi precium quod dederat Chriſtianis eſſe reddendum, ut ſeruus in Chriſtiana lege permaneret.

Iidem AAA. † Flauiano PF. Illyrici & Italiæ.

† *Fabiano.*

Dudum proximis conſortibuſq; conceſſum erat, ut extraneos ab emptione remouerent, neq; homines ſuo arbitratu uendenda diſtraherent: Sed quia grauis hæc uidetur iniuria, quæ inani honeſtatis colore uelatur, ut homines de rebus ſuis facere aliquid cogantur inuiti, ſuperiore lege, caſſata unuſquiſque ſuo arbitratu quærere uel probare poſſit emptorẽ. Dat. VI. Cal. Iun. Vincentiæ, Taciano & Symmacho COSS.

Interpretatio.

Prior ordinatio legis fuerat, ut ſi unus ex cõſortibus, ex qualibet neceſſitate rem uendere uoluiſſet, extraneus emendi licentiam non haberet. Sed hoc melius probatur indultum, ut quicunq; de rebus ſuis libero utatur arbitrio, & prætermiſſis cõſortibus uel propinquis, cui uoluerit uendendi liberam habeat facultatem.

Iidem AAA. Remigio PF. Auguſtali.

Semel inter perſonas legitimas initus empti contractus & uenditi, ob minorem adnumeratam precij quantitatẽ nequeat infirmari. Dat. III. Cal. April. Conſtantinop. Arcadio A. † IIII. & Honorio A. III. COSS. † II.

Interpretatio.

Interpretatio.

Cum inter duas quaſcunque perſonas de precio cuiuſcunque rei conuenerit, quamuis uilius quàm ualebat res fuerit comparata, nullatenus reuocetur.

Iidem AAA. Meſſalæ PF. P. Poſt alia.

Hĳ qui impoſita fuga munera ciuitatis prouinciarumq; deſtituunt, & ineundos furtim exiſtimant eſſe contractos, intelligant ſibi nihil hæc profutura eſſe commenta: Et precio emptorem multandum eſſe quod dederit. Dat. XII. Cal. Septemb. Theodoro VC. COS. Interp.

Quicunque debita Curiæ ſeruitia, aut patriæ ſuæ fugientes, res ſuas occulte uendere uoluerint, ſciant non poſſe ualere quod fecerint, et ſeipſos ad debita ſeruitia reuocandos, & illos qui emerint precium perdituros.

Impp. Honorius & Theodoſius AA. ad populum.

Venditiones, donationes, tranſactiones, quæ per potentiam extortæ ſunt, præcipimus infirmari. Dat. X. Calend. Mart. Conſtantinopoli, Theod. VI. A. COS. Interpretatio.

Sciant omnes, quicunque potentioribus perſonis oppreſſi, aut donauerint, aut uendiderint, poſſe reuocari.

DE COMMISSORIA RESCINDENDA. TIT. II.

Imp. Conſtantinus A. ad populum.

QVoniam inter alias captiones præcipue commiſſoriæ legis creſcit aſperitas, placet infirmari eam, & in poſterum omnem eius memoriam aboleri. Si quis igitur tali contractu laborat, hac ſanctione reſpiret, quæ cum præteritis præſentia quoque depellit, & futura prohibet: Creditores enim re amiſſa iubemus recipere quod dederunt. Data pridie Calend. † Febr. Sardice, Conſtantino A. † VI. & Conſtantio Cæſare COSS. Interpretaio.

† Septemb. † VII.

Commiſſoriæ cautiones dicuntur, in quibus debitor creditori ſuo rem ipſi oppignoratam ad tempus uendere per neceſſitatem conſcripta cautione † permittit, quod factum lex iſta reuocat, & penitus fieri prohibet: Ita ut ſi quis creditor rem debitoris ſub tali occaſione uſus fuerit comparare, non ſibi de inſtrumentis blandiatur, ſed cum primũ uoluerit ille, qui oppreſſus debito uendendi, pecuniam reuocet, & poſſeſſionem ſuam recipiat.

† promittit

DE PATRIBVS QVI FILIOS DISTRAXERINT. TIT. III.

Imppp. Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius AAA. Tatiano PF. P.

OMnes quos parentum miſeranda fortuna in ſeruitium, dum ĩfectum acquirant, addixit, ingenuitati priſtinæ reformentur, nec ſanè

ſanè remanerationem precĳ debet expoſcere, cui etiã minimi temporis ſpatio ſeruitium ſatisfecit ingenui. Dat. Id. Mart. Mediolani, Tatiano & Symmacho COSS. Interpretatio.

Si quenquam ingenuum pater, faciente neceſſitate, uendiderit, non poterit in perpetua ſeruitute durare, ſed ad ingenuitatem ſuam, ſi ſeruitio ſuo ſatisfecerit, nõ reddito etiam precio reuertatur.

DE AEDILITIIS ACTIONIBVS TIT. IIII.

Imppp. Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius AAA. Nibridĳo PF. V.

HAbito ſemel bonæ fidei contractu, mancipĳoq; ſuſcepto, & precio diſſoluto, ita demum repetẽdi precĳ poteſtas eſt ei qui mancipium comparauerit largienda, ſi illud quod dixerit fugitiuum potuerit exhibere. Hoc enim non ſolum in Barbaris, ſed etiam in Prouincialibus ſeruis iure præſcriptum eſt. Dat. III. Cal Iul. Conſtantinopoli, Honorio IX. & Euodio VC. COSS. Interpretatio.

Cum inter emptorem & uenditorem de mancipĳ precio conuenerit, & fuerit conſcripta uenditio, nullatenus poterit reuocari, niſi forte ille qui emit mancipium, probauerit fugitiuum, aut furioſum, & tunc habebit licentiam precium recipere, ſi mancipium reddiderit uenditori.

DE SPONSALIBVS ET ANTE NVPTIAS DONATIONIBVS. TIT. V.

Imp. Conſtantinus A. ad Rufinum PF. P.

PAter noſter nullam uoluit liberalitatem ualere, ſi actis inſerta nõ eſſet. Nos etiam inter ſponſos ac ſponſas, omnes q; perſonas eam ſolam donationem ex promulgatæ legis tempore ualere ſancimus, quam teſtificatio actorum ſecuta eſt. Datum IIII. Calend. Maĳ. Sirmio, Conſtantino A. & Licinio VC. COSS.

Interpretatio.

Ante tempus legis iſtius, donationes etiam ſine geſtorum teſtificatione ualebant. Nunc uero poſt hanc legem, nec nuptialis, nec quælibet alia inter quaſcunque perſonas donatio, de quibuſcunque rebus ualere poteſt, ſi geſtis non fuerit † allegata.

† alligata.

Idem A. ad Maximum Præfectum V.

Cum ueterum ſententia diſpliceat, quæ donationes in ſponſam, nuptĳs quoque non ſecutis, decreuit ualere. Ea quæ largiendi animo inter ſponſos & ſponſas iure celebrantur, redigi ad huiuſmodi conditiones iubemus: ut ſiue in poteſtate patris degere, ſiue ullo modo proprĳ uideantur eſſe iuris, & tanquam futuri cauſa matrimonĳ aliquid ſibi-

ipſi uel conſenſu parentum mutuo largiantur, ſiquidem ſponte uir ſortiri noluerit uxorem, id quod ab eo datum fuerit, nec repetatur traditum, & ſi quid apud donatorem reſedit, ad ſponſam ſubmotis ambagibus transferatur. Quod ſi matrimonij non contrahendi cauſa ab ſponſa, uel in cuius agit poteſtate detegatur extitiſſe, tunc ſponſo, eiusque hæredibus ſine aliqua diminutione redhibeantur. Quæ ſimiliter obſeruari oportet, & ſi ex parte ſponſæ in ſponſum donatio facta ſit, nullis cauſis ulterius requirendis, ne forte mores, aut origo dicatur, uel quicquam aliud opponatur, quo ſibi ea non conuenire extimat, cum longe ante quàm ſponſalia contrahantur hæc cuncta perſpici debuerint. Sola igitur indagetur uoluntas, & mutata animi ſententia, ad reſtitutionem, ſeu repetitionem rerum donaturum ſufficiat: cum uniuerſis cauſationibus pulſis, nihil amplius conſtare debeat, niſi ut appareat, qui ſibi contrahendum matrimonium dixerit diſplicere. Et quoniam fieri poteſt, ut moriatur alter adhuc incolumi uoluntate priusquam nuptiæ contrahantur, congruum duximus, eo in quem fuerat facta donatio, ante matrimonij diem functo, quæ ſponſaliorum titulo, uel data, uel uno genere donata ſunt, ad eum qui donauerat reuocari: Eo etiam qui donauerat ante nuptias mortuo mox infirmari donationem, & ad eius hæredes ſine aliqua difficultate retrahi res donatas. Quod beneficium uſque ad perſonam patris ac matris, filiorum etiam, ſi quidem è priore matrimonio fuerint, ſtare decernimus, ſi quocunque modo ex his perſona aliqua defuncto ſucceſſerit. Quod ſi ex his nulla perſona defuncti hæres erit, ſed ex reliquis gradibus quiſquam ſuccedat, donationes conuenit etiam non inſecutis ex cauſa mortis nuptijs conualeſcere: quoniam illis tantum perſonis credimus
* PP. conſulendum. Dat. XVII. Calendas Nouembres. † Prop. VI. Calendas Septembres. Romæ, Conſtantino Auguſto V. & Licinio VC. COSS.

Interpretatio.

Quoties inter ſponſos & ſponſas de futuris nuptijs ſpecialiter fuent definitum, & donationem ſponſalitiæ largitatis uir in ſponſam ſuam aut ex conſenſu parentum, aut ipſe ſi ſui iuris eſt, propria uoluntate conſcripſerit, & omni eam ſcripturarum ſolennitate firmauerit, ita ut & geſta legitime facta doceantur, & introductio locorum, uel rerum traditio ſubſequatur: Quicquid tali, & tam ſolenni donatione ad ius dominium q; ſponſæ tranſierit, ſi uir poſtea ſponte eam quàm depa-
* *ſupra ſcriptis.* ctus eſt, factis † ſubſcriptis, ſolẽnibus chartis accipere noluerit uxorem, omnia quæ ſunt tradita non repoſcat. Et ſi quid de nominatis tam ſolenniter rebus & traditis, apud ſe habere dinoſcitur, ad ſponſæ dominium, quam accipere noluit, ſine dila-

tione

tione aliqua conferatur. Reliquum Legis iſtius neceſſarium non fuit explanare, quia ſequentibus legibus uacuatur.

Idem A. Valeriano, agenti Vicariam Præfecturam.

Quamuis in lucro nec fœminis ius ignorantibus ſubueniri ſoleat, contra ætatem adhuc imperfectam locum hoc non habere retro Principum ſtatuta declarant. Ne igitur ſoluta matrimonij charitate inhumanum aliquid ſtatuatur, cenſemus: Si futuris coniugibus, tempore nuptiarum intra ætatem conſtitutis, res fuerint donatæ & traditæ, non ideo poſſe eas reuocari, quia actis conſignare donationem quondam maritus noluit. Data IIII. Calend. Maij, Gallicano & Symmacho COSS.

Interpretatio.

Quanquam & fœminis, quæ per fragilitatem interdum excuſari poſſunt, in aliquibus cauſis, ſi negligentes fuerint, lex ſubuenire uoluerit, hic tamen ſpecialiter uoluit eſſe conſultum, ut ſi qua in † pupillaribus annis marito fuerit † *puellaribus* copulata, & ſponſalitiam largitatem pro negligentia actis non alligauerit, huius legis beneficio, etſi geſta deſint, inuiolabilem in ſuo dominio donationem nouerit permanere.

Idem A. ad Pacatianum Præfectum V.

Patri, aut puellæ, aut tutori, uel curatori, aut cuilibet eius affini non liceat, cum prius militi puellam deſponderit, eandem alij in matrimonium tradere. Quod ſi intra biennium, ut perfidiæ reus in inſulam relegetur. Quod ſi pactis nuptijs tranſcurſo biennio, qui puellam deſponderit, alteri eandem ſociauerit, in culpam ſponſi potius quàm puellæ referatur, nec quicquam noceat ei, qui poſt biennium puellam marito alteri tradiderit. Dat. pridie Id. April. Martiano & Hilariano COSS.

Interpretatio.

Si quis aut priuatus, aut militans, poſtquam ſponderit, & cum patre, tutore, uel curatore puellæ, uel propinquis de puellæ coniunctione definierit, debet poſt definitionem intra biennium nuptias celebrare. Quod ſi tarditate aut negligentia ſponſi biennij tempus exceſſerit, & alio uiro ſe puella coniunxerit, abſoluta erit à calumnia, uel ipſa, uel quicunque ſuorum eam tradiderit: quia culpa eſt illius, qui differendo coniunctionem ſuam alteri nubendi locum patefecit. Nam ſi intra biennium data fuerit, quid obſeruetur, euidentius ſequente lege cognoſcetur.

Idem A. ad Tiberianum Vicarium Hiſpaniarum.

Si ab ſponſo rebus ſponſæ donatis, interueniente oſculo, ante nuptias hunc uel illam mori contigerit, dimidiam partem rerum donatarum ad ſuperſtitem pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti, uel defunctæ hæredes, cuiuſlibet gradus ſint, & quocunq; iure ſucceſſerint: ut donatio ſtare pro parte media, & ſolui pro parte media uideatur. Oſculo uero non interueniente, ſiue ſponſus, ſiue ſponſa obierit, totam infirmari donationem, & donatori ſponſo, ſiue hæredibus eius reſtitui. Quod ſi ſponſa, interueniente uel non interueniente oſculo, ſponſaliorum titulo, quod raro accidit, fuerit aliquid ſponſo largita, & ante nuptias hunc uel illam mori contigerit, omni donatione infirmata, ad donatricem ſponſam, ſiue eius ſucceſſores donatarum rerum dominium transferatur. Dat. Id.
† XIII. Iul. Conſtantinopoli. Accepta † XIIII. Cal. Maij. † Spalis, Nepotiano
† Hiſpali. & Facundo COSS.

Interpretatio.

Si quando ſponſalibus celebratis, interueniente oſculo, ſponſus aliqua ſponſæ donauerit, & ante nuptias forſitan ſponſus moriatur, tunc puella quæ ſupereſt, medias donatarum ſolenniter rerum portionem poterit uendicare, & dimidiam mortui hæredes acquirant, quocunque per gradum ſucceſſionis ordine uenientes. Si uero oſculum non interuenerit, ſponſo mortuo nihil ſibi puella de rebus donatis uel traditis poterit uendicare. Si uero à puella aliquid ſponſo donatum eſt, & mortua fuerit, quamuis aut interceſſerit, aut non interceſſerit oſculum, totum parentes puellæ, ſiue propinqui, quod puella donauerat reuocabunt.

Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius AAA. Eutropio PF. P.

Patri, matri, tutori, uel cuicunque, ante decimum puellæ annum datis ſponſalibus, quadrupli pœnam remittimus, etſi nuptiæ non ſequãtur. Et ſi interea puella deceſſerit, ſponſalia iubemus ſponſo reſtitui. Quod ſi decimo anno uel ultra, pater quiſue alius, ad quem puellæ ratio pertinet, ante duodecim annos, id eſt uſque ad undecimum annum, ætas ſuſcepta crediderit pignora eſſe retinenda, deinceps aduentante tempore nuptiarum à fide abſiſtens, quadrupli fiat obnoxius. Viduæ autem ratio diuerſa eſt, cui auxilium non ſuffragatur ætatis, ſcilicet ut ea matrimonium non implens, ad quadruplum ex ueteri conſtitutione teneatur. Duodecimo autem anno impleto, quiſquis de nuptijs paciſcitur: Siquidem pater ſemetipſum obliget, ſi mater, curator ue, aut alij parentes, puella fiat obnoxia. Cui quidem contra matrem, tutorem, curatorem, eúmue parentem actio ex bono & ex æquo integra reſeruatur eorum pignorum, quæ ex propriis, iuxta pœnam iuris, reddiderit facultatibus, ſi ad cõſenſum accipiendarum arrarum ab hijs ſe oſtenderit fuiſſe compulſam.
† XII. Dat. † XV. Cal. Iul. Theſſalonicæ, Gratiano & Theodoſio AA. COSS.

Interpretatio.

Interpretatio.

Pater aut mater puellæ, aut ſi defuerit pater, tutor, curator, uel alius quis ex propinquis, ſi antequam decimum annum puella contingat, de nuptijs pacti fuerint, & ſponſalia ſuſceperint, ſi poſtea mutata uoluntate renuere uoluerint, quam prius ſuſceperant, non addicuntur ad quadruplum, ſed ea tantum, quæ ſunt ſuſcepta, reſtituant: Nam ſi puella mortua fuerit, hoc tantum quod acceperant reddunt. Sin uero iam puella decimum agens annum uſque ad undecimum plenũ, ſuſceptas arras uel ipſa, uel parẽtes, tutores, curatorẽs ue tenuerint, id obſeruandũ eſt, utſi fidẽ placiti mutare uoluerint, & illum renuant cuius ſpõſalia ſuſcepit, ad quadrupli pœnam ſine dubio teneatur perſona, quæcũque de puellæ nuptijs placitũ fecit. Quod ſi antequam annus undecimus impleatur, pignora ſuſcepta reddiderint, nullã de ſuſceptis arris calumniam pertimeſcant: Nam ſi uidua fuerit nihil per ætatem poterit excuſare, ſi animum alibi diuerterit, & priorẽ ſponſum renuere uoluerit. Nunc quæcunque ſuſcepit ſponſaorum titulo, in quadruplum reddat. Puella uero poſt duodecimũ ætatis ſuæ annum, ſi pater de nuptijs illius aliud facere uoluerit, quàm promiſit, ad quadrupli pœnam & ipſe tenendus eſt. Si pater mortuus eſt, & de nuptijs puellæ mater, tutor, aut curator, aut propinquus aliquis definierit, & puella alteri nubere maluerit, ipſa ſponſo priori de proprijs facultatibus ſatisfaciat in quadruplum quod accepit: hac tamen conditione ſeruata, ut poſtmodum contra prædictas perſonas agere poſſit, ſi illius arras quem renuit, illis cogentibus inuiteſuſcepit.

Impp. Honorius, & Theodoſius AA. ad Marinianum PF.P. Poſt alia.

Si pater pactum de nuptijs filiæ inierit, & hũmana ſorte conſumptus, ad uota non potuerit peruenire, id inter ſponſos firmum ratumq; permaneat, quod à patre docebitur definitum, nihilq; permittatur habere momenti, quod cum defenſore, ad quẽ minora commoda pertinebunt, docebitur fuiſſe tranſactum: Periniquum eſt enim, ut contra patriam uoluntatem redempti forſitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium, cum plerunque etiam ipſius fœminæ aduerſus commoda propria inueniatur laborare conſilium. &c. Dat. III. Non. Nouemb. Rauennæ. DD. NN. Honorio † XIII. & Theodoſio X. AA. COSS. † XIIII.

Interpretatio.

Vbi de coniunctione filiæ patris ſententia fuerit definitum, ſi humano caſu, antequam puella iungatur, mortuus fuerit pater, mutari placitũ nulla poterit ratione, nec habebit puella licentiam aliud faciendi, etiãſi mater, aut tutor, aut curator, uel propinqui aliũ fortaſſe uoluerint ſuſcipere quàm pater elegit: Sed patris promiſſio circa ſponſum, quem ipſe ſuſcepit, firma permaneat: Nec ipſi puellæ ſuo conſilio contra uoluntatem patris aliud uelle ulla ratione permittitur.

Impp. Theodoſius & Valentinianus AA. Hierio Præfecto. Poſt alia.

Si donationis inſtrumentum ante nuptias actorũ ſolennitate firmatũ ſit, de traditione utrũ nuptias anteceſſerit, an ſecuta ſit, uel penitus præter miſſa

missa minime perquiratur in illa donatione, quæ in omnibus intra ducen torũ solidorũ est quantitatem, nec actorum confectione quærenda. Hæc enim commoda nec mariti fraude, nec successorum eius improbitate, nec scrupulositate iuris, si & imperite uel callide rerum offerendarum in dotẽ habeat donatio mentionẽ, denegari uxoribus deceptis patimur, uel hijs qui in earum iura succedunt: Sed à marito, uel ab hæredibus eius exacta restitui, illa manente lege, quæ minoribus ætate fœminis, etiam actorum testificatione omissa, si patris auxilio destitutæ sint, iuste cõsuluit. Dat. x. Calendas Mart. Constantinopoli, Tauro & Felice COSS.

Interpretatio.

Si donatio sponsalitia ante nuptias gestis inseritur, etiamsi res donata non traditur, non potest infirmari. In illa uero donatione, cuius summa infra ducentorum solidorum precium inuenitur, etiamsi gesta defuerint, nulla fœminis poterit sub quacunq; calliditate aut obiectione calumnia cõmoueri, sed qualiscunq; cum die & tempore scriptura sufficiet. Et ideo seu illa donatio, quæ sine traditione gestis habetur inserta, seu illa, quæ infra ducentorum solidorum summã consistit, nullis calumniarum argumentis in aliquo uacuentur, sed à marito, uel ab hæredibus eius fœminis iubentur exacta restitui. Illo tumẽ beneficio legis circa eas fœminas, quæ in minoribus annis defuncto patre nuptæ sunt, permanẽte, ut de quantalibet summa fuerit conscripta donatio, etiamsi gestis alligata non fuerit, omni firmitate subsistat.

SI PROVINCIAE RECTOR, VEL AD EVM PERTINENTES SPONSALIA DEDERINT. TIT. VI.

Imppp. Gratianus, Valent. & Theodosius AAA. Eutropio Præfecto. Post alia.

Si quis in potestate publica positus, atque honore prouinciarum administrandarũ, qui parentibus, aut tutoribus, aut curatoribus, aut ipsis quæ matrimonium contracturæ sunt potest esse terribilis, sponsalia dederit, iubemus ut deinceps siue parentes, siue hæc eadem demutauerit uoluntatem, non modo iuris laqueis liberentur, pœnæq; expertes sint, quæ quadruplũ statuit, sed extrinsecus data pignora lucratiua habeant, si ea non putent esse reddenda. Quod ita late patere uolumus, ut non solum circa administrantes, sed & nepotes, propinquos, participes, domesticosq; censeamus: quibus tamen administrator operam dederit. Impleri autem id postea matrimoniu non uetamus, quod tempore potestatis, ob eas personas de quibus locuti sumus, arris fuerat obligatum, si sponsarũ consensus accedat. Dat. XV. Cal. Iul. Thessalonicæ. DD. NN. Gratiano A. V. & Theodosio A. I. COSS. Interpretatio.

Iudex prouinciæ cuiuslibet, uel quicunque in administratione constitutus, si habeant aliqui adultos filios secũ, in prædicto honore positi, aut propinquos, uel qui ipsis in consortio administrationis uidentur adiuncti, si per potestatem, aut comminando parentibus, aut terrendo forte tutores, siue curatores, uel ipsas quoque puellas

puellas sponsaliorum nomine aut arrarũ, ad obligandam cuiuslibet domum aliqua dederint, si contra hanc uoluntatem aut parentes, aut ipsæ puellæ resultare uoluerint, habeant liberam facultatem renuere, quod ita suscepisse uidentur. Nec pœnam sibi nouerint quadrupli exigendam, sed etiam hæ quæ sub terrore uisæ sunt accepisse, in lucrum suum si uoluerint retinebũt, nec constringi possunt, nisi forte ex suo arbitrio reddere uoluerint. Nam si post administrationem, aut parentum, aut puellarum, circa eos qui sponsalia dederint, uoluntas nubendi permanserit, sequatur electa coniunctio.

DE NVPTIIS. TIT. VII.

Imppp. Valen. Valens, & Gratia. AAA. ad Senatum.

Viduæ intra XXV. annũ degẽtes, etiãsi emãcipationis libertate gaudẽt, tamẽ in secũdas nuptias nõ sine patris sentẽtia conueniant. In oppugnationem cessent itaque sequestres, atque interpretes, taciti nuntij, renuntijq; corrupti. Nuptias nobiles nemo redimat, nemo sollicitet, sed publice consulatur affinitas, adhibeatur frequẽtia † Procerũ. Quod si in conditionis delectu mulieris uoluntas certat sententiæ propinquorum, placet admodum, ut in pupillarum coniunctionibus sanctum est habendũ examen, autoritatem quoq; iudiciariæ cognitionis adiũgi, ut si pares sunt genere ac moribus petitores, is potior æstimetur, quem sibi consulens mulier adprobarit. Sed ne forte hij, qui gradu proximo ad uiduarum successiones uocantur, etiam honestas nuptias impediant, si huius rei suspitio processerit, eorum uolumus autoritatem iudiciumq; succedere, ad quos etiã si fatalis sors intercesserit, tamen hæreditatis commodum peruenire non possit. Dat. † XVII. Cal. † VI. Aug. Grat. A. II. & Probo COSS. Interpretatio. † procerũ

Viduæ intra uicesimum & quintum annum si fuerint constitutæ adhuc uiuis parentibus, tametsi emancipatione adquisierint libertatem, si ad secundas nuptias uenire uoluerint, nouerint cõiunctionem suam in patrum potestate, non in propria uoluntate consistere. Et eorum electione, non quorumcunq; amicorum, aut familiarium sequendum esse consensum. Si uero patres mortui sint, nec sic quoq; ex suo singulari arbitrio nubendi habeant potestatem, sed pro honestate coniunctionis, pro ætate iudicium sequendum est propinquorum. Quod si duo petitores extiterint, consulendi sunt quidem parentes, nec prætermittendus est etiam iudex, qui uoluntatem fœminæ pro honestiore duntaxat parte prospiciat. Nec illis tantum propinquis præstet adsensum, qui suspitione hæreditatis utuntur, qui forte dum nuptias differunt, pro successione hæreditatis mulieris mortem expectare uidẽtur, sed illorum magis, si talis conditio intercedit, electio sequenda est, qui nihil possunt de ipsius hæreditate conquirere.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Cynegio Præfecto.

Ne quis Christianam mulierem in matrimoniũ Iudæus accipiat, neque Iudææ Christianus coniugium sortiatur: nam si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterij uicem commissi huius crimẽ obtinebit, liber-

tate in accũſandũ publicis quoque uocibus relaxata. Dat. Prid. Id. Mart. Theſſal. Theod. XII. & Cynegio VC. COSS.

Interpretatio.

Legis huius ſeueritate prohibetur, ut nec Iudæus Chriſtianæ matrimonio utaſ, nec Chriſtianus homo Iudæam uxorem accipiat. Quod ſi aliqui contra uetitum ſe tali coniunctioni miſcuerint, nouerint ſe ea pœna, qua adulteri damnantur, perſequendos, & accuſationem huius criminis non ſolum propinquis, ſed etiam ad perſequendum omnibus eſſe permiſſam.

Impp. Theod. & Valent. AA. Hierio PF. P.

Si donationum ante nũptias, uel dotis inſtrumenta defuerint, pompa etiam, aliaq; nuptiarum celebritas omittatur. Nullus æſtimet ob id deeſſe, recte aliâs inito matrimonio, firmitatẽ, uel ex eo natis liberis iura poſſe legitimorum auferri, ſi inter pares honeſtate perſonas, nulla lege impediente fiat conſortiũ, quod ipſorũ conſenſu, atq; amicorum fide firmatur. Dat. X. Cal. Mart. Conſtantinop. Felice & Tauro COSS.

Interpretatio.

Si occaſio talis emerſerit, ut nuptiæ ſolennitate debita careant, aut etiam donationes ſponſalitiæ fieri, aut dos celebrari non poſſit, ſed cõuenientibus animis ſe matrimonio copulauerint, ſufficiet æqualibus perſonis conueniens electio atque
† res ceſſerit conſenſus, ſic tamẽ, ut conſcientia intercedat amicorum, & tunc ſi ita † receſſerit, & coniunctio ſtabilis, & filij legitimi probabuntur.

DE SECVNDIS NVPTIIS TIT. VIII.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Eutropio PF. P.

SI qua ex fœminis perdito marito, intra anni ſpatium alteri feſtinarit nubere: parum enim temporis poſt X menſes ſeruandũ adijcimus, tãetſi idipſum exiguũ putemus ꝓbroſis, inuſta notis honeſtioris nobiliſq; perſonæ & decore & iure priuetur, atque omniũ, quæ de prioris mariti bonis, uel iure ſponſaliorum, uel iudicio defuncti coniugis conſecuta fuerat, amittat. Et ſciat, nec de noſtro beneficio, uel adnotatione ſperandum ſibi eſſe ſubſidium. Dat. † III. Calen.
† IIII. † Iul. † Iun. Conſtantinop. † Eucherio & Syagrio COSS. † Eutropio

Interpretatio.

Mulier, quæ poſt mortem mariti, intra annum alteri uiro nupſerit, ſciat ſe infamiæ ſubiacere, & notabilem uſq; adeo reddi, ut quæcunque ſponſalitia largitate percepit, uel ſi per teſtamentum ipſi aliquid prior maritus donauit, amittat, & totũ illius filijs cedat. Si filij non fuerint, illis profuturũ perſonis, qui priori marito gradu proximiori iunguntur, & hoc ſibi per ſucceſſionem poterunt uindicare.

Iidem AAA. Floro PF. P.

Fœminæ, quæ ſuſceptis ex priore matrimonio filijs, ad ſecũdas tranſierint nuptias, quicquid ex facultatibus priorum maritorum ſponſaliorum iure, quicquid etiã nuptiarum ſolennitate perceperint, quicquid aut mortis cauſa donationibus factis, aut teſtamenti iure directo, aut fidei

dei cõmiſſi: uel legati titulo, uel cuiuſlibet munificæ liberalitatis præmio ex bonis maritorũ fuerint adſecutæ, id totum, ita ut perceperint, integrum ad filios, quos ex præcedenti coniugio habuerint, tranſmittant, uel ad quẽlibet ex filijs: dummodo ex hijs tantum, quos tali ſucceſſione digniſſimos iudicamus, in quos contemplatione meritorum liberalitatis ſuæ iudiciũ mater crediderit dirigendum. Nec quicquam eædem fœminæ ex ijſdem facultatibus abalienandi, in quamlibet extraneam perſonam, uel ſucceſſionem ex alterius matrimonij coniunctione ſuſceptam, præſumant. Atq; habeant poteſtatẽ poſſidendi tantum in diem uitæ, non etiã abalienãdi facultate cõceſſa. Nã ſi quid ex ijſdẽ rebus p fraudẽ ſæuioris animi in alium quemlibet fuerit à poſſidente tranſlatum, maternarum redintegrabitur compenſationibus facultatum: quo inlibata ad hos quos ſtatuimus hæredes bona, & incorrupta perueniant. Illud etiã addimus legi, ut ſi aliquis ex ijſdẽ filijs, quos ex priore matrimonio ſuſceptos eſſe conſtabit, forte deeſſet, qui ſorores uel ſororem, non etiã fratrem relinquens, Senatusconſulti beneficiũ matri ſimul ac ſororibus ſucceſſionis locum feciſſe uideatur. Seu etiam filia, quæ nullo exiſtente fratre, & ſuperſtitibus matre ac ſororibus, tantum adeundæ hæreditatis locum matri pro dimidia portione ſeruabit. Quod ſucceſſionis beneficiũ mater uidebitur conſecuta, in diem uitæ pro ſibi debita portione ſola tantum poſſeſſione delata, omne hijs qui ſupererunt ex priore ſuſceptis matrimonio filijs relinquat, nec ſuper iſtiuſmodi facultatibus teſtãdi in quamlibet aliam extraneam perſonam, uel quicquam abalienandi habeat poteſtatem. Quod ſi nullã ex priore matrimonio habuerint ſucceſſionem, uel natus natiue deceſſerint, omne quod quoquomodo percepit, pleni proprietate iuris obtineat, atq; ex hijs nãciſcendi dominos, & teſtandi circa quem uoluerit liberam habeat poteſtatẽ. Similiter etiã admoneri maritos uolumus & pietatis et legis exẽplo, quos etſi uinculo nõ aſtringimus, uelut impoſitæ ſeuerius ſanctionis, religionis tamẽ iure cohibemus, ut ſciant id à ſe prõptius ſperari contẽplatione iuſtitiæ, quod neceſſitati propoſitæ obſeruationis matribus imperatur, ne ſi ita neceſſitas erit, circa eorum perſonã ſubſidio ſanctionis exigi ab eis oporteat, quod optari interim ſperariq; condeceat. Dat. VI. Cal. † Ian. Conſtantinop. Antonio & Syagrio COSS. † Iun.

Interpretatio.

Mulieres, quæ amiſſis maritis ad alias poſtea nuptias legitimo tempore, id eſt, expleto anno, uenerint, ſi ex priori marito filios habuerint, quicquid per ſponſalitiam largitatem, uel nuptiarum tempore conſecutæ ſunt, totum filijs conſeruabunt, nec in alias uel extraneas perſonas nouerint transferendum. Quicquid uero prior maritus per teſtamentum, ſeu fidei commiſſum, ſeu legati titulo, uel mortis cauſa uxori donauerit, de his rebus quas talis mulier donatione percepit, ſeu omnibus filijs, ſeu in unum pro merito ſeruitij, ſi cõferre uoluerit, liberam habebit

facultatem, ita ut ei de bonis prioris mariti à filijs ipsius quicquam alienare non li-
ceat. Quod si præsumpserit, de proprijs facultatibus nouerit compẽsandum. Hoc
† credidit specialius huic legi † credimus inserendum, ut mulieri, cum ad alias nuptias uene-
rit, si de filijs quos ex matrimonio priore susceperat, masculus moriatur, eo casu
† aut ut matrẽ † & sorores, aut certe sororem superstitem dimittat, & fratrem non dimit
tat, qui matrem possit excludere, tunc beneficio legis, mater cum filiabus, uel filia,
æquali sorte succedat. Si uero filia moriatur, & matrem & sorores tantum dimit-
tat, dimidiam defunctæ filiæ hæreditatem mater adquirat, & media sororibus, seu
una, seu plures sint proficiat. Ea tamen ratione, ut dum ad uixerit mater, adquisi-
tam ex hac filij aut filiæ medietatem tantummodo in usufructu possideat. Et reli-
quis, si supererunt ex priore matrimonio, filijs, post obitum derelinquat, ad alias
personas in transferendo nec per testamentum, nec per donationem habitura li-
centiam. Cui mulieri si de priore marito filij non supersint, tunc quæcunque, quæ
sub hac occasione percepit, sibi uelut propriam uindicet facultatem, & in quem-
cunque uoluerit iure transmittat. In hac etiam lege similem & patribus mortuis
uxoribus conditionem, si ad alias nuptias uenerint, uoluit obseruari, ut si de prio-
re uxore filij uel filiæ fuerint, ex quibus aliqui moriantur, & in suam portionem
locum patri faciant, post illius obitum fratribus uel sororibus, qui supererunt de
ipso coniugio, portio relicta proficiat, nec poterit per patriam potestatem ad alias
transire personas.

Impp. Honor. & Theod. AA. Ioanni PF. P.

Nulli uideatur ambiguum, earum quæ nuptiarum tempore mulie-
res accipiunt, etiamsi ad secundas nuptias, extantibus ex priore matri-
monio liberis, emenso tempore forte migrauerint, in diem uitæ usum
fructum circa eas debere durare, salua hijs proprietate, quibus ius in-
tegrum post earum obitum leges sacratissimæ reseruarunt, ut mani-
festum est, quod delatum ex priori coniugio liberis constat. Dat. x. Cal.
Iul. Rau. DD. NN. Honor. VIII. & Theod. V. AA. COSS.

Interpretatio.

Notissimũ ualde est, has facultates quas tempore nuptiarũ mulieres à maritis
accipiunt, suo dominio uindicare. Et si maritum mori contigerit, qui tamen
filios derelinquat, & post transacta luctus tempora legitime ad alias nuptias uene
rint, in diem uitæ suæ donatarum rerum teneant usum fructum. Post obitum uero
earum, ad prioris mariti filios omnia reuertantur, nec exinde aliquid matribus ui-
† aliarum uis filijs in † alia iura transferre permissum est.

SI SECVNDO NVPSERIT MVLIER, CVI MARI
TVS VSVMFRVCTVM RELIQVERIT. TIT. IX.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Asterio Com. Orientis.

APerta definitione signamus, longe aliud esse quod de rebus an
te nuptias à nostra Mãsuetudine constitutum est, aliud quod
de hijs quæ ex patrimonio proprio uir suo arbitrio ad usum
fructum uxori de se relinquit: nam in eo usufructu, quem uir ex-
trema constituens uoluntate, de rebus proprijs uxori dimiserit, sta-
tim post

tim post secundas nuptias mulieri imminere uoluntis iacturam, secun-
dum eam legem, quæ de hoc articulo nõ dubitatur emissa. De usu fructu
uero rerum ante nuptias donatarum, ea seruari, quæ lex saluberrima an
terior plena definitione decreuit. Dat. XVI. Cal. Mar. Constantinop.
Honorio A. IIII. & Eutichiano CCSS.

Interpretatio.

Clara interpretatione has duas sententias explanauit, ut præter sponsalitiam
† largitatem, si maritus moriens de patrimonio suo usum fructum reliquit uxori, † donationem
iuxta uoluntatem eius relicta possideat, ita ut si mulier postea alio uiro nupserit,
mox usum fructũ ex testamẽto adquisitum filijs eius refundat, à quo usum fructũ
fuerat consecuta: usum fructum uero de sponsalitia largitate usq; ad obitum suũ,
sicuti superius alia lex locuta est, merito retinebit. Vnde hæc ipsa post obitum ma-
tris, ad illius mariti filios, qui donauit, proprietas reditura est.

SI NVPTIAE EX RESCRIPTO
PETANTVR. TIT. X.

Impp. Honor. & Theod. AA. Theodoro PF. P.

QVidam uetusti iuris ordine prætermisso, obreptione precum
nuptias quas se intelligunt nõ mereri, de nobis extimant po-
stulandas, se habere puellæ consensum confingentes: quapro
pter tale sponsaliorũ genus præsentis legis definitione prohibemus. Si
quis igitur contra hanc definitionem nuptias precum subreptione me-
ruerit, amissionem bonorum, & pœnam deportationis subiturum se
esse non ambigat. Et amisso iure matrimonij, quod prohibita usurpati-
one meruerit, filios se iuste hac ratione susceptos non habiturum, nec
unquam postulatæ indulgentiæ adnotationisúe, principis indulto effi-
cacem se ueniæ effectum meruisse. Exceptis hijs, quos consobrinorum,
hoc est quarti gradus coniunctione, lex triumphalis memoriæ pa-
tris nostri exemplo indultorum supplicar, non uetau it: exceptis q̃ his,
qui parentum sponsione de nuptijs filiarum impleri desiderant, uel spõ-
salia, hoc est arrarum data nomine, reddi sibi præcepto legum cũ qua-
drupli pœna deposcunt. Nos enim peti de nobis nuptias supplicatio-
ne prohibemus, quas deceat de uoluntate parentum, uel de ipsis adultis
puellis, aut mulieribus impetrari: Nam si negato coniugio, quod fuerat
ante promissum, lis aliqua legũ præcepto nascatur, de iure nos cõsuli nõ
uetamus. Dat. † Cal. † Feb. DD. NN. Honorio VIII. & Theod. III. † X Cal.
A. COSS. † Iul.

Interpretatio.

Fit aliquoties à quibusdam, ut obliti seueritatem legum, obrepere principis au-
deant maiestati, & cõiugia sibi expetãt ex præcepto, quæ cõsequi nõ merent, ut de
consensu parentũ, uel puellæ mentiantur: qua de causa huiusmodi audaciã interdi
cit. Quicũq; ergo sub tali obreptiõe matrimoniũ se obtinere putauerit, & amissiõe

bonorum,& exilij relegatione se nouerit esse damnandum: nec matrimoniũ quod taliter quæsierit, habiturũ: nec filios tali ordine & ambitione susceptos, legitimos appellãdos: nec etiã per supplicationem huius præsumptionis ueniam promereri.

† uero His † ergo quos in tertium & quartum gradum originis coniunctio præsumptiua copulauerit, quia notabile est, tamen si supplicauerint, uenia relaxabit. Nec his interdici, ut præceptum expetant maiestatis, qui parentum placito copulantur. Illi uero qui pactas sibi uiuis parentibus puellas, ab ipsis puellis post parentum obitum contemnuntur, præcepti tenore, in quadruplum arrarum nomine data uel donata recipiant: nam de reliquo si ante definita non fuerint, per supplicationẽ con-

† uel iugia postulari omni seueritate prohibuit. Cæterum si cum parẽtibus puellæ, † aut cum ipsa puella quis de nuptijs pactus fuerit, & unus ex his uoluerit de placito

† dispicitur eius resilire, nos ab eo qui † displicet consuli nõ uetamus. Reliqua pars legis istius alibi iam habetur exposita.

SI QVACVMQVE PRAEDITVS POTESTATE, NVPTIAS PETAT INVITAE. TIT. XI.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Neoterio PF. P.

SI quis ordinaria, uel qualibet præditus potestate, circa nuptias inuitis ipsis uel parentibus contrahendas, siue pupillæ, siue apud patres, uirgines siue uiduæ erunt, siue & sui iuris uiduæ, denique cuiuscunque sortis, occasione potestatis utatur, & minacem fauorẽ suũ inuitis hijs quorũ utilitas agitur, exhibere, aut exhibuisse detegitur, hũc & multæ librarũ auri decẽ obnoxiũ statuimus, & cum honore abiret, peractam dignitatem usurpare prohibemus. Tali scilicet pœna,

† in eo quod ut si circa honorẽ † in eũ, quo male usus est, uindicãdum statuti nostri sanctioni parere noluerit, semper eam prouinciam, in qua sibi hoc usurpauerit, habitare per iuge biennium non sinatur. Qui tamen cõtra latentẽ malitiã parũ quasdã domos, uel quosdã parẽtes intelligimus muniẽdos, iubemus, ut quicũque hijs, & quæcunque erit latentibus per iudicem promissis, minisue tentata ad eius matrimonium, cui aspernatur præstare consensum, confestim contestatione proposita, cum sua suorumq; do-

* mo ad iurisdictionem eius desinat pertinere. Curatores hoc uniuscuiusque ciuitatis uindicibus, & eiusdem iudicis Apparitoribus. Equidẽ si hæc prauitas ordinarij iudicis erit, uniuersa eius domus, ratio, atq;

† idem omnia uel ciuilia, uel criminalia negocia, quàm diu † ibidem, in administratione fuerit, Vicario cõpetant. Sin autem Vicarius, uel similis potestatis, uim eiusmodi contrahendo matrimonio molietur, uicissim ordinarius iudex intercessor existat: Si erunt uterque suspecti, ad inlust. præfecturam specialiter talium domorum, quam diu idem administrauerit, tutela pertineat. Dat. XV. Calend. Thessalonicæ, Gratiano A. V. & Theod. A. I. COSS.

Interpretatio.

Interpretatio.

Si aliquis de hijs iudicibus, qui prouincias administrant, uel etiam hijs quibus ciuitates, uel loca commissa sunt, per potentiam inuitis parentibus uirgines, aut etiam uiduas, si sui iuris sint, per potestatem ad nuptias suas addixerint: aut si pupillæ sint, & earum utilitatibus obuiantes per errorem, aut per quorumcunq; colludiũ addicantur, his personis, de quibus loquitur, inuite iungantur, quicunque hoc præsumpserint, decem † libras auri se nouerint cõdemnandos, & in ea Prouincia, † pondo

† officium in qua iudex fuerit, dignitate amissa biennio prohibeat accedere † beneficiũ. Tamen lex ista aduersus eiusmodi homines parentibus, uel ipsis mulieribus, quæ in suo iure sunt, uel qui minores ætates tuẽtur indulsit, ut contestationes ad alios iudices, uel ciuitates proximas deferant, & eorum patrocinijs defendãtur. Vt si in eadẽ prouincia sit alia potestas, utpote si sint duo iudices, unus priuata, & alius domi-nica iura gubernãs, si ab altero sub hac cõditione quæcũq; persona prematur, alterius tutela debeat defensari, aut certe ad magnificam potestatem, quæ principis auribus hoc possit intimare, recurrat.

DE INCESTIS NVPTIIS. TIT. XII.

Deerat in omnibus exemplaribus una lex, ut conijcitur ex interpretatione, quã sumus ex Argẽtoratensi codice mutuati.

Quicunque hominum cum fratris filia, uel sororis incestam coniunctionem se habere crediderit, capitalem sententiam se nouerit subiturum.

Impp. Constantius & Constans AA. & Iulianus Cæsar, ad Volusianum Vicarium Vrbis.

ET si licitum ueteres crediderunt, nuptijs fratris solutis ducere fratris uxorem: Licitum etiam, post mortem mulieris, aut diuortium, contrahere cum eiusdem sorore cõiugium. Abstinendum huiusmodi nuptijs uniuersi, nec æstimẽt, posse legitimos liberos ex hoc consortio procreari: nam Spurios esse conuenit, qui nascentur. Dat. Prid. Cal. Mai. Romæ, Arbitione & Lolliano COSS. Interpretatio.

Fratris uxorem ducendi, uel duobus fratribus unam mulierem nubendi penitus licentia denegatur: nam ex tali coniugio procreati filij, legitimi non habentur.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutichiano PF. P.

Apparet legẽ esse alicunde obiter, ita ut fit, & mutilã citatam.

Manẽte circa eos sententia, posthac qui consobrinæ suæ uel sororis, aut fratris filiæ, uxoris súe eius, postremo cuius uetitum damnatumq; coniugium est, sese nuptijs funestarit, designato quidem lege supplicio, hoc est ignium, & præscriptione careat, proprias etiam quamdiu uixerit teneat facultates. Sed neque uxorem, neque filios ex ea editos habere credatur, ut nihil prorsus prædictis, ne per interpositam quidem personam, uel donet superstes, uel mortuus derelinquat. Dos si qua forte solenniter aut data, aut dicta, aut promissa fuerit, iuxta ius antiquum fisci nostri commodis cedat: testamento suo extraneis nihil derelinquat, siue testato, siue intestato legibus eis, & iure succedent. Qui si forte ex iusto & legitimo matrimonio editi fuerint, hoc est de descendentibus, filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis: de ascendentibus, pater, mater, auus, auia: de latere, frater, soror, patruus, amita,

testandi

Testandi sanè ita demum habeat facultatem, ut his tãtum personis pro iuris ac legum, quod uoluerit, arbitrio relinquat, quas succedere imperialis præcepti tenore mandauimus: ita tamen, ut hæreditate diem functi penitus arceatur, si quis ex is quos memorauimus, in cõtrahẽdis incestis nuptijs participatum, atq; consilium iisse monstrabitur: successuro in locum illius, qui post eum gradum proximus inuenitur. Id sanè quod de uiris cauimus, etiam de fœminis, quæ proditorum se consortio commaculauerint custodiatur: memoratis uero personis non extantibus, fisco locus pateat. Ad cuius legis nexum & conditionem pertinere iubemus, si qui forte iamdudum, hoc est ante promulgationẽ huiusce legis, illicitis memoratarum nuptiarum sceleribus commaculati, quoquo modo latere potuerunt. Dat. VI. Id. Decemb. Constantinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. COSS. Interpretatio.

† hic Post prioris legis sententiã, quæ de talibus personis lata est, † id præcepit obseruari, ut districtione legis supplicio & proscriptione liberi quisq; ille aut sororis aut fratris filiam, aut certi gradus consobrinam, aut certe fratris uxorem scelera-tis sibi nuptijs iunxerit, huic pœnæ subiaceat, ut de tali consortio separetur. Atque etiam si filios habuerint, non habeantur hæredes legitimi, nec hæredes, sed infamia sint notatæ utræq; personæ, ita ut possidere tantum proprias facultates principis beneficio uideantur. Cæterũ nullum negocium præsumant subire contractuũ donandi atq; testandi facultate submota: sed nec ipsis fœminis, quas taliter sortiti sunt, aliquid conferant ei. Si etiam aliquid tempore nuptiarum sibi dederint, reuocetur ad fiscum: aut etiam si filios habuerint, non per suppositã, aut per aliam personam, aut per commentitiam donationem ad illos quicquam ex eorum facultate perueniat, sed ipsis mortuis ad legitimos hæredes quoscunq; gradus admittit, usq; ad certum originis locum ab intestato ipsi succedũt. Testandi etiã eis in his tãtum personis, quibus lege concessum est permissa potestas, ita ut ex his quos elegerit scribat hæredes, ita tamen, ut si qui in tali consortio consensum cum his habuisse docentur. hæreditate excluſi, in proximo gradu uenientibus locũ faciant: Nã si desunt personæ propinquorum, quos ad successionem uocat lex, tũc in eorum facultatibus fiscus accedat.

Impp. Honor. & Theod. AA. Aureliano PF. P.

Tanquam incestum commiserit habeatur, qui post prioris coniugis amissionem, sororis eius matrimonium proprium crediderit sortiendum. Pari ac simili ratione etiam si qua post interitũ mariti in germani eius nuptias crediderit aspirandum, illo sine dubio insecuturo, quod ex hoc cotubernio nec filij legitimi habebũtur, nec in sacris patris erũt,
†XVI. nec paternam ut sui suscipiant hæreditatem. Dat. †XVII. Cal. Iun. Constantinop. Honor. X. & Theod. VI. AA. COSS. Interpretatio.

Quæcunque mulier sororis suæ maritum post illius mortẽ acceperit, uel si quis ex uiris mortua uxore, sororem eius alijs nuptijs sibi coniunxerit, noluerint tali cõsortio se esse notabiles, & filij qui exinde fuerint, procreati, ex successione excludantur, sed & nec inter filios habebuntur.

Impp.

Impp. Constant. & Constans AA. Ad Philippum PF. P.

De moribus actio ultra personam extendi non potest, nec in hæredem habetur, nec tribuetur hæredi. Dat. XII. Cal. Octob. Liminio & Catulino COSS. Interpretatio.

Si de moribus maritus uxorem accusat, hoc est in maleficio, in adulterio, similibus alijsq; criminibus, si mortua uxor fuerit, hæredes eius accusari non possunt: quia crimina cum autore deficiunt, tamen & si maritus mortuus fuerit qui accusabat uxorem, ab hærede mariti mulier non potest accusari.

DE DOTIBVS. TIT. XIII.

Hic titulus nõ erat in codice Murbacensi, emendatissime alioquiscripto.

Imp. Iulianus † A. ad Mamertinum PF. P.

IN dote reddenda, & retentiones exiure uenientes, & pacta quæ legibus consentanea esse monstrantur, placet etiam ex huius sanctionis autoritate intemerata inuiolataq; seruari. Dat. † IIII. Cal. † Mar. Iuliano. A. IIII. & Sallustio COSS. Interpretatio.

† & Cæsar

† III. † Maij.

Pacta inter maritum & uxorem, quæ de dote inita sunt, & cum lege concordãt, hæc lex sicut reliquas pactiones ualere præcepit. De retẽtationibus uero, quia hoc lex ista non euidenter ostendit, in iure, hoc est, in Pauli Sentẽtijs, sub titulo, De dotibus requirendum, aut certe in Pauli responsis sub titulo, De re uxoria.

Iulius Paulus.

Impp. Honor. & Theod. AA. Mariniano PF. P Post alia.

Si cõstante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus, dos quæ data dicitur uel promissa, ex eius uxoris facultatibus ad fœminã reuertatur, nihilq; sibi ex hoc defuncti hæres audeat uindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. Et si fortasse constante matrimonio à marito uxori dos refusa est, quod legibus stare nõ potest, quia donationis instar perspicitur obtinere, eadem uxore defuncta, marito ab eius hæredibus cum fructibus, ex die refusæ dotis restituatur, ita ut proprietas eiusdem à liberis ex eadem susceptis alienari à marito nõ possit. Dat. III. Non. Nouemb. Rau. Honor. † XIII. & Theod. † XII. A. COSS. Interpretatio.

† XII. † X

Si †contigerit, ut maritus uxore superstite moriatur, quæcunq; à muliere marito in dotem data fuerant, ad suum dominium fœminæ reuocabunt, nec hæredes defuncti mariti hoc uindicare præsumant: Nam si maritus dũ ad uiueret, hoc ipsum quod à muliere in dote perceperat, fortasse refuderit, quia similitudo donationis est refusio, nullam obtinet firmitatem. Si mortua fuerit mulier, non poterunt eius hæredes hoc sibimet uindicare, sed marito etiam cum fructibus hoc iubetur debere restitui, sic tamen, ut si erunt filij, non sibi hoc dum ad uixerit pater eorum, quasi ex bonis maternis uindicẽt, nec pater aliqd aliud, nisi usumfructũ exinde habere debebit, nec transferendi in aliam personam habebit nec transferendi liberam potestatem, sed omnia post obitum eius, ad communes filios reuertantur.

† Constiterit

Impp. Theod. & Valent. AA. Hierio PF. P. Post alia.

Ad exactionem dotis, quam semel præstari placuit, qualiacunque sufficere uerba censemus, etiamsi dictio uel stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. Dat. x. Cal. Mar. Constantinop. Felice & Tauro COSS. Interpretatio.

Ad implendam uel exigendam dotem, hoc est, quæ à muliere tempore nuptiarum uiro datur, etiam si desit stipulatio promittentis, & uerba iuridica, dos ualere iubetur.

DE NVPTIIS GENTILIVM. TIT. XIIII.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Theod. Magistrum equitum.

NVlli prouincialium, cuiuscunque ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit uxore coniugium: nec ulli gentilium prouincialis fœmina copuletur, † quo si quæ inter prouinciales atq; gẽtiles affinitates ex huiusmodi nuptijs extiterint, quod in hijs susceptum uel noxium detegitur, capitaliter expietur. Dat. v. Cal. Iun. . Valent. & Valente AA. COSS. Interpretatio.

† quod

Nullus Romanorum barbaram cuiuslibet gẽtis habere præsumat uxorem, neque Barbarorum coniugijs mulieres Romanæ in matrimonio coniungantur, q̃d si fecerint, se capitali sententiæ nouerint subiacere.

DE FIDEIVSSORIBVS DOTIVM. TIT. XV.

† Mariniano

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. † Martiniano Com. Orientis.

OMnium sponsorum uel fideiussorum, deinceps in cauenda dotis sponsione ꝓmissionis absoluimus. Dat. III. Id. Nouem. Constantinop. Arcad. A. II. & Rufino COSS. Interpretatio.

Si quis implendæ dotis causa pro muliere fideiussor accesserit, pro hac fideiussione non tenebitur obnoxius.

DE REPVDIIS. TIT. XVI.

Imp. Constant. A. ad Ablauium PF. P.

PLacet, mulieri non licere propter suas malas cupiditates marito repudium mittere exquisita causa, uelut ebrioso, aut aleatori, aut mulierculario: nec uero maritis per quascunque occasiones uxores suas dimittere. Sed in repudio mittendo à fœmina hæc sola crimina inquiri, si homicidam, uel medicamentarium, uel sepulchrorum dissolutorem maritum suum esse probauerit, ut ita demum laudata omnem suam dotem recipiat. Nam si præter hæc tria crimina repudiũ marito miserit, oportet eam usque ad aciculam capitis in domo mariti deponere, & pro tam magna sui confidentia in insulam deportari. In masculis etiam si repudium mittant, hæc tria crimina inquiri conueniet, si mœcham,

mœcham, uel medicamentariam, uel cõciliatricem repudiare uoluerit. Nam si ab hijs criminibus liberam eiecerit, omnem dotem restituere debet, & aliam nõ ducere. Quod si fecerit, priori coniugi facultas dabitur eiũs domum inuadere, & omnem dotem posterioris uxoris ad semetipsam transferre pro iniuria sibi inlata. Dat. † III. Non: Maij. Basso & Ablauio COSS. Interpretatio. † Cal. Iul.

Certis rebus & probatis causis, inter uxorem & maritum repudiandi locus patet, nam leui obiectione matrimonium solui prohibetur: quod si forte mulier dicat maritum suum aut ebriosum, aut luxuriæ deditũ, non propterea repudiandus est, nisi forte eum aut homicidam, aut maleficum, aut sepulchri uiolatorem esse docuerit, quibus criminibus cõuictus sine culpa mulieris merito uidetur excludi, & mulier recepta dote discedit: Nam si hæc crimina mulier non potuerit adprobare, hac pœna multatur, ut & dotem quam dederat, uel † pro ipsa data fuerat, & † ad donationem quam percepit amittat, atq; etiam exilij relegatione teneatur. Quod si à uiro mulier repellatur, nec ipse nisi certis criminibus eam docuerit, pro leui, ut adsolet, iurgio repudiare non permittitur, nisi fortasse adulteram, aut maleficam, aut conciliatricem eam probare sufficiat: Quod si hoc docere non potuerit, dotem mulieri restituat, & aliam ducere non præsumat uxorem. Quod si forte tentauerit, habebit mulier liberã facultatẽ, quæ innocens eiecta est, domũ mariti sui, atque omnem eius substãtiam sibimet uindicare. Quod dinoscitur ordinatum, ut etiam secundæ uxoris dotem repudiatam iniuste mulier iubeatur adquirere.

Imppp. Honor. & Theod. & Constant. AAA. Palladio PF. P.

Mulier quæ repudij à se dati oblatione discesserit, si nullas probauerit diuortij sui causas, abolitis donationibus, quas sponsa perceperat, etiã dote priuetur, deportatiõis addicẽda supplicijs: cui nõ solũ secũdi uiri copulã, uerumetiã postliminij ius negamus. Sin uero morum uitia, ac mediocres culpas mulier matrimonio reluctata conuicerit, perditura dotem donationem uero refundat, nullius unquam penitus socianda coniugio, quæ ne uiduitatem stupri procacitate commaculet, accusationem repudiato marito iure deferimus. Præstat ut si graues causas, atque inuolutam criminibus magnis conscientiam probauerit, quæ recedit dotis suæ compos, sponsalem quoq; obtineat largitatem, atque à repudij die post quinquennium nubendi recipiat potestatem: tunc enim uidebitur, sui magis uiri id execratione, quàm alieni appetitione fecisse. Sanè si diuortium prior maritus obiecerit, ac mulieri graue crimen intulerit, persequatur legibus accusatã, impetrataque uindicta & dote potiatur, & suã recipiat largitatẽ, & ducendi mox alterã, liberũ sortiatur arbitriũ. Si uero morũ est culpa nõ criminũ, donationẽ recipiat, dotẽ reliquat, aliã post biẽniũ ducturus uxorẽ. Q̃d si matrimoniũ solo maluerit separare dissensu, nullisq; uitijs peccatisq; grauetur, excluſa est, & donationẽ uir ꝑdat & dotẽ, ac perpetuo cœlibatu insolentis diuortij pœnã de solitudinis mœrore sustineat, mulieri post anni metas nuptiarũ

potestate concessa. Super retentionibus aut dotium propter liberos iuris antiqui præcepimus cauta seruari. Dat. VI. Id. Mart. Rau. Eustasio & Agricola COSS.

Interpretatio.

Si mulier prior marito repudium intulerit,& statutas lege non docuerit causas, amittat sponsalitiam largitatem,nec repetat quod marito in dotem dedit,atq; insu per exilio relegata,nec nubendi locum habeat,nec ad propria reuertendi: Nã si le ues culpas edocuerit,qbus diuortiũ uideat adpetere, & dote careat, & donationẽ refundat, neq; alteri uiro nubẽdi habeat potestatẽ. Si uero postea maritũ dimittẽs, adulterio se forte miscuerit, maritus etiã post repudiũ habeat potestatẽ persequen di. Quod si mulier quæ discedit,in uirũ grauia crimina & certa probauerit, & dotẽ reuocabit,& quod ei maritus in sponsalitiã largitatẽ contulerat,uindicabit,& post quinquenniũ nubendi habeat liberã facultatẽ: Nam si maritus repudiũ prior intu lerit,probatis causis,uindicta percepta expulsæ uxoris dotem uindicet donationẽ que recipiat,& continuo si uoluerit aliam ducat uxorẽ: nam si crimina certa non fuerint,sed ut solet fieri,fœmina morũ leuitate displiceat,maritus donationẽ suam reuocet,& illi quicquid ab ea præceperat refundat statim,& post bienniũ aliam du cat uxorem. Quod si nec morum culpa docebitur,& sola est dissensio animorum, mulier quæ innocens expulsa est à marito,& donationem à uiro factam sibi uindi cet,& suam dotem reuocet. Ille uero in perpetuum solitarius permanebit,nec præ sumat alterius mulieris coniugio sociari: mulier uero post annũ ad aliud uiri cõiu gium si uoluerit transire permittitur. Propter cõmunes uero liberos,si fuerint,ea præcepit obseruari, quæ in iure de retentionibus statuta sunt pro numero filiorũ, quod Paulus in libro Responsorum dicet,sub titulo, De re uxoria.

Responsa Pauli.

DE TVTORIBVS ET CVRATORIBVS CREANDIS. TIT. XVII.

Imp. Constant. A. & Cæs. Ad Bassum PF. P.

IN uniuersis litib. placet,nõ prius puberẽ iustã habere psonã, nisi interposito decreto, aut administrãdi patrimonij gratia, aut ad litẽ fuerit curator datus. Iuxta præcedẽtia nostræ ꝓui sionis statuta legitime initiatæ litis agitatæ in iudicijs controuersiæ fi niantur. Dat. † IIII. Id. Octob. Aquileiæ. Constantino A. V. & Licinio COSS.

† III.

Interpretatio.

Si pupillis actio inferatur,quamuis adulti uideantur, ad litem uenire non pos sunt, nisi forte ætas eorum curiæ testificatione firmetur,aut certe prouisus cura tor patrimonium pupilli,uel negocium tueatur.

Idem A. & † Cæs. ad Populum.

† Valens

In fœminis tutelã legitimã consanguineus patruus non recuset. Dat. † I. Cal. Ian. ipso A. VII. & Cæs. COSS.

† Pridie

Ista lex expositione non indiget.

Imppp. Valen. Theod. & Arcad. AAA. Proculo PF. P.

Illustris Præfectus urbis,adhibitis X uiris è numero Senatus Am plissimi,& Prætore clarissimo uiro,qui tutelarib. cognitionibus præsi det,tutores curatoresúe ex quolibet ordine idoneos faciat retentari: & sanè id libero iudicio,expertesq; damni constituent iudicantes, & si regendis pupillaribus censibus singuli creãdorũ pares esse nõ possunt, plures ad hoc secundũ leges ueteres cõueniet aduocari,ut quẽ cœtus ille

administrãdis negocijs pupillorũ dignissimũ iudicarit,sola sentẽtia ob tineat præfecturæ. Itaq; hoc modo remoti à metu,q consilio adfuerit, p manebunt,& paruulis adultisq; iusta defensio sub hac prudentiũ deli beratiõe ꝓueniet. Qd' tamẽ circa eorũ personas cẽsuisse nos palam est, quibus neq; testamẽtarij defensores,neq; legitimi uia, ætate,facultatib. suppetunt: Nã ubi forte huiuscemodi hoies offerentur,si nihil ad defen sionẽ sui priuilegijs cõparabũt, teneri possint iure præscribimus. Cæte rũ alia quæ in causis minorũ antiqs legibus cauta sunt, manere inteme rata decernimus. Dat. VI. Cal. Ian. Mediolani, Timasio & Promo to COSS.

Interpretatio.

Quoties de pupillorũ tutela tractatur,debent primi patriæ cum iudice, secundũ ætates minorũ,aut tutorẽ aut curatorem eligere, ut ille qui susceperit tutelam,tali electione possit esse securus. Quæ tamẽ electio circa eas personas obseruabit, quæ nec testamento decretæ sunt,nec propinquitate ad id officium adducũtur. De alijs sanè minorum commodis legum priorum statuta præcepit obseruari.

Idem AAA. Tatiano PF. P.

Matres,quæ amissis uiris tutelã administrandorũ negociorũ in libe ros postulant,priusq; confirmatio officij talis in eas iure ueniat, fateãtur actis ad alias se nuptias nõ uenire. Sanè in optione huiuscemodi nulla co gitur,sed libera in cõditiones quas præstituimus uolũtate descẽdat: nã si malunt alia optare matrimonia,tutelas filiorũ administrare nõ debẽt. Sed ne sit facilis in eas,post tutelã iure susceptã,irruptio, bona eius pri mitus,qui tutelã gerentis affectauerit nuptias, in obligationẽ uenire,& tenere obnoxia rationibus paruulorũ præcepimus: ne quid incuria,ne qd fraude depereat. Hijs illud adiũgimus,ut mulier,si ætate maior est, tum demũ petẽdæ tutelæ ius habeat,cũ tutor legitimus defuerit,uel pri uilegio à tutela excusetur,uel suspecti genere submoueatur,uel ne suis q dẽ per animi aut corporis ualetudinẽ administrãdis facultatib idoneus inueniatur. Qd' si fœminæ tutelas refugerit,& ꝓptauerit nuptias, neq; quisq; legitimus ad pares possit causas uocari, tum demum uir illustris Præfectus urbi adscito Prætore,q impertiẽdis tutoribus ꝓsidet,siue Iu dices,q in ꝓuincijs iura restituũt,de alio ordine per inquisitionẽ dari mi noribus defensores iubebunt. Dat. XII. Cal. Feb. Mediolan. Valen tiniano. A. † IIII. & Neoterio COSS.

† IX.

Interpretatio.

Mulieres mortuis maritis si ipsæ uoluerint tutelam suscipere filiorũ, priusquã hoc adsumant,actis profiteantur se non esse nupturas. Sed hoc ipsum non extor quendum est,sed si maluerint hoc uoluntate propria fateantur: nam si ad alias nu ptias migrare uoluerint, tutelam filiorum administrare non possunt. Sciant hoc etiam uiri,qui sibi iungendas matres postulant paruulorum,quod si mulieres tute lam administrare cœperint filiorum,& postea nupserint,ille qui in consortio reci pitur,maritalia bona sua nouerit obligata,& se ad rationem reddẽdam minoribus obnoxium esse futurũ. Additur etiam illud,quod mulier nisi maiore ætate fuerit, tutelam suscipere prohibetur. De his † quoq;,qui cum lege ueniunt ad tutelam,si

† uero

quis ex his uidebitur aut deceptus facultatibus, aut moribus uilis admitti nō poterit, ne minorum bona depereant: sed illi accedant in tutelam, qui integritate mentis & certa propinquitate iunguntur. Nam si defuerint personæ quas diximus, & mater tutelam suscipere uoluerit, tunc sicut prius constitutum est, electione iudicis uel prouincialium tutores minoribus deputabunt.

QVI PETANT. TIT. XVIII

Imp. Constant. A. & Iulianus Cæs. Haueorphito charissimo nobis.

AVos quoq; & auias tutoris necessitas postulandi teneat obligatos, si nepotibus pupillaris ætatis testamentaria uel legitima tutela defuerit: nam si tutor forte petitus non fuerit secundum ea, quæ priscis legibus instituta sunt, emolumentum successionis amittat, ad quē poterat hæreditas peruenire. Dat. Id. Iul. Constant. A. VIII. & Iuliano Cæs. II. COSS. Interpretatio.

Si auus paternus defuerit, auus maternos etiam, atq; auias, tam paternas quàm maternas iubet ad tutores paruulorum petendos legis præceptione constringi, si tamen testamentarij uel legitimi deesse probantur. Quod si nepotibus paruulis tutores prouidere despexerint, iubet eos huiusmodi dispendio subiacere, ut si forte cesserit luctuosa hæreditas, de successione minorum, quibus tutores, aut non petierint aut noluerint prouidere, habeantur extranei.

DE ADMINISTRATIONE ET PERICVLO TVTORVM ET CVRATORVM. TIT. XIX.

Imp. Constant. & Iulianus Cæs.

PRo officio administrationis tutoris uel curatoris bona, si debitores existāt, tanquā pignoris titulo obligata, minores sibimet uindicare minime prohibentur. Dat. † VII. Cal. April. Treueris, Volusiano & Aniano COSS. Interpretatio. † V.

Quicunq; tutor siue curator negligentia administrationis suæ, debitor minoribus comprobatur, nouerit facultates suas ita obligatas, ut si non satisfecerit, ratione deducta bona sua à minoribus loco pignoris teneantur.

Idem A. † ad Maximum PF. P. Post alia. † & Iulianus Cæsar

Minorū defensores, si per eos donationū conditio neglecta est, rei amissæ periculum præstēt. Dat. † IIII. Cal. Nouemb. Romæ, Sabino & Rufino COSS. Interpretatio. † III.

Si in his, quæ minoribus donari possunt, per tutoris negligētiā siue cōludiū, donationis solennitas uel conditio impleta non fuerit, id quod minori deperierit, de proprio cogatur exoluere.

Idem. A. Felici.

Quoniam per negligentiam seu proditionem tutorum & curatorū, possessiones iuris enphiteutici uitio intercedente commissi, è minorum fortunis auelluntur, placet ut tutor curatórue, cuius officio manente possessio

possessi o minoris iuris enphiteūtici prærogatiuam cōmissi offensa perdiderit, tantum de facultatibus proprijs censura imminente minoribus restituat, quantum rem ualere potuisse constabit. Dat. † XIIII. Cal. Maij. Constantinop. Dalmatio & † Zenophilo COSS. Interpretatio. † XIII. † Azemopilo

Si forte cesserit, ut minores possessionē iuris enphiteutici, hoc est, quod ex fisci bonis parentes eorum habere meruerant, sub qualibet præstatione tenuerint, & hoc per negligentiam, siue proditionem tutoris, aut imminutum fuerit, aut certe sublatum, quicquid perierit, à tutore uel curatore esse reddendum.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutichiano PF. P.

Tutores eodem momento quo fuerint ordinati, mox audiant cognitores, ut præsentibus primatibus, defensore, officijs etiam publicis inuentario solenniter facto, omne aurum argentumq;, & quicquid uetustate temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, iudicum & senatorum, officiorum etiam publicorum inustum signaculis, in tutissima, publicæ autoritatis sentētia, sine spe aliqua usurarū, custodia collocetur: non prius qualibet occasione mutilandum, quàm adultus legitimam ingressus ætatem, non tam litibus uacare incipiat, quàm integro mox gaudeat se patrimonio restitutum. Et quoniā etiā mediocris pēsanda fortuna est, si cui forte in hæreditate mobilia tantum relinquantur, nec aliqui fundorum reditus supputentur, ex quibus uel familia pupilli sustētari ualeat, uel pupillus, ex mobilibus aut prædia idonea cōparentur, aut si forte, ut adsolet, nō poterit inueniri, iuxta antiqui iuris formā usurarū accessio † ut & hic unde fundorū reditus non sperantur, ex incrementis rei mobilis minoris necessitas adiuuetur, & ibi sine periculo tutoris usuræ penitus nō petantur. Dat. VI. Cal. Mart. Constātinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. COSS. Interpretatio. † Deest ucrbum quale est captetur.

Mox ad tutelam quis accesserit, adhibitis continuo primatibus ciuitatis, uel defensore cum officio suo, suscepta pupilli bona facto rerum conscribat inuentario: & si quid erit in pecunia uel argento, uel quæ non possunt uetustate perire, prædictorum anulis obsignata reponat, & nulla occasione minuatur, † ne quid pupillo, dum in annis minoribus fuerit, pro litibus aut alijs causis nouerint committendum, sed usq; ad perfectam ætatem omni integritate seruetur. In reliquis rebus proficiente diligentia: nam si minoris eius sunt facultates, ut non sit patrimonium illis, † & tantūmodo substantia in rebus mobilibus inuentur, sciant tutores sibi est se permissum, ut uendere præsumant mobilia, & agros comparare, ut minoribus in ea parte proficiant. Si uero nō est eiusmodi substantia, unde prædium comparetur, hanc iubētur habere diligentiam, ut pecunia colligatur, & compendijs usurarum, aut quibuslibet alijs rebus commodum pupillis adquirant, aut si forte tenuitas substantiæ erit, exinde salua re pupillis substantia minustretur, & si ita egerint, à tutore pupillus † nouerit quæsiturus usuram. † neq; id sed † non erit

TITVLI LIBRI QVARTI.

De cretione, uel bonorum possessione.
Vnde liberi.
De Carboniano edicto.
De testamentis & Codicillis.
De litigiosis.
De naturalibus filijs, & matribus eorum.
De manumissionibus in ecclesia.
De liberali causa.
De hijs, qui non à domino manumissi sunt.
De Libertis & eorum liberis.
De uectigalibus & commissis.
De actionibus certo tempore finiendis.
De quinquennij præscriptione.
De re iudicata.
De sententijs ex periculo recitatis.
De fructibus & litis expensis.
De usuris rei iudicatæ.
Qui bonis ex lege Iulia cedere possint.
Quorum bonorum.
Vnde ui.
Vtrum ui.

CODICIS THEODOSIANI LIBER QVARTVS.

DE CRETIONE, VEL BONORVM POSSESSIONE. TIT. I.

Impp. Theod. & Valent. AA. ad Senatum. Post alia.

PAtrem aliqua ex parte minorem esse matribus non sinemus: nam cum etiam infantis filij morientis mater bonorum solatia consequatur, cur de eius ætate pater graues patiatur tendiculas non uidemus. Et cum legitima successio non modo in matre, uerum etiam in successoribus longius constitutis, non bonorum possessionis petitionem, non cretionis solennitatem cogitur custodire, qualicunque contenta aditæ uel adeundæ hæreditatis indicio, quãto magis pater talibus est uinculis exuendus? Atq; ideo hac ratione sancimus, ut pater etiam infantis filij successionem, si de illo, matre eius moriente, adeundæ

undæ hæreditatis, uel petẽdæ bonorum possessionis fuerit executus officium, siue ista neglexerit, morienti filio infanti in qualibet ætate suie ambiguitate succedat. Dat. VII. Id. Nouemb. Rauennæ, DD. NN. Theodosio XII. & Valent. II. AA. COSS. Interpretatio.

Cretio, & bonorum possessio antiquo iure à Prætoribus petebatur, quod explanari opus non est, quia legibus utrunq; sublatum est. Et ideo infans, licet loqui non possit, tamen hæreditatem sibi debitam capit, cui morienti pater, aut is qui proximus fuerit, ex lege succedat.

VNDE LIBERI. TIT. II.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Aureliano PF. P.

FIlia quæ dote à patre suscepta, matrimonio sociata est, intestato patre mortuo, si hæreditatem uelit adire cum fratribus, dotẽ quam susceperat miscere cogatur paternæ substantiæ: atq; ita in subeunda hæreditate sociari cũ fratribus. Dat. pridie Non. Octob. Constantinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. COSS. Interp.

Filia si tempore nuptiarum à patre fuerit dotata, & postea pater intestatus moriatur, si in reliqua patris substantia uult cum alijs fratribus æqualis accedere, dotem, uel quicquid accepit tempore nuptiarum, hæreditati paternæ cum fratribus diuidendũ confundat, quod si noluerit, sit his quæ percepit pro sua portione contenta.

DE CARBONIANO EDICTO. TIT. III.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Rufino PF. P.

CArboniauum edictum sub personis legitimis, indubitato matrimonio, custodito partu, & probata legitima successione deferatur, scilicet ut in possessione nouus hæres locatus, usq; ad pubertatis annos, sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. Dat. IIII. Cal. Octob. Constantinop. Theod. A. III. & Abundantio COSS. Interpretatio.

Si quis moriens, ex legitimo matrimonio pregnantem reliquerit uxorem, iubet lex mulierem à propinquis, quousque ad partum ueniat, custodiri, quæ cum legitimo tempore adiderit, is qui natus fuerit, pro sua portione in patris hæreditate succedat, & usq; ad quintum & decimum ætatis suæ annũ, quæ à patre derelicta sunt, sine ullius inquietudine seu repetitione possideat, futurum, ut suas postmodũ per curatorem aut excipiat, aut exerat actiones.

DE TESTAMENTIS ET CODICILLIS. TIT. IIII.

Impp. Constantinus A. & Constans Cæs. PF. V.

IN codicillis, quos testamentum non præcedit, sicut in uoluntatibus testamenti, septem testium uel quinq; interuẽtum nõ deesse oportet: sic enim fiet, ut testantium successiones sine aliqua captione seruentur. Si quando igitur testium numerus defecerit, instru

mentum codicilli habeatur infirmum, quod & in cæteris uoluntatibus placuit obseruari. Dat. XI. Cal. Ian. Constantino A. VII. & Constante Cæs. COSS.

Interpretatio.

Si quis non fecerit testamentum, sed uice testamenti fecerit codicillum, in quo codicillo legitima haredis institutio teneatur, et huncipsum eodem numero testiũ, hoc est, septem aut quinq; subscriptionibus faciat cõfirmari, si minus quàm quinque, ualere non poterit, sicuti & cæteræ uoluntates: nam secundum legem superiorem, si condito testamento postea factus fuerit codicillus, & in eo alium quàm in testamento fecerat, hæredem uoluerit nominare, in eo codicillo hæredis institutio non ualebit.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Proculo P. P.

Quæ codicillis aut epistolis nobis, necessitudinibus q; nostris relinquuntur, non admittimus, sit ille usus inter priuatos ratus. Et sanè hoc loco præbemus licentiam, ut ciuiliter, siue criminaliter, ut actor elegerit, super prolata epistola requiratur, & incumbat probatio ei primitus, qui scripturam obtulerit. Cæterum quod ad nostros attinet codicillos & epistolas, adeo refutamus, ut ex illis, etiamsi ueras eas esse quæstionũ regulas approbarit, quicquid nobis relictum, nostris ue constiterit, ad liberos defuncti, uel si hi non sint, ad proximũ quenq; iudicij nostri humanitate pertineat: testamenti uero scripturã legitimã, uel nuncupationẽ, quæ in nomẽ nostrum forte processerit, iure capiemus, nec in ea re distare ius nostrũ a priuatis hæredibus profitemur. PP. Mediolan. X. Cal. Feb. Timasio & Promoto COSS.

Interpretatio.

Si quis moriẽs, Principi uel propinquis, uel amicis eius aliquid per codicillum, aut per epistolam crediderit relinquendum, pietatis intuitu, id præcepit non ualere: Sed si quid tali modo priuatis fuerit derelictum, & de talibus chartulis orta fuerit fortasse contentio, in Iudicis discussione consistat, utrum possit scriptura prolata † eius iure subsistere. Cæterũ Principi, uel † ei proximis, quicquid testamento aut nuncupatione dimittitur, hoc sibi legibus ualere permittitur.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Aeternali Proc. Asiæ.

Testamentum non ideo infirmari debebit, quod diuersis hoc deficiens nominibus appellauit, cũ superflua non noceant prætermissa: nanq; necessaria non abundans cautela, uel contractus imminuit, uel testatoris officit uoluntati. Nec patimur fidem conditi arbitrij ob hoc debere conuelli, si aut maiorem in principio signatorum, aut minorẽ, aut nullum nu- † præfixerit merum conditor suæ † prædixerit uoluntati, cum v. huic non ignari subscripserint testamento: licet non eisdem series fuerit recensita, sed his qui extremum disponit arbitrium, obsignandum porrexerit testamẽtũ. Nec enim nouũ promulgamus, sed diui Constantini sanctionem, & inclytæ recordationis sententiã patris Serenitatis nostræ, nostraq; super huiusmodi causa, quæ sunt ex antiquioribus propagata, secuti decreta, statuimus his qui extremas ordinant uoluntates, hæc esse seruanda, ut & præsentes

sentes uideãt subscriptores, & hij cur uenerint non ignorẽt, etiãsi ijsdẽ scripturæ continentia non fuerit intimata, nec si quid ex munificentia morientis fuerint consecuti, infructuosum subscribentes facient testamentũ, cum hoc autorẽ prudentissimũ iuris consultorũ nõ sit ambiguũ Scæuolam cõ probasse. Dat. XII. Cal. April. Arcad. IIII. & Hon. III. AA. COSS.

Interpretatio.

Si moriens cum scribit aut dictat chartulam testamenti, prætermiserit forsitan, ut uocabulum poneret, aut ciuilis, id est, quod V. testium aut prætorij iuris, quod est VII. testium numerũ erit subscriptione firmandum, unde si maiorem, uel minorem testiũ numerum se testator in principio dixerit euocasse, usq; ad quinq; subscriptorum numerũ, etiamsi non relegant testamentũ, ualere permissum est, ita ut sicut numerus minor impedit uoluntatẽ, sic † si quid superfuerit, nõ noceat testamento: † quicquid quia & lex ipsa constituit, quod superflua iuris non impedire debeant. Hoc etiam obseruandum, ut testator signandum testibus offerat testamentum, nec ideo habeatur infirmũ, si alicui de subscriptoribus testator aliquid legati nomine derelinquit.

Idem A. Africano PF. V.

Testamẽta omniũ, cæteraq; quæ apud officiũ censuale publicari solẽt, in codẽ † reserẽtur, nec usquã permittatur fieri ulla translatio: mos nanq; † reseruentur retinendus est fidelissimæ uetustatis, quem si quis in hac urbe uoluerit immutare, irritã mortuorum uideri facit uoluntatem. Dat. VI. Octob. Constantinopoli, Cæsario, & Attico COSS.

Interpretatio.

Testamenta omnia, uel reliquas scripturas, apud Censuales in urbem Romam uoluit publicari, hoc est, ut & in reliquis regionibus apud Curiæ uiros testamẽta, uel quæcunque scriptura actis firmari solent, gestorum allegatione muniantur. Si uero mortuorum uoluntates actis reseratæ non fuerint, non ualebunt.

Impp. Honor. & Theod. AA. Edictum, ad populum urbis Constantinopolitanæ, & omnes Prouinciales.

Nolumus conuelli deficientiũ scriptas iure ac solenniter uoluntates, dum quoddã moriẽtis supremũ, et nõ adscriptũ processisse cõfirmatur arbitriũ, tãquã patrimoniũ suũ ad nos defiçiẽs maluerit ptinere. Omnibus em̃ priuatis & militãtibus interdicimus, ne huiusmodi perhibeãt testimonia, & falsi criminis reos teneri præcipimus, si cum scriptæ iure ac solenniter deficientiũ extiterint uolũtates, non scriptũ aliquid sub nostrorũ nominũ mẽtione falsò astruere moliãtur. Nemo itaq; relictus hæres, uel legibus ad successionẽ uocatus nostrũ uel potentiũ nom̃ẽ horrescat, nemo ferre testimonia in hũc modũ, uel susçipere gestis huiusmodi uoces audeat, nostrorũ uel etiã priuatorũ potẽtiũ nomine. Maneat arbitriũ quod uera & solennis scriptura cõmendat: excludatur si quid aduersus eã uel deficientis animũ, sub deferẽda hæreditate nostræ perennitatis per testimonia nõ scripta, & falsò cõtestata adseuerãtur. Nemo scriptis propriũ auferat robur, & nõ scriptis sub prætextu nostri uel potentiũ noĩs ingerat firma- † IIII. mentũ. Dat. † III. Id. Mar. Cõstantinop. † Theod. VI. et Palladio COSS. † Arcadio

Interpretatio.

Placuit uoluntatẽ defunctorũ ea ratione ſeruari, ut ſi deficiens quis non perfecerit teſtamentũ, non poteſt qcunq; pro perfecto uti quod imperfectũ reſedit, nec admittit hanc teſtificationẽ Principis clemẽtia, ſi forte dicat aliqs: audiui morientẽ uelle, hoc principi, uel etiã his perſonis quæ poteſtati adiũctæ ſunt, uel cuiuſcũq; potentis taliter deputatũ, hanc uocẽ admitti non patitur. Et ſicuti legitimas ſcripturas uel in ſuam perſonã, uel in quaſcunq; alias poteſtates, ſiue in priuatos ualere mandauit, ita imperfectã, & ſub tali teſtificatione prolatã penitus ualere non uoluit.

Iidem AA. Palladio PF. V.

Ne quis poſt diẽ mortis, ſcriptis ante decenniũ teſtamẽtis, præſtetur aſſenſus, nullis q̃ penitus uiribus ſcriptura huiuſmodi tempore antiquata taxetur: præſertim ſi cum uoluntas cõtinuata præſtiterit, breuis mora ſit recentibus uetuſtatẽ innouare tẽporibus: uix enim fieri poteſt, ut per hæc tẽpora, quæ fidei amore contraximus, omnẽ teſtiũ conſcientiã mors coniurata ſurripiat: & reuera nefas eſt, ut antiquæ deliberationis ordinatio uoluntas poſtrema dicatur. Dat. x. Cal. Iul. Rau. DD. NN. Honorio & Theod. XII. & Theo. †VIII. AA. COSS. †x.

Interpretatio.

Si quis condito teſtamento decennio ſuperſtes fuerit, & ſuam non mutauerit uoluntatem, quod ante decennium factum eſt, uacuum remanebit.

Imp. Theodoſius A. Aſclepiodoto PF. P.

Si quis agere ex teſtamẽto, quolibet modo ſiue ſcripto, ſiue ſine ſcriptũra confecto, de hæreditate uoluerit, ad fidei cõmiſſi perſecutionẽ aſpirare cupiẽs, minime permittatur: tantũ enim abeſt ut aditũ cuiquã pro ſuo mi grandi deſiderio cõcedamus, ut etiã illud ſanciamus, ut ſi teſtator faciens teſtamentũ, in eodẽ pro codicillis etiã id ualere non cõplexus ſit, qui hæreditatẽ petit, ab ipſis intentionis exordijs utrũ uelit eligẽdi habeat poteſtatẽ: ſciẽs ſe unius electione alterius ſibi aditũ præcluſiſſe, ita ut ſiue bonorũ poſſeſſionẽ, ſecundũ tabulas, uel ſecundũ nuncupationẽ, cæteras q̃ ſimiles poſtularet, aut certe ex edicto diui Hadriani ſe mitti ad poſſeſſionẽ ex more petierit, ſtatim inter ipſa huius iuris auſpicia, ppoſitũ †ſeu intentionẽ explanet. Sicut em̃ ſi quis defuncti agnouerit uoluntatẽ, de inofficioſo agere prohibetur, et patronus liberti muneribus electis & operis, cõtra tabulas bonorũ poſſeſſione pellitur: ſic mulier in edicto quod deal terutũ eſt, cum ſuã explanauerit optionẽ, ne pœnitẽtia poſſit ad aliud trãſire, etiã ſatisdatione cogetur præcauere, niſi ſi ætatis iuuetur auxilio. Illud quoq; pari ratione ſeruandũ eſt, ut teſtator qui decreuerit facere teſtamẽtũ, ſi id implere nequiuerit, inteſtatus uideatur eſſe defunctus. Nec traducere licet ad fidei commiſſæ interpretationẽ, uelut ex codicillis ultimam uoluntatẽ, niſi ſi id ille cõplexus ſit, ut uim etiã codicillorũ ſcriptura debeat obtinere, illo iure electionis uidelicet perdurante, ut qui ex teſtamento agere uoluerit, ad fidei cõmiſſum migrare non poſſit. Si quis uero ex parentibus utriuſq; ſexus ac liberis uſq; ad gradũ quartũ agnitionis

† *ſuæ intentionis.*

ũinculis alligatus, uel cognationis nexu cõſtrictus, ad tertiũ uſq; ſcriptus hæres fuerit uel nuncupatus, in eo uidelicet teſtamẽto, quod teſtator uicẽ quoq; codicillorũ uoluit obtinere, licebit eiſi de hæreditate ex teſtamẽto ſecundũ mortui uoluntatẽ agẽs fuerit forſitan ſuperatus, uel certe ipſe ſponte uoluerit ad fidei cõmiſſi ſubſidiũ conuolare: non enim par eadẽq; ratio uidetur admittere debita, & lucra non capere. Dat. x. Cal. Mar. Conſtantinop. Victore Vic. COS.

Interpretatio.

Si quis per ſcripturã condiderit teſtamentũ, & poſtmodũ ſine ſcriptura, hoc eſt, per nuncupationẽ ſuam iterandã crediderit uoluntatẽ, uel ſi codicillis, quod eſt fidei cõmiſſum, poteſtatẽ hæredi ſuo cõmiſerit, ut ex † qua uoluerit teſtatoris ordina † *ea* tione ſuccedat, tunc in primordio adeundæ hæreditatis ſuã publicare nõ deſinat uoluntatẽ, utrũ ex teſtamento, an per nuncupationẽ, an per fidei cõmiſſum hæreditatem ſibi eligat undicandã. Quod ſi prima electio eius fuerit ſuperata, ad alteram ei tranſire non liceat: Quia unius petitione conceſſa, de reliquis ſe nouerit excludendum, quia una petitio alias aperte & euidenter excludit. Extrema pars legis iſtius ideo non habetur expoſita, quia Nouella lege calcatur.

DE LITIGIOSIS. TIT. V.

Imp. Conſtantinus A. ad Prouinciales. Poſt alia.

Lite pẽdẽte, illud qd̃ in cõtrouerſiã deuocatur, in cõiunctã pſonã uel extraneã donatiõibus, uel emptiõibus, uelquibuslibet alijs cõtractibus minime tranſferri oportet, tanquã nihil factũ ſit lite nihilominus peragẽda: qd̃ ſi tutelæ cauſa uertitur poſt examẽ Iudicis in ſupplementũ pnuntiationis dentur arbitri, qui nõ iam arbitri, ſed executores putandi ſunt. Dat. x. Cal. Aug. Baſſo & Ablauio COSS. Interp.

Res quæ propoſita actione repetitur, tranſferri à poſſidente ad alterũ nullis contractibus poteſt, neq; inde aliqua fieri ſcriptura permittitur, niſi prius lis de qua agitur fuerit iudicio definita.

DE NATVRALIBVS FILIIS, ET MATRIBVS EORVM TIT. VI.

Impp. Valent. Valens, & Gratian. AAA. ad Ampiliũ PF. P.

Placuit, manẽtibus cæteris quæ de naturalibus liberis Conſtantinianis legibus cauta ſunt, hæc tantũmodo tẽperare, ut is qui hæredẽ, hæredis ue filios ex legitimo matrimonio, uel nepotes qui filiorũ loco habiti ſunt, patrẽ quoq; matrẽm ue dimittit, ſi ex cõſortio cuiuſlibet mulieris naturales ſuſceperit, unã tantũ bonorũ ſuorũ & hæreditatis unciã naturalibus uel mulieri donãdi, aut relinquẽdi habeat facultatẽ. Si quis uero nullo, ex his quos excepimus, ſuperſtite moriatur, atq; ex muliere cũ ſibi adiunxerat, naturalẽ, plurẽ ſue dimittat uſq; ad tres tantum ſi uoluerit uncias tam in mulierẽ q̃ in naturales quo maluerit iure tranſcribat. Dat. †VII. Cal. Sept. Cõcionati, Grat. A. †II. & Probo COSS. Interp. †XVI.

Obſeruãdũ de naturalibus filijs lex iſta cõſtitut, ut ſi qs habẽs ex legitimo matrimo † III. nio filios aut filias, ſiue maſculos nepotes ex filijs, uel patrẽ aut matrẽ ex q̃cũq; muliere, id eſt ingenua, nata uel facta ſuſcepit naturaliter, nõ ãplius q̃ unciã de facultatib.

ſuis nouerit naturalibus conferendam: Nam ſi defuerint ex omni parte perſonæ ſuperius nominatæ, tunc naturalibus filijs, uel mulieri de qua naſcuntur, tres uncias tantum non amplius nouerit, quiſquis ille eſt, ſe poſſe conferre.

Impp. Theod. & Valent. AA. Hierio PF. P. Poſt alia.

Naturales liberi, eorumq́ matres, nec parentum arbitrio in ſucceſſionibus, cæteriſq́ modis, quibus rei mobilis uel immobilis dominium confirmatur, paſſim & ſine legis diſtinctione congrua permittantur, nec tamen legis quæ nuper lata eſt aſperitate premantur, cum ſatis ſit eos ſecundum priorem conſtitutionem, aut extantibus iuſtis liberis, aut etiam non extantibus, id tantum conſequi, ſi patris deferatur arbitrio, quod per eam iuſta moderatione decretum eſt: cæteris quæ de eorũ matribus libertis, libertinisq́ per nouam conſtitutionẽ decreta ſunt, in ſua manentibus firmitate. Dat. X. Cal. Mar. Cõſtantinop. Tauro & Felice COSS.

Hæc lex interpretatione non eget, quia ad hoc ſolum intromiſſa eſt, quia poſterior omnibus eſt, & priorem, quæ à poſteriore damnata fuerat, confirmauit.

DE MANVMISSIONIBVS IN ECCLESIA. TIT. VII.

Imp. Conſtantinus A. Oſio Epiſcopo.

QVi religioſa mente in eccleſiæ gremio ſeruulis ſuis meritam conceſſerint libertatem, eandẽ eodem iure donaſſe uideantur, quo ciuitas Rom. ſolennitatibus decurſis dari conſueuit. Sed hoc duntaxat hijs, qui ſub aſpectu Antiſtitum dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus, ut cum ſuis famulis tribuunt libertatem, non ſolum in cõſpectu eccleſiæ, ac religioſi populi plenum fructum libertatis conceſſiſſe dicantur, uerumetiam cum poſtremo iudicio libertates dederint, ſed quibuſcunque uerbis dari præceperint, aut ex die publicæ uoluntatis ſine aliquo iuris teſte uel interprete competat directa libertas. Dat. XIIII. Cal. Maij. Criſpo II. & Conſtantino II. COSS. Interp.

Qui manumittendi in ſacroſancta eccleſia habuerit uoluntatem, tantum eſt ut ſub præſentia ſacerdotũ ſeruos ſuos uelit abſoluere, nouerit eos ſuſcepta libertate ciues eſſe Romanos: nam ſi Clerici ſuis mancipijs dare uoluerint libertatẽ, etiamſi non ante conſpectum fuerit ſacerdotum, uel ſine ſcriptura uerbis fuerint abſoluti, manebit, ſicut ciuibus Romanis, integra & plena libertas.

DE LIBERALI CAVSA. TIT. VIII.

Imp. Conſtant. A ad Maximũ PF. V.

SI quis libertate utentem, eiusq́ cõpotes inopinatus in diſcrimen ingenuitatis adducat, ſi eos forte aſſertio defecerit, circunductio præbeatur, aſſertore eq́ titulo p literas indicãte, ne cauſa p ſilentiũ ignoretur, uel abſurde etiã pclametur, ut qui cõperiſſent, uelint aſſerere, uel cunctãtes etiã cogerẽtur. ne ſi aſſertor defuerit, uincti multis eos ſciẽtibus liberos

bus liberos adoẽs ducantur, ideoq́ ſancimus: Si quis aſſertori inops atq́ ignotus, circunluſtratis prouinciæ populis aſſertus tradatur ei qui ſeruũ dixerit, non infracta ſed dilata libertate, aſſertore inuento uires recolligat, & ſuis renouatis defenſionibus reſiſtat in iudicio, poſſeſſoris iure priuilegijſq́ ſubnixus quanquam è domo illius proceſſerit: neq́ eũ illa poſſeſſio eſt in tempus accepti, ſed expectatio aſſertoris in tempore non reperti, ita ut ſi inſtaurata lite, reſtitutiſq́ in ſua iura partibus, pro libertate fuerit lata ſententia, iniuriæ, impudentiæq́ cauſa aduerſarius pari numero ſeruorum multetur, quot habuerint qui in ſeruitutem petitiſunt: hij uero non condemnantur, qui in ipſa fuerint lite progeniti. Quod ſi quis ante aſſertorem repertum, uel ante ſentẽtia fuerit mortuus hæredibus cauſam ſtatus probãtibus multatitius ſeruus traditur: & hæredes eius qui libertatẽ temerabat, ſi implacabilẽ animũ indicant, eadem maneat mancipiorũ lex atq́ conditio: Sin liberos ſinent, quos clauſos reperint occidant, cum perſonis delecta minorũ defenſoris eadem manebit mancipiorum multa, ac iudicio his quos defenderant repoſcentibus, rei male geſtæ dabitur æſtimatio, cum id proprio periculo fecerit aſſertor, ut rem ſaluam fore promittat, ita ſatis accipiat de multæ redhibitione: Libertatẽ uictis hoſtibus uictorũ dominatio abſtulit. Leges uero iniuriоſos pœna afficiunt, & fama ſpoliant, dictumq́ iurgio in aduerſarium immodeſtius iactatũ, petulantiusq́ fuſum, pœnam ſubire cogent, atq́ non erit impunita labefactatio, atq́ oppugnatio libertatis, quæ in conuictis quoq́ punitur, iniuſtum eſt autem alienum ad ſeruũ recepiſſe, & alterius ſerui abductione cõdemnatur. Dat. XIII. Cal. Aug. Sirmio, †Probiano & Iuliano COSS. Interpretatio. † Probino

Si aliquis in libertate †poſitus, ad ſeruitiũ †cogitur adijci, iubet pulſatũ ex ordinatione Iudicis per populos, & publicũ duci, ut defenſorem ſui ſtatus inueniat, & inuentum adſertorẽ per chartam petat à Iudice, ne ſilentio ingenuitas ſupprimatur. Quod ſi aut ipſe ſibi adeſſe, aut aſſertorẽ non potuerit inuenire, tradatur domino repetenti ad ſeruitiũ, non ad pœnale ſupplicium: ita ut non per hanc traditionẽ ex integro ſpem libertatis amittat, niſi cum habuerit locũ, inuento adſertore libertatis ſuæ ſtatum adſerat legibus audiẽdus. Quod ſi tali ordine reparata lite qui pulſantur ingenuos ſe eſſe docuerint, tunc ille à quo ingenuitas iniuſte fuerat adpetita, tot mancipia his, quos ad ſeruitutẽ uocabat, eius ætatis, & ſexus dare cogatur illis ad cõdemnationẽ, non adnumerandis hijs, qui dum cauſa protrahitur in lite nati eſſe probantur. Quod ſi ex his, qui ad ſeruitutem uocantur, dum per adſertorem requirendũ, aut alia occaſione cauſa protrahitur, aliqui moriantur, et hæredes eorum ſtatum ingenuitatis obtinuerint, pro illius perſona quæ in lite mortua eſt, hæredibus ſuis eius cõpenſatio, ſicut & pro uiuis, à pulſante reddenda eſt. Si uero ille moriatur qui liberos conabatur addicere, & filios aut hæredes dimittat, ſi perſequi uoluerint cauſam, quam pater aut actor inchoauerat, & uicti fuerint, ad ſuprаſcriptam ſatisfactionẽ tenendi ſunt: †aut alia tot mancipia male pulſatis ſatisfaciãt. Si uero agere noluerint, nec pſequi eos tẽtauerint, ſed etiã in cuſtodiã ab autore redactos abſoluerint, erunt à multæ condemnatione ſecuri, quia non in autoris ſui uitio perſtiterunt. † positum † conetur adire. † uel

Quod

Quod si forte minores sint, & tutor eorum, uel curator causas eorũ aduersus ingenuitatem prosequi uelit, & fuerit superatus, ipse de propria facultate ad satisfactionem tenendus est. Si uero post secundam reparationem adsertor inuentus periculo suo addicti causam crediderit replicandam, ut si uincatur, peculium, aut seruitia susceptorum, uel ipsa reddere debeat. Similiter & ille qui pulsat, dato fideiussore promittat se prædictum numerum uel meritum mancipiorum, uel quod ab his †de peculio reposcit, cum fuerit uictus satisfaciat.

† *de*

Idem A. ad Maximum P. V.

Libertati à maioribus tantum impensum est, ut patribus, quibus ius uitæ in liberos necisq; potestas permissa est, eripere libertatem non liceret, si quisquam minor uenundatus actum maior administrauit, quoniã minoris emptio scientiã non obliget, eum ad libertatem uenientem emptionis actusq; à maiore administrati præscriptio nõ tenebit. Nec uero ille qui apud quempiam pro seruo educatus, ac maior effectus, uendẽti ueluti domino acquieuit, actuq; administrato iam pene extremam se re degit †libertatẽ, quoniã neq; maior effectus originẽ suam nouerat, neq; eam quam ignorabat uenditionis patiens deseruisse iudicandus est, minori similis, eadem emptionis atque actus administrati præscriptio non allegabitur, sed utrique dabitur adsertio. Paria etiam in libertinis erunt, qui quæstu quodam in eandem seruitutem rursus relabuntur. Sed eorum hac exceptione causa distinguenda est, ut qui impuberes intra annum quartumdecimum manumissi, ac deinceps in seruitio retenti, ignorata libertate non utantur, maiores qui uenundati actum gerunt, ab assertione non arceãtur: cum illis ætate distributæ libertatis ignoratio ut obliuio concessa est. Qui uero memoria firma uenditioni post factæ nõ nescius innectitur, huius legis beneficio carebit. Et quoniam uicissim etiã ipsis qui rem his commiserunt medendum est, si quisquam omnium qui supra comprehensi sunt in libertate proclamauerit, id quod apud se esse, cius qui se dominum dicit profitetur, †quoniam de eo non dubitatur, reddi ac referri Iudex protinus pronuntiabit. Quod uero petitur, si id fuerit †negociatione controuersum, per cautionem assertoris, ut alia lege comprehensum est, conseruabitur, ac appetitio defertur, ut si fuerit approbata propria libertas, gestarum rerum ab eodem ratio atque omne quod debebitur reposcatur, ut seruitute depulsus, qui pro domino quondam fuerat, habeat quod ut seruo domini iure largitus est, & quæ ex earum rerum quæstu ac fructibus conciliata sunt, quæ de furtiuis compendijs obscure capta ac parta sunt, cum liberum esse non oporteat, quod apud seruum dominus peculij nomine collocauerat. Ea uero quæ testamento aut donatione quæsita sunt, aut quæ ex earũ rerum emolumentis empta confectaq; sunt, eidem ingenuo deputentur, quæ tamen uniuersa

† *seruitutem*

† *quando*

† *negatione forte.*

uniuersa exacto libertatis iudicio, quo à supradictis rebus discernuntur, in sequestri esse oportet, ut hijs ab utroq; deductis, atq; in medio iure locatis, ad eorum proprietatem uterq; contendat. Dat. XV. Cal. † Mart. Thessal. Seuero & Rufino COSS. Interpretatio.

† *Ian.*

Minor uenditus, si post XX. & V. ætatis suæ annos, iam maior effectus seruerit, aut in rebus emptoris actor, aut cuiuslibet rei ordinator fuerit constitutus, cum de ingenuitate sua proclamauerit, sine præiudicio seruitutis, quod gesserit audiatur; nec hoc ei præiudicium generet, quod eius, à quo emptus est domũ, aut utilitates in annis maioribus positus usus est ordinasse. Hoc etiam de libertis lex hæc præcepit custodiri, ut qui intra XIIII. annos fuerint manumissi, & actum in maiore ætate positi gesserint patronorum, libertati eorum actus non præiudicet seruitutis, sed cum uoluerint, suas aut de ingenuitate, aut de libertinitate, intra tempora legibus constituta, proferant actiones. Sic etiam si quis minor ingenuus à quolibet fuerit educatus, & liberum esse se nesciens fuerit à nutritore distractus, & actum uel utilitatem illius à quo emptus est, ut seruus gesserit, priusquam XXX. annorum præiudicio teneatur, potestatem habeat reclamandi, & quasi minor is, priusquam tempora suppleantur, amissam recipiat libertatem. Quicquid uero ille eis, à quo empti sunt, uel tradidit, uel donauit, uel quacunq; ex rei suæ administratione profecit, totum retinendi ac reuocãdi habeat potestatem. Si uero huiusmodi personis aliquid à quibuscunq; alijs, aut testamento, aut donatione conlatum est, id solum sibi iam liberi uindicent: nam quod de re patroni libertus, uel emptoris ingenuus dum seruiret profecit, libertati redditus libertus patrono, ingenuus emptori restituat. Hij uero, qui in annis maioribus constituti sunt, scientes se esse ingenuos, uel † liberti nos, si uendi adquieuerint, in ea, ad quam scientes sua uoluntate transeunt, seruitute permaneant.

† *libertos.*

Idem A. ad Bassum † PF. P.

† *Proconsulẽ*

Legis promulgatio, quæ per sedecim annos bona fide in libertate durantes, contra eos qui inquietant præscriptione defendit, non opitulatur hijs qui ex ancillis matribus, & ingenuis patribus orti, per id tempus in libertatis affectu cum parentibus perdurarint, quandoquidem nullo præcedente iusto legitimæ possessionis initio usurpata libertas nuda iactetur, cum neque redemptio ex seruitute, neque uicarij traditio seruuli, uel peculij assignatio ualeat demonstrari, qui tituli possint famulatus nexibus liberare eum, qui conuenitur: si quo ex hijs genere usus in libertate esset per annos sedecim demoratus, iure enim communi maternam conditionem natum sequi necesse est, ita ut & si herilem lectulum ancilla ascenderit, non liberorum domino, sed seruorum partum suscipiat. Dat. Prid. Cal. Mart. Basso & Ablauio COSS.

Interpretatio.

Lex aliquando fuerat promulgata, ut si quis XVI. annos sine aliqua molestia, nullo repetente uel pulsante uixisset, & postea in seruitium non ueniret. Sed hoc illis prodesse non poterit, quos de ingenuis patribus, & colonis, mulieribus, uel ancillis constiterit procreatos, nisi forte patres eorum pro filiorum capite, dominis quorum ancillas in consortio habẽt, aut uicaria mancipia cum peculijs, aut redemptionem

mptionem ſtatus eorum ſoluerint. Si uero patres hoc ſe perſoluiſſe nõ doceant, nõ poterint conditionem matrum mutare, aut mancipia dominis deperire, etiamſi de proprijs dominis naſcantur, niſi per manumiſſionem ſeruilem conditionem capere non poſſint.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Rufino PF. P.

Si cui ſuper ſtatu ſuo quæſtio moueatur, qui diuturno tempore, hoc eſt, per XX. annorum ſpatia in libertatis poſſeſſione durauit, uel cum aſſerant ſuffragia munerum, & priuilegia meritorum, quiue hijs præſentibus, qui dominos ſe eſſe contendunt, in hominum erit celebritate uerſatus, nulla ei dandi aſſertoris neceſſitas imponatur, ſed liber aſſiſtat, & ſtatum ſuum ipſe tueatur, calumniantem repellat, redarguat perſequentem, ne fluctuet dubius, ſi de alieno neceſſe habebit pendere faſtidio. De alijs uero, quos nec honor aliquis, nec ſuperſcriptione prædicti temporis priuilegium militare defendit, antiqui iuris forma ſeruetur.

† III. Dat. VII. Cal. Octob. Conſtantinop. Theod. A. † III. & Abundantio COSS. Interpretatio.

Qui XX. annos non occulte, ſed publice in libertate durauerint, & aliquid officij, uel militiæ præſente & tacente petitore geſſerint, adſertorem quærendi eos neceſſitas non manebit, ſed ipſi per ſe ſi uoluerint ad uerſus petitorem, quod libertati eorum competit exequentur. Circa alios uero, qui neſciẽtibus dominis latuerint, prioris legis ordo ſeruabitur.

DE HIIS, QVI NON A DOMINO MANVMISSI SVNT. TIT. IX.

Imp. Conſtantinus A. ad Baſſum.

† *Forte legendum eſt, qbus dãdi ius nõ eſt.*

SI non à dominis libertas detur mãcipio alieno, ſiquidem ab hijs iudicibus impetrabitur, † qbus dãdi ius eſt, ſine ulla trepidatione pœnæ facilis diſſolutio eſt. Si uero iubentibus nobis quicquam lege actum eſſe doceatur, & non dominus ut alienum mancipium manumitteretur petiſſe, tunc eodem qui in conſpectu noſtro libertatẽ monſtrabitur conſecutus, ei protinus, ad cuius proprietatem pertinet, reſtituto, is qui mancipium alienum fallendo principis conſcientiã manumiſit, mancipia duo cogatur domino eius dare, cuiuſmodi ſexus ætatis atque artis conſtiterit eſſe manumiſſum, & alia tria eademq; ratione ſimilia. Quæ multa non ſemper imponitur, ſed potius conquieſcit, ſi forte manumiſſus inferentem ſibi quæſtionẽ ſtatus, obiecta legitima præſcriptione potuerit excludere, cum ſibi amiſſi mancipij damna debeat imputare, qui in pernitiem ſuam geſta taciturnitate firmauerit. Prop. Id. Iul. Conſtantino A. V. & Licinio Cæs. COSS. Interpretatio.

Si aliquis mancipium manumittere præſumpſerit alienum, & id ſub præſentia principis, uel in eccleſia fecerit, hac pœna tenebitur, ut & manumiſſus à domino reuocetur,

uocetur, & alia duo mancipia eiuſdem ætatis aut ſexus, aut certe artificij, quod ille qui eſt manumiſſus ſciret, dare cogatur. Si uero ille, qui manumiſſus dicitur, repetentem dominum ſub hac præſcriptione ſuperauerit, ut iam firmitatem ſtatus ſui temporibus tueatur, tunc ille qui manumiſit, non eſt conſtringendus ad pœnam, dum ille qui repetit, præiudicium domini ſui incurrerit, aut taciturnitate nutrierit.

DE LIBERTIS ET EORVM LIBERIS. TIT. X.

Imp. Conſtant. A. ad Concilium Byzantinorum.

LIbertis ingratis in tantum iura aduerſa ſunt, ut ſi quadã iactantia, uel contumacia ceruices erexerint, aut leuis offenſæ contraxerint culpam, à patronis rurſus ſub imperia ditionemq; mittantur. Dat. † VI. Cal. Aug. Coloniæ Agrippinæ, Pacatiano & Hilariano COSS. Interpretatio. † V.

Quæcunq; perſona ſeruilis à domino ſuo fuerit conſecuta libertatem, ſi poſtea ſuperbire cœperit, aut patronum, id eſt manumiſſorem ſuum læſerit, amiſſa libertate quam meruit, in ſeruitium merito reuocatur.

DE VECTIGALIBVS ET COMMISSIS. TIT. XI.

Imp. Conſtantinus A. ad † Iunium Rufinum Conſularem Aemiliæ. † *Iulium Rufum.*

PEnes illum uectigalia manere oportet, qui ſuperior in licitatione extiterit, ita ut non minus, quàm triennij fine locatio concludatur, nec ullo modo interrumpatur tempus, exigendis uectigalibus præſtitutum. Quo peracto tempore, licitationum iura conductionẽq; recreari oportet & hanc ſimili modo alijs conlocari: capitali ſententia ſubiugandum, quem plus aliquid quàm ſtatutum eſt à prouincialibus exegiſſe conſtiterit. Dat. X. Cal. Iul. Criſpo Cæs. II. Conſtantino COSS. Interpretatio.

Vectigalia ſunt, quæ fiſco uehiculorum ſubuectione præſtantur, hoc eſt aut in litoreis locis nauibus: aut per diuerſa uehiculis merces deportant, cuius rei conductelam apud extraneas perſonas triennio eſſe præcepit, & continuo hanc exactionem alijs iterum permittendã, qui maiorẽ ſummã præſtationis obtulerint. Ex qua conductione aut exactione, ſi quis plus quàm præceptum fuerit, exigere tentauerit, aut mercatorem, aut prouincialem ſub hac exactione grauare uoluerit, periculum capitis ſe nouerit † ſubiturum. † *damnandũ*

DE ACTIONIBVS CERTO TEMPORE FINIENDIS. TIT. XII.

Imp. Theod. A. Aſclepiodoto. PF. P.

SIcut in rem ſpeciale eſt, ita ad uniuerſitatem, ac perſonales actiones ultra XXX. annorum ſpatium minime protendãtur, ſed ſi qua res, uel ius aliquod poſtuletur, uel perſona qualicunque actione uel perſecutione pulſetur, nihilominus erit agenti triginta annorũ præſcriptio metuẽda. Eodem etiã in eius ualente perſona, qui pignus uel hypotecã nõ à ſuo debitore, ſed ab alio poſſidente nitetur uindicare: nã petitio finium regundorũ in eo ſcilicet quod nũc eſt iure dura-

bit. Quæ ergo ante non motæ ſunt actiones, triginta annorum iugi ſilentio, ex quo competere iure cœperunt, mouendi ulterius non habeant facultatem, nec ſufficiat precibus oblatis ſpeciale quoddam, licet per adnotationem meruiſſe reſponſum, uel etiam iudicijs allegaſſe, niſi allegato ſacro reſcripto, aut in iudicio poſtulatione depoſita fuerit ſubſecuta cõuentio. In eandem rationem illis proculdubio recaſuris, quæ poſt litem conteſtatam in iudicium actione deducta, habitoq; inter partes de negocio principali conflictu, triginta denuo annorum deuoluto curriculo, tradita obliuioni ex diuturno ſilentio comprobantur, non ſexus fragilitate, non abſentia, non militia, contra hanc legem defendendam, ſed pupillari ætate duntaxat, quàmdiu ſub tutoris defenſione cõſiſtit, huic eximenda ſunt: nam cum ad eos annos peruenerit, qui ad ſollicitudinem pertinent curatoris, neceſſario ei ſimiliter ut alijs annorum triginta interualla ſeruanda ſunt. Hæ autem actiones annis triginta continuis extinguantur, quæ perpetuæ uidebantur, non illæ quæ antiquitus fixis tẽporibus limitantur. Annorum autẽ curricula ita numerari conueniet, ut & illa in dimẽſionẽ tẽpora reducantur, quæ ante noſtræ Manſuetudinis ſanctionẽ iugi taciturnitate fluxerũt. Verũ ne qua ocioſo nimis ac deſidi querimonia relinquatur, ei qui ſe fiducia perpetuitatis actionem nõ mouiſſe commemorat, decem poſt hanc legem annorum ſpatia continua ſuperioribus addi præcipimus, ut ſi quidem ante ſanctionem hac lege præfinitos annos decurriſſe patuerit, præter ea tempora quæ manarũt, decem actori annorum ſpatia prorogentur, ita ut tempus illi

† Deerat una linea in exemplari.

† anni ſupereſſe uidebũtur, aut amplius ulterius eũ nihil deſidere conueniet, ſed proprio lapſu temporis decurrente ad triginta uſque conſummationẽ debere ſuo ſpatio eſſe contentũ, ſi in annos quidẽ præſtare, non dubium eſt, ſed infra decem eorum interualla concludi, nihilominus etiam ſic eum ſpatiũ tantũ oportebit accipere, ut decem integer numerus impleatur, poſtquam hac definitione nulli mouendi ulterius facultatem patere cenſuimus, etiam ſi ſe legis ignorantia excuſare tentauerit. Dat. † XVIII. Cal. † Decemb. Conſtantinop. Victore V C. & Symmacho COSS. Interpretatio.

† X. † Maij

† rebus

Hæc lex licet in reliquis † legibus fuerit abrogata, propter hoc tamẽ ut ponerẽtur oportuit, quia de tricennio loquitur, quod pupillis, quàmdiu ſub tutoribus agunt, non debeat imputari, ſed ubi ad eos annos peruenerint, quibus Curatores habere poſſent, id eſt uir ad XV. & puella ad XIII. annum, ex eo in cauſis eorum tricennalis actio quemadmodum omnibus ſupputetur, ſicut & Nouella Valentiniani teſtatur: quæ uidetur hæc obſcurius inter cætera poſuiſſe, quæ tamen ita dicit. Excepto priuilegio pupillaris ætatis, quod diui memoriæ patris noſtri Theodoſij lege conceſſum eſt, intra eadem tempora terminentur. Nam de hoc lex iſta euidenter exponit, ut ſicut illa, quæ perpetua erãt, ad tricennium iuſſa ſunt reuocari, ita omnes

mnes cauſæ, quibus † infra tricennium tempora conſtituta ſunt, ſuis quibuſq; lo- † intra
cis & temporibus obſeruentur, hoc eſt, quicunq; ſeu de uicennio, ſeu de decennio, ſeu de quinquennio, ſeu de anni ſpatio poſita ſunt, & his ſimilia, nullatenus ad tricennium perducantur.

DE QVINQVENNII PRAESCRIPTIONE. TIT. XIII.

Impp. Honor. & Theod. AA. Palladio PF. P. Poſt alia.

Ompetitorem quinquennij poſſeſſor eliminet: debet enim iuxta Conſtantinianæ legis indultum, hoc priuilegio petitor arceri, quo fiſcus noſter excluditur, quod ſi quando fortaſſis emerſerit, Iudices competitionis obreptione reſciſſa, tuitionẽ pulſatis præſtare iubemus enixã, quibus tamẽ luſtralis aderit abſque interpellatiõe poſſeſſio. Dat. VIII. Id. Iul. Rauen. Euſtaſio & Agricola COSS.

Interpretatio.

Quicunq; rem fiſcalem per quinquennium poſſediſſe probatur, ita ut exinde à nullo fuerit expulſus, & hãc ipſam rem aliquis ſibi petere à principe uoluerit † poſ- † poſidenti
ſidendam, in tantum lege conſultum eſt, ut etiam tuitionem ferre poſſeſſori Iudicẽ iuſſerit, & competitionis conſtitutionem ordinauerit reſcindendam. Si tamen ille qui poſſedit ſine ulla inquietudine per quinquennium ſe docuerit poſſidere, quia hoc ſpatio temporis ab eo, qui ſine moleſtia poſſedit, etiam fiſcum ſuum excludi iuſſit.

DE RE IVDICATA. TIT. XIIII.

Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. ad † Potitum Vica. † optatum

Poſt alia.

In priuatorum cauſis huiuſmodi forma ſeruetur, ne quenquã litigatorum ſentẽtia nõ à ſuo Iudice dicta cõſtringat. Dat. X. Cal. Octob. Rom. Auſonio & Olibrio COSS. Interpretatio.

In cauſis priuatorum talis ratio obſeruetur, ut nullus alterius Iudicis, niſi ſui ſententia teneatur.

DE SENTENTIIS EX PERICVLO RECITATIS. TIT. XV.

Imppp. Valent. † Valens, & Gratian. AAA. Clearco PF. P. † Theodoſius

Parere Sublimitatem tuam noſtris legibus conuenit, ut in omnibus negocijs ex periculo promatur deliberationis plena ſententia. Dat. XVI. Cal. Ian. Conſtantinop. Antonio & Siagrio COSS. Interpretatio.

Obſeruare Iudices ſpecialiter debẽt, ut in omnibus cauſis ſentẽtia quæ deliberata fuerit, conſtitutis pariter partibus recitetur, ut ab his, à quibus cauſa dicta eſt, ad integrum quæ data fuerit ſententia cognoſcatur.

Iidem AAA. Timaſio Comt. & Magiſtro Equitum.

Conditio præceptorum partibus præſentibus habita non poteſt

immutari. Dat. x. Cal. April. Constantinop. Honorio IX. P.& †Boëtio † Euodio COSS. Interpretatio.

Quicquid præsentibus partibus in causis fuerit ordinatum, plenissimam habebit firmitatem, nec poterit immutari.

DE FRVCTIBVS ET LITIS EXPENSIS. TIT. XVI.

Impp. Valent. & Valens AA. Olibrio PF. P.

ISTigator uictus, quẽ inuasorẽ alienæ rei p̃donémue cõstabit, sed & qui post cõuentionẽ rei incubarit alienæ, nõ in sola rei redhibitione teneatur, nec tantũ simplorũ fructuũ præstationem, aut ipsorũ quos ipse percepit agnoscat. Sed duplos fru- †percipere potuisse ctus, & eos quos † pcipi oportuisse, non quos eum redegisse constabit, exoluat. Et prædoni quidem ratio à die inuasi loci usque ad exitum litis habeatur, ei uero qui simpliciter tenet, ex eo quo re in iudiciũ deducta scientiam malæ possessionis accepit. Hæredis quoq; succedentis in uitium par habenda fortuna est. Addemus etiam ut impensas sumptúsque litis, re ad finem deducta, petitoribus præstent, ac ne ipsos quidem petitores, qui inanes lites, & iurgia non mouenda ingerunt possidentibus, ab ipsius cautionis merito segregamus: iubemus enim ut si intentio petitoris improba iudicetur, præstet possessori sumptus, præstet impensas, quas eum toto litis tẽpore sustinuisse claruerit, etiam si super hac re expressior cessit sententia iudicantis. Dat. VII. Cal. Maij. Treu. Va- †Nepotiano. lent. † NB. PC. & Victore COSS. Interpretatio.

†Quisquis Si † quis rem alienam male possederit, si in iudicio fuerit superatus, quod sibi rem non debitam occupare præsumpsit: sed & ille qui conuentus à certo domino reddere inuasa noluerit, non solum pro hac ipsa re reddenda, cum superatus fuerit teneatur, sed fructus rei ipsius duplos, ex eo tempore, quo res peruasa est, cogatur exoluere, non quales se ipse dixerit collegisse, sed quales per diligentem culturam †etiam consequi proprij domini utilitas potuisset. Illi † enim, qui rem alienam scienter usurpare præsumpserit, à die inuasi loci usq; ad comsummatam litem similis ratio exigatur. Nam qui simpliciter sine præsumptione aliquam rem tenuerit, ex eo similiter soluat, ex quo re in iudiciũ deducta, quod rem male possideat conscientiã ipsius cœperit non latere. Heredes quoq; eorum in his damnis, si uicti fuerint, quibus autor ipsorum simili modo succumbãt. Addemus quoq; huiusmodi personis ut & sumptus & expensas litis, ex eo die à quo de tali re cœperint litigare, usque dum finiatur pulsantibus reddant: nam & ipsi, qui alios possidentes pulsare tenta uerint, si ea in iudicio repetant, quæ sua probare non possint, similiter sumptus, & expensas litis pulsatis possessoribus reddant, quantum eos toto litis tempore perdidisse constiterit.

Impp. Honorius & Theod. AA. Asclepiodoto PF. P.

Terminato transactoque negocio, post hac nulli actio neque ex rescripto super sumptuum repetitione præstetur, nisi cognitor, qui de principali negocio sententiam promulgauit, com-

minus

minus partibus constitutis iuridica pronuntiatione signauerit, uictori causæ restitui debere expensas, aut super his querelam iure competere: post absolutum enim dimissumq; iudicium, nefas est litem alteram consurgere, ex litis primæ materia. Dat. III. Cal. April. Constantinop. Asclepiodoto & Mariniano COSS. Interpretatio.

Posteaquam inter partes fuerit definitum iudicio, intercedente negocio, quæcunq; actio propter repetendos sumptus, uel expensas litis obtenta fuerit, nullam habeat firmitatem, quam iudicati forma non continet: quia quicunq; quod in iudicio aduersario præsente non petijt, postea de eadẽ re litẽ aliã nõ poterit inchoare.

DE VSVRIS REI IVDICATAE. TIT. XVII.

Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. Eutropio PF. P.

QVi post iudicij finem, exceptis duobus mensibus, quibus per legis solutionem nonnunquam est concessa dilatio, moram afferent solutioni, à die patrati iudicij, quo obnoxij redditi sunt, in duplicium centesimarum conueniantur usuras, extrinsecus scilicet medietatem debiti, de quo litigatum est, sicut prius constitutum est, inferentes usq; in id tempus, quo debitum solutione diluerint. Quod à nobis exemplo æquabili ex iuris prisci est formulis introductum, ut quia malæ fidei possessores in fructus duplos conueniuntur, æque malæ fidei debitores simile damni periculũ persequatur. Sed tamen creditor ternis interiectis mensibus, post sententiam contestari moram debebit adhibitæ tarditatis, ut ei centesimarum duplicium fructus possit acquiri. Cauendum quippe ex diuerso est, etiam cõtra illam malitiam creditorum, ne iudicatis ad solutionem cunctantibus, incipiant spe dupli fœnoris imminere: quanquam iudicatum, si hanc pœnam à se remouere festinet, contractam pecuniam uel apud iudices obsignatam locare, uel iudicio conueniat offerre, ut periculum duplicium usurarum incurrere ex ea die, qua obnoxius esse cœperit, desistat. Distinguendum uero hoc quoque arbitrati sumus, ut si contractus debiti ex stipulatione descendit, & casu usuræ per annorum curricula summam capitis impleuerint, scilicet ut quantitas sortis, quantitati fœnoris adæquetur, post sententiam usuræ duplicis non utriusque debiti currant, sed capitis quidem duplæ, usurarum uero simplæ. Dat. XV. Cal. Iun. Thessal. Gratiano V. & Theod. I. AA. COSS. Interpretatio.

Debitor, qui post emissum iudicium, à quo uictus fuerit, debiti summã implere neglexerit, transactis duobus mensibus, duplam centesimã debiti ipsius, usq; in diem solutionis se nouerit redditurũ, ita tamẽ, ut medietatẽ rei iudicatæ mox cogatur inferre: quia nõ immerito sicut malæfidei possessor duplos fructus, ita & q post

iudicium

iudicium tardior ad reddendum fuerit, duplam centesimam reddat. Sed tamen & hoc contra creditorum malitiam, quibus debitores addicti fuerint, ordinamus, ut non uelint pro spe duplicandæ centesimæ suo uitio tardius exequi quod fuerat iudicatum, unde debebit creditor, ternis interiectis mensibus, post datum iudicium contestari, ut sic duplam centesimam possit exigere: nam si collectam pecuniam habuerit debitor & oblatam, & ille qui uicit noluerit pro lucro † duplicandarum centesimarũ accipere signatam, eam debitor apud idoneas faciat sequestrari personas, ut damnum usurarum postea non possit incurrere. Hoc quoq; præcipimus obseruari, ut si debitoris cautio cum omni firmitate proferatur, & usuræ per annos plures cum capitali debitor amplius non petatur. Sanè post iudicium, duplã se æquauerit à debitore centesimam, quã reddi iussimus, taliter soluat, ut de capitali debito tantum duplæ usuræ reddantur. De illo uero quod in usuris ante iudicium creuit, simpla tantum centesima detur.

† duplandarũ

QVI BONIS EX LEGE IVLIA CEDERE POSSINT. TIT. XVIII.

Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. ad Basilium Consulem.

NE quis omnino uel fisci debitor, uel alienæ rei in auro atq; in argento, diuersisq; mobilibus retentator ac debitor, bonorum faciens cessionem, liberum à repetitione plenissima nomen effugiat, sed ad redhibitionem debitæ quantitatis congrua atq; dignissima supplicíorum acerbitate cogatur, nisi forte propriorum dilapidationem bonorum, aut latrocinijs abrogatam, aut fortasse naufragijs incẽdioq; conflatam, uel quolibet maioris impetus infortunio atque dispendio docuerit afflictam. Prop. Rom. Prid. † Id. Octob. Ausonio & Olibrio COSS. Interpretatio.

† Cal.

Nullus, qui aut fiscali debito, aut priuato probatur obnoxius, sed si aurum, aut argentũ, uel mobilia quæcunq; debuerit, ob hoc se credat à debito excusandum, † quod dicat de rebus suis se facere cessionem, sed pœnis adflictus quæcunq; debuerit cogatur exoluere: nisi forte huiusmodi persona sit, quæ se probet omnem substantiam suam, aut naufragio, aut latrocinio, aut incendio, aut cuiuslibet maioris uiolentiæ impetu perdidisse.

† quo

† Imp. Constãtinus A. † Apud acta Imp. Theod. A. dixit.

In omni cessione professio sola quærenda est. Idem dixit.

In omni cessione sufficit uoluntatis sola professio. Dat. Cal. Maij. † Nepotiano Honorio † NB. PC. & † Euodio COSS. Interpretatio.

† Nepotiano † Claudio

Quæcunq; aliquis alteri cesserit, profiteatur se tantum rem cessisse, uel causam, hoc est aut gestis, aut scriptura, aut testibus, & sola uoluntatis illius professio pro omni firmitate sufficiat.

QVORVM

QVORVM BONORVM. TIT. XIX.

Impp. Arcad. & Hon. AA. Petronio Vicario Hispaniarum.

QVid † iam planius, quàm ut hæredibus traderentur, quæ in ultimum usq; diem defuncti possessio uindicauit? etiãsi quod possit tribui de proprietate luctamen: constat autem uirum ab intestatæ uxoris bonis superstitibus consanguineis esse extraneum, cum prudentium omniũ responsa, tum lex ipsa naturæ successores eos faciat. Insuper etiam mansura perpetua sanctione iubemus, ut omnibus fraustrationibus amputatis, in petitorum corpora transferantur, secundaria actione proprietatis non exclusa. Dat. † VI. Cal. Aug. Mediolani, Olibrio † V. & Probino COSS. Interpretatio.

† tam

† V.

Iustum esse decernimus, ut quodcunq; autor usq; in diem uitæ suæ tenuerit, petentibus hæredibus debeat consignari, illi postea, cui cõpetit, actione seruata. Virũ quoq; intestatæ uxoris suæ facultatem, quæ sine filijs recessit, cõsanguineis eius qui legitimi sunt, tradere mox sine ulla dilatione præcipimus, & maritũ proponere minime prohibemus, si quas sibi competere putauerit actiones.

VNDE VI. TIT. XX.

Imp. Constantinus A. Seuero.

IVdices absentium, qui cuiuslibet rei possessione priuati sunt, suscipiant in iure personam, & autoritatis suæ formidabile ministerium obijciant, atq; ita tueantur absentes. Hos tamẽ Iudices quos absentiũ iussimus subire personã, intra hos terminos ministerij retinemus, ut illibatis, atq; omnibus integris causæ principalis ternis, id solũ diligẽter inquirant, utrũ eius qui quolibet pacto peregrinatur, possessio ablata est, quã propinquus, uel amicus, uel seruulus quolibet titulo retinebat, nec hos qui deiecti sunt absentiũ nomine possidẽtes: quia minime ipsis causæ dictio mandata sit, ab experiunda re secludant: nec si serui sint eorum reijciant in iure personas: quia huiusce modi conditionis hominibus causas orare fas non sit. Sed post elapsa quoque spatia recuperandæ possessioni legibus præstituta, litigiũ eis inferentibus largiri conueniet, ut eos momentariæ perinde possessioni restituant, ac si reuersus dominus litigasset. Cui tamẽ quolibet tẽpore reuerso, actionẽ recuperandæ possessionis indulsimus: quia fieri potest, ut restitutio propter seruulos infideles, uel negligẽtes propinquos uel amicos, & colonos interea differatur: absenti enim officere non debet tempus emensum, quod recuperandæ possessioni legibus præstitutũ est, sed reformato statu, qui per iniuriã sublatus est, omnia quæ supererunt ad disceptationẽ litigij immutilata pmanent, iudicio reseruato iustis legitimisq; personis, cum ualde sufficiat possessionẽ tenentibus, absentiũ nomine cõtra præsentiũ uiolentiã subueniri. † Decemb. Dat. X. Cal. † Nou. Mediol. Cõstant. A. † VII. & Constantio COSS. † III.

m Interpretatio.

Interpretatio.

Omnes iudices ſpecialiter admonemus, ut nullus abſentibus dominis res eorũ præſumat inuadere, ſed contra improbos homines omnia per perſonã Iudicis uindicentur, ſaluo principali negocio. Quod ſi quis ſe aduerſus abſentem negociũ habere cauſatur, & ſi cui illi qui peregrinãtur rem ſuã commiſerint gubernandã, nec actor, nec procurator eorũ, aut aliquis ſeruorũ ad dicendã cauſam domino aut abſente, aut non iniungente cogatur. Sed ſi quid eis fuerit ſublatum, mox hijs qui domino abſente excluſi ſunt, cum interpellauerint reformetur. Ipſe uero dominus
† de ſi forte per negligentiã ſeruorũ res recepta non fuerit, cum † à peregrinis redierit, poſſeſſionẽ ſuã momenti beneficio, etiãſi annos exceſſerit, nullatenus recipere prohibeẽ. ſed reſtitutis in integrũ omnibus quæ eo abſente ſublata ſunt, integra cauſæ actio proponatur: inter legitimas dũtaxat, et integra ætate perſonas: quia dignũ eſt, ut cõtra malitiã eorũ qui præſentes ſunt, taliter abſentibus iubeamus eſſe conſultũ.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Potitũ Vicariũ Vrbis.

Quiſquis neq; uulgato reſcripto, neq; aduerſario ſolenniter intimato, poſſeſſorẽ quietũ dominio ſuo huiuſmodi terrore turbauerit, ea in perpetuũ lite multetur, quã præoccupauerit uiolentia, cum precibus poposciſſet audiri. Quæ nõ minus etiã eum tenebit conditio, qui Iudicis interlocutione ſuppreſſa, ſub ſpecie iudicati ius alienũ improba temeritate puaſit, ita ut neuter reparationẽ interfecti hoc pacto ſemel negocij audeat poſtulare. Si autẽ habito plerunq; colludio curatores uel tutores minorum his rem debitã ea occaſione peruadant, ut pupillis uel adultis iurgandi copia & fructus adimatur, hijs eatenus ſubuenimus, ut eoſdem non atterat damno culpa temeritatis alienæ, ſed illico quidẽ poſſeſſio ei, à quo eſt ablata reddatur. Curatores autẽ uel tutores æterna deportatione punitos, bonorũ quoq; publicatio perſequatur. Dat. pridie Id. Octob. Siagrio
† Olibrio. & † Eucherio COSS. Interpretatio.

Quicunq; cauſam ſuã non ita agere uoluerit, ut aduerſariũ ſuum publice pateſa
† dominium poſſeſſoris cta actione conuẽiat, & † dominũ poſſeſſionis aliqua ratione conturbauerit, ita negocio ipſo careat, ut eã cauſam nunq; ualeat reparare, qui prius rem uoluit auferre, neq; ſperare à Iudice ut deberet audiri. Similiter & ille omni cauſa priuetur, qui Iudicis ordinatione ſuppreſſa, iudiciũ ſe habere dicens, alienam poſſeſſionẽ ſua præſumptione peruaſerit. Quod ſi tutores etiã uel curatores minorũ, cõludio aliquo pro eorũ negocijs alienã rem ſub ea qua diximus temeritate peruaſerint, ut minorum cauſa depereat, nullũ minoribus præiudiciũ fieri ex tutorũ uel curatorũ temeritate permittimus, ſed proprietatẽ ſine dilatione recipiant. Curatores autem uel tutores amiſſis rebus ſuis perpetuo exilio deputentur.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Meſſianũ CC. SP.

Pleroſq; detectũ eſt in rem priuatã noſtrã, quã publicatio celebrata quæſiuerat, inuaſiſſe, quã nos à retentatoribus ereptam ſociari iubemus
† detectos fortè. ærario, punientes contumaciũs quàm decus publicũ ſinebat † erectos, ut qui litẽ inferre potuiſſent, nollent expectare iudiciũ, ac ſpernerent uictoriam quã iuſtitiæ præſcripſiſſet euentus, & amplecterentur quod dediſſet audacia. Accedat gitur lite, quiſquis operũ noluerit litis euentũ, & quod

quod recipere lege potuiſſet, contemptor examinis uiolentus amittat. Illi uero, quos in tantũ furorem prouexit audacia, ut quod iurgaturi apud examinis fidem ſperare nõ poſſent, ante euentũ iudicialis arbitrij illicita præſumptione temerarent, æſtimationẽ rei, de qua litigari cõuenerat, cogantur exoluere. Quod quidẽ etiam in priuatis obſeruandũ negocijs generali lege ſancimus. Illud autẽ ab officio magnificentiæ tuæ cauendũ eſſe decernimus, ut ſacratiſſima domus noſtra litẽ non inferre cogatur, neque expetat, ſed patiatur examen. Dat. XVIII. Cal. Iul. Treueris, Timatio & Promoto COSS. Interpretatio.

Cognouimus rem fiſci uiolenter aliquos inuaſiſſe, ſed nos euidenti lege præcipimus, ut ſi quis aut fiſcalem rem, aut priuatam ante ſententiã à Iudice prolatã inuaſerit, & noluerit expectare litis euentũ, perdat negociũ qui contempſit expectare iudiciũ. Ille uero qui hoc præſumpſit inuadere, quod per iuſtitiã apud Iudicẽ nõ poterit obtinere, habita æſtimatione talem rem aliam illi domino reſtituat, qualem noſcitur ante iudicium peruaſiſſe.

Imp. Arcad. & Hon. AA. Arriano Conſulari Liguriæ.

Legis iteranda ſunt beneficia, quæ tantũ abſentibus detulerunt, ut ſi perturbatus poſſeſſionis ſtatus ſit, uel direptũ aliquid, ad repetendũ momentum redintegrationẽq; fortunæ ſeruis etiã præbeatur facultas: amicis præterea, parentibus, proximis, uel libertis. Iudicẽ quoq; abſentium commoda tueri oportet, atq; in his quæ cõprobantur ablata, celeri redhibitione conſulere, nec iudicium dilatione ſuſpendi. Sub quocunq; igitur nomine uel titulo poſſidenti repetendi copia præbeatur, qui utẽdæ rei habuit facultatem, ut quæ in militia conſtitutis, uel abſentibus erepta eſſe conſtiterit, ſub cuiuslibet perſonæ repetitione reddantur. Dat XV. Cal. Ian. Mediolani, Arcad. IIII. & Hon. AA. COSS. Interpretatio.

Propter abſentes legem uolumus iterare, ut quicquid fuerit eis à qualibet perſona ſublatum, totum amicis eorũ, uel proximis, uel ſeruis, cum iudicẽ interpellauerint, ſine dilatione reddatur: ut res quas diſcedens dominus in ſua proprietate dimiſit, integra ab actoribus domini quouſq; redeat uindicetur. Quæcunq; autẽ in militia conſtitutis, uel abſentibus peruaſa fuerint, ſine aliqua iubemus dilatione reſtitui.

Iidem AA. Petronio Vicario Hiſpaniarum.

Nec imperiale reſponſum, quod ſupplicatio litigatoris obtinuit: nec interlocutio cognitoris interpellare poſſeſſionis ſtatum, eo qui rem tenet abſente, permittitur: quia negociorũ merita partium aſſertione pandũtur. Vitia autem à maioribus contracta perdurant, & ſucceſſorẽ autoris ſui culpa comitatur, &c. Dat. † XV. Cal. Ian. Mediolani, Cæſario & † V.
Attico COSS. Interpretatio.

Nec per Principis præceptionem, ſi à litigatore fuerit obtenta: nec per reſpõſum Iudicis, ſi fuerit interpellatus, abſente domino poſſeſſio ullius auferatur, quia prius conueniri debet ille qui poſſidet, & niſi inter præſentes iudiciũ dari non poteſt, nec negocium terminari. Nam quicunq; alienam, uel abſentis rem crediderit occupandam,

pandam, nouerit etiam hæredes suos similiter pro hac autoris præsumptione esse mansuros.

Impp. Honor. & Theod. AA. Iuliano PC. Africæ.

Momentatio exerceri potest per quamcunq; personam: sub colore autẽ adipiscendæ possessionis obreptio petitionis alteri obesse non debet, maxime cum absq; conuentione personæ legitimæ initiatum iurgiũ uideatur. Nihil autem opituletur conuentio circa minorem habita, cum id rectius circa curatorem debuerit custodiri. Dat. Prid. Non. Mar. Rauen. Constantio & Constante COSS. Interpretatio.

Ad recipiendum momentum, id est, infra anni spacium cuiuslibet persona agere potest, si per obreptionem fuerit facta petitio, alterius parti praiudicare non poterit. Præterea cum legitima persona non sit, nihil ualeat actio contra ætatem minorem, quæ contra curatorem suum potius debuit iusta ratione proponi.

VTRVM VI. TIT. XXI.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Vincentio PF. Galliarũ. Post alia.

SI coloni, quos bona fide quisq; possedit, ad alios fugæ uitio trã seuntes, necessitatẽ conditionis propriæ declinare tentauerint, bonæ fidei possessori primum oportet & celeri reformatione succurri, tunc causam originis & proprietatis agitari, non expectatis temporibus, nec denuntiatione solenni, quæ locum in hijs negotijs non habebunt. Dat. IIII. Id. Iul. Mediol. Stillicone & Aureliano COSS.

Interpretatio.

Si coloni rei alieni ad alios dominos forte confugerint, primum est, ut fugitiuos suos, de cuius re exisse noscuntur, momenti beneficio possessor sine dilatione recipiat, & sic de eorum origine audiatur, nec requiratur in iudicio, ut prius titulum litis petitor scribat, quia initium litis ad momentariam non pertinet actionem.

TITVLI LIBRI QVINTI.

De legitimis hæredibus.
De bonis Decurionum.
De bonis Clericorum & Monachorum.
De bonis militum.
De postliminio, id est post captiuitatem regressis.
De ingenuis, qui tempore tyranni seruierunt.
De expositis.
De hijs, qui sanguinolentos emptos, uel nutriendos acceperint.
De fugitiuis colonis.
De inquilinis & colonis.
Ne colonus inscio domino suo alienet peculium, uel litem inferat ei ciuilem.
De longa consuetudine.

CODICIS THEODO

SIANI LIBER QVINTVS.

DE LEGITIMIS HAEREDIBVS. TIT. I.

Imp. Constantin. A. ad Bassum PF. V.

MAtri ius liberorum non habenti, interueniente licet patruo, cæterisq; inter quos agnationis incorrupta iura per ordinem porriguntur, & quicunq; deinceps agnati erunt, à quibus consanguinitatis iure mater poterat excludi, placet omniũ filij bonorum, quotiescũq; ab intestato uenitur, deferri tertiam portionem, & tam patruo eiusq; filio, quàm & nepoti, agnatione minime durante, si forte per emancipationem cuiusquam fuerit consanguinitas diminuta, beneficio pari deferri tertiam portionem, licet habeat mater ius liberorum. Nec immerito si quando supradicto subnixa mater fuerit priuilegio, agnatione direpta ultra nepotis gradum iurium beneficium minime placuit extendi: ne multis personis uocatis, plus ablatũ matri, minus additum uideretur. Siue igitur unus extiterit plures ue patrui eorumq; filius aut etiã filij, & nepotes neptesue, nõ amplius q̃p sola tertia uniuersorũ bonorũ simul omnibus, uel singulis pro suis qbusq; gradibus deferenda est. Et eodẽ genere si plures erunt à quibus mater possit excludi, nõ plus q̃p tertia bonorũ matri aduersus oẽs competere debebit. Supradictæ ergo originis existẽtibus psonis agnatis in infinitũ, matri aduersus oẽs cẽsuimus subueniẽdũ: licet nõ omnib. aduersus matrẽ, sed certis supius cõprehẽsis psonis hoc auxiliũ tribuatur, ita ut nec petita bonorũ possessione, quoniã huius legis nõ Prætoris est beneficiũ, ilico ut si datæ portionis dies extiterit, additione simplici adrepto rerũ quolibet corpore, uel animi destinatione patefacta, plenũ dominiũ delatæ sibi portionis consequẽtur, facultate eis perpetua dumad uixerint tribuenda in adeunda cõcessa sibi parte successionis. Nec eĩ ad eos qui eorũdẽ successores erũt, nisi ipsis prius, quos indulgentiæ nostræ ratio complectetur, quæsita fuerit hæreditas, transire quicq̃p iubemus, sed penes eos manere, apud quos ante istam legem residere potuissent. PP. † XIIII. Cal. Ian. Rom. Crispo II. & Constantino II. Cæs. COSS. Interpretatio. † XII. Cal. Maij.

Si mater ius liberorũ nõ habeat, hoc est, si ingenua tres partus uiuos, & libertina quatuor nõ ediderit, & unicũ filiũ fortasse intestatũ pdiderit, & filius moriẽs patrum unũ, uel plures, aut certe patrui, uel patruorũ filios, uel nepotes plures cũ matre reliquerit, q tamẽ emãcipati nõ fuerĩt, mater in tertia portione in filij intestati hæreditate succedat, & duas partes patruus, uel si plures patrui fuerĩt, aut filij, uel nepotes sibimet uindicabũt. Q d' si mater liberorũ ius habeat, et patruus uel patrui cũ matre supfuerĩt, etiãsi emãcipati sunt, duas partes de bonis filij intestati moriẽtis mater † acqrat, quæ ius liberorũ habet, & tertiã patruus uel patrui: qui si defuerint, filij patruorũ quãtu fuerĩt æquales sibi per capita faciãt portiones. Q d' si filij patruorũ de- † consequatur

fuerint, simili etiã nepotes patruorũ diuisione succedãt. Sed in hac successione sola constitutio præsens sufficit, ut inter matrẽ, patruos, eorũq; filios & nepotes, bonorum possessio præsumatur, quæ si fortasse adita non fuerit hæreditas, & hij qui adire debuerant moriuntur, hæredes eorum à successione non aditæ hæreditatis excludit: quia euidenter lex ista cõstituit, ut non adita hæreditas nõ transeat ad hæredes.

† & Theodosius. Impp. Valent. & Valens †AA. ad Auxilium PF.P.

Quia nõ solum filius consanguineus, sed etiã per adoptionẽ quæsitus, nulla capitis diminutione intercedente, eius matrẽ excludit, ut quidẽ patiatur mater defunctorũ excludi se, fratribus consanguineis existentibus quibus ipsa præferatur, intercedente capitis diminutione proximior gradus ineatur. Nam cõstitutio diui Constantini, ad Bassum Præfectum urbis emissa, patrui tantũmodo ius antiquũ temperauit, ut si unus patruus, seu duo, plurésue sint sine filijs, filijúe eorũ usq; ad nepotẽ extiterint, beneficio cõpositionis in partẽ tertiã cõponant. De consanguineis uero fratribus nullam fuisse mentionẽ cognouimus euidẽter, licet antiquo iure seruato, ac diualis memoriæ Constantini constitutione cõprobata, prospectum esse uideatur à nostra Clemẽtia, ut in huiusmodi litibus qui frater consanguineus debet excludi secundũ ius antiquũ, præferatur iuxta memoratã destinationẽ: uel certe si patrui psona interceſſerit, usq; ad nepotẽ

† V. Cal Maij ius cõstitutionis tẽperatũ, suũ teneat robur atq; firmitatẽ. Dat. †IIII. Cal. Ian. Constantinop. Valent. NB. puero, & Victore VC. COSS. Interp.

Si moriatur quis, & relinquat matrẽ & fratrem consanguineũ, id est, uno patre natum, uel etiã adoptiuũ, id est, gestis ante Curiã ad filiatum qui consanguinei loco habendus est, consanguineus frater, uel adoptiuus matrẽ in tota successione mortui fratris excludant. Quod si emancipatus fuerit cõsanguineus, aut adoptiuus, & moriatur frater superstitibus emancipatis fratribus, & matre, patruos eorũq; filios uel nepotes etiã emãcipati fratres euidenter excludũt: ita tamẽ, ut si ius liberorũ mater habuerit, duas partes de moriẽtis filij hæreditate præsumat, & tertiã emancipati fratres, q̃s cõstat esse superstites. Quod si mater ius liberorũ non habuerit, tertiã mater consequetur, & duas partes etiã emãcipati filij exclusis patruis possidebunt.

† Constantinus & Gratianus. Impp. † Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Hilarium PF.

Quoties de emancipatæ filiæ successione tractatur, seu eã fiduciæ nomen obstrinxit, seu etiã nulla comitantur suffragia liberorũ, filijs exeagenitis, etiãsi talis occasus auo uiuẽte cõtingat, intacta pro solido successio deferatur, neq; ulla defunctæ patri matriq; cõcedatur intestatæ successionis hæreditas, cum satis superq; sufficiat aduersus omnes: legitimo gradu ad successionẽ uenientes, in hæreditatibus matrũ incolumes ac superstites optabili sorte geniti successio liberorum. Dat. x. Cal. Mart. Mediolani, Merobaude II. & Saturnino COSS. Interpretatio.

Filia, quã fiduciatã nominauit, hoc est emancipata, si intestata moriatur, & relinquat superstitẽ patrẽ, matrẽ et filios, excluso patre et matre, etiãsi ius liberorũ defuncta nõ habeat, filij soli in eius hæreditate succedũt. Hic de iure addẽdũ, qd sit fiducia

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Constant. PF. P. Galliarum.

Si defunctus cuiuscũq; sexus aut numeri reliquerit filios, & ex filia defuncta

functa cuiuscũq; sexus aut numeri nepotes, eius partis, quã defuncti filia superstes patri inter fratres suos fuisset habitura, duas partes consequantur nepotes ex eadẽ filia, tertia pars fratribus, sororibus ue eius quæ defuncta est, id est, filijs filiabusq; eius de cuius bonis agitur, auunculis sci licet siue materteris eorũ, quorũcõmodo legẽ sancimus, accrescat. Quod si huc defunctus, de cuius bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, & præterea filios nõ habebit, sed qui præferri nepotibus non possint habebit agnatos, in quandã falcidiã, et in dodrantẽ nepotes iure succedãt. Hæc eadẽ quæ de aui materni bonis constituimus, de auiæ et maternæ siue etiã paternæ simili æquitate sancimus: Nisi forte auia elogia inurẽda impijs nepotibus iusta semotis ratione monstrauerit. Non solum autem si intestatus auus auiáue defecerit, hæc de nepotibs quæ sancimus iura seruamus: sed & si auus, uel auia, quibus huiusmodi nepotes erant, testati obierint, & præterierint nepotes, aut exhæredarint eosdẽ, et de iniusto auorũ testamento, & siquæ filiæ poterunt uel de re, uel lite competere actiones nepotibus deferemus, secundũ iustum nostræ legis modũ, quæ de parentum inofficiosis testamentis competunt filijs. Dat. v. Cal. †Mart. Me- † April.
diolani, Timasio & Promoto COSS. Interpretatio.

Si aliquis moriatur intestatus, & filios uel filias superstites, uel nepotes ex filia mortua derelinquat, filij in sua portione succedũt: Nepotes de portione matris suæ tertiã perdunt, quæ superstitibus auunculis eius & materteris proficit. Si uero quis moriatur intestatus, & relinquat ex filia nepotes, & filios non dimittat, sed fratrem & sororem superstites derelinquat, tres partes hæreditatis aui materni sibi nepotes ac neptes ex filia uindicabũt: quartã frater uel soror aui defuncti, iuxta legis huius ordinẽ consequentur. Si uero mulier, id est paterna uel materna auia intestata moriatur, & relinquat filios, & ex mortuo filio uel filia nepotes, æqualiter de patris uel matris portione nepotes uel neptes tertiã perdunt, quã patruis & amitis ex auiæ paternæ bonis, auunculis & materteris ex auiæ maternæ bonis, sicut & de aui materni conquirunt: Nam si patruus & amita, uel auunculus, & matertera fortasse † de- † defuerint
fecerint, ad fratres uel sorores † auiarũ tres unciæ, & ad nepotes nouem peruenĩãt. † aui eorum
Nam in aui paterni hæreditate, nepotes uel neptes ex filio mortuo de patris sui portione nihil perdunt. Si uero auus uel auia, nepotes ac neptes ex filia in testamento suo præterierint, aut non probatis causis exhæredauerint, actio illis de inofficioso contra testamentum aui uel auiæ, quæ matri eorum competere potuit, legis beneficio tribuetur.

Impp. Arcad. & Hon. AA. Aureliano PF.P.

Nepotes ex filia auis pro rata parte hac conditione succedant, qua & matres si uiuerẽt, hæreditatem patrũ sibi cum fratribus uindicarent: scilicet ut mixtis matrũ suarũ dotibus, aui hæreditatẽ pro rata parte, quam lex Diualis censuit cum auunculis partiãtur. Nec amplius his quicquam de auitis facultatibus tribuatur, quàm legis dudum latæ sanctio comprehendit, scilicet detracta tertia partis eius, quæ eorum matri, si dotem iungeret, debebatur. Si uero dotem matres miscere noluerint, maternis

ac paternis

ac paternis facultatibus oportet esse contentos, quos constat alienæ iam familiæ esse procreatos. Dat. pridie Non. Octob. Constantinopoli, Arcadio IIII. & Honorio III. AA. COSS. Interpretatio.

Hæc lex similis est superiori, sed hoc amplius habet, quod dotem pro filia in generũ factam, uel quicquid filia accepit tempore nuptiarum, post mortem aui instati nepotes confundere iubet, ita ut de dote in hæreditatẽ confusa duas partes de eo quod mater eorum erat habitura percipiant: aut si noluerint confundere nepotes, sint acceptis tempore nuptiarum rebus, uel sola dote contenti.

†Maximo. Impp. Honorius & Theodosius AA. †Maximino PF. V.

Vbi auiarum successio occasu interueniente discutitur, capitis diminutio materna quærenda non est: tunc enim in huiusmodi hæreditatibus filiorum status aut persona expectatur, quoties de eius bonis potestatem

† Nouemb. familiæ potuit habere tractatur. Dat. V. Cal. †Octob. Rauennæ, Theodosio A. IX. & Constantino III. COSS. Interpretatio.

In bonis auiæ emancipatio patris ac matris nepotibus non impediat, sed perdito triente, in ea, quam lex eis tribuit, portione succedant.

Impp. Theod. & Valent. AA. Albino PF. V.

Sicut mater quæ liberorum iure subnixa est, patruo capite diminuto, dare iussa est tertiam portionem, ita etiam quæ nullo huiusmodi fulcitur auxilio, patruo quatuor cedat uncijs facultatũ. In illa quoq; parte matris non est priuilegium transeundum, in qua Constantinianæ legis potissimũ constitutum tenendum esse censemus: ut sicuti nulli unquam, uel ex prioris generis parte uenientũ, uel ex consequenti sanguine probatorũ, agnationis, cõpositionis ue nomine de successione filij iusta cum matre potuit esse cõtentio, præterq; patruo, filio patrui, & eius nepoti, ita cõtra omnes reliquos, sicut custodito hactenus, arbitramur pars potior matris habeatur. Emãcipati quoq; fratris merita tractamus, qui ut agnationis iure integro matrem in totũ à successione filij decedentis excludit, ita capite diminutus nihil penitus consequitur. Exẽplo igitur patrui, etiã huic cũ matre hãc uolumus esse rationẽ, ut quatuor uncias hereditatis accipiat. Laxa uero decernimus sanctione ut statuta nostra non solum futurarũ ambigua

† discindant. quæstionũ, uerumetiã pẽdentiũ, negociorũ hoc ordine fata †distinguãt.

† Pridie Dat. †III. Cal. Febr. Theod. XII. & Valent. AA. COSS. Interp.

† inseruimus Similis est hæc lex superiori, sed qua euidentior est, & istam †statuimus: Nam hoc amplius habet, quod & de adoptiuo filio loquitur.

Iidem AA. ad Senatũ urbis Rom. Post alia.

Mater, quæ habens ius liberorũ, defuncto filio sine liberis filiáue, cũ

† parti eius sorore succedit †patri, sortis paternæ teneatur exẽplo, ut si thorũ priorẽ secũdo nõ mutarit amplexu, omnia filij morte delata pleno iure conquirat. Si uero alterius elegerit coniugiũ mariti, extrinsecus quidẽ quæsita à filio, filiáue simili firmitate possideat. Rerũ uero paternarũ defuncti solo usufructu

usufructu humanitatis contemplatione potiatur, proprietatem fratribus transmissuram defuncti. Si uero filius qui moritur, filiáue filios derelinquit, omnimodo patri suo matriue ipso iure succedant. Quod sine dubio & de pronepotibus obseruandum esse censuimus. Dat. VII. Id. Nouemb. Theod. XII. & Valent. AA. COSS. Interpretatio.

Mater ius liberorum habens, mortuo filio uel filia, si superstites alias filias habuerit, & filium non habuerit, cum filiabus æquali sorte succedat, hoc est, ut mater dimidiam, & filij, quanti fuerint, mediam uindicent portionem: ita ut si alium maritum non acceperit, portionem quam consecuta est faciendi de ea quod uoluerit habeat potestatem: Si uero alium maritum acceperit, quicquid filius uel filia mortui aliunde adquisitum reliquerint, mater perpetuo iure uindicet. De bonis uero prioris mariti portionem, quam ex hæreditate filij morientis fuerit consecuta, sorores mortuorum fratrum sibi post matris obitum uindicabunt. Quod si filius aut filia, qui moriunt, matrẽ ius liberorũ habentẽ superstitẽ dimiserint & sorores, sed tamen filios habeant, filij eorum in integra patris uel matris facultate succedunt, ita ut mater uel sorores ab hac successione habeantur extraneæ. Hoc & de nepotibus & pronepotibus filiorum lex ista constituit.

Iidem A. Hierio PF. P.

Pridem latæ constitutionis pars quidem abroganda est, ne ullis parentibus aut propinquis naturæ legisq; pariter prærogatiua donatis, in capiendis ab intestato hæreditatibus præferantur coniuges, uel etiam comparentur: cum si sanctitas inter eos sit digna fœdere coniugali, non ita laboriosa uel sumptuosa est testandi occasio, ut desiderio suo quisq; subuenire differat. Quod interdum ita sensu leuiore concipitur, ut antiqui nec quod extraneis, ac sæpe ignotis in donationibus successionibusq; tribuatur coniugibus concesserint reprimendum: inter hos potius, ut in loco ancipiti, quàm incitãtium filiorum mutuum arbitrati. * Verum lex alia, quam pridem tulimus, ut matrimonijs auxilium impartiret, deficientis hoc totum credidit arbitrio permittendum. Nunc uero parentibus extantibus uel propinquis, ab intestato uenire cõiuges prohibemus. Itaq; nulla mentio prioris legis sit, si quid hoc medio breuiq; tẽpore contigisse alicui dicatur aut coniuge ab intestato deferetur coniugibus, deponendum: nisi si ille casus emerserit, ut nemo de propinquis successionem mortui uindicare possit ex lege, cum fisco nostro qualiscunq; iussa matrimonij præponamus. Dat. X. Cal. Mart. Constãtinop. Tauro & Felice COSS. Interpretatio.

Hæc lex id constituit, ut omnes propinqui uxorem ab intestati mariti successione prohibeant, & maritum similiter à successione intestatæ uxoris excludant. Sed si propinqui omnino defuerint, tunc sibi inuicem, excluso fisco, mantus uel uxor succedant.

DE BONIS DECVRIONVM TIT. II.

Imp. Constantinus A. Rufino PF. P.

SI Decurio sine liberis intestatus diem uitæ soluerit, cui neque uoluntas postrema legibus fulta, neq; alio iure gradu proximo hæres extiterit, bona eius Curiæ suæ commodis cedãt, id est ordinis utilitati proficiant, cuius corpori fatali necessitate exemptus est: nulli præbenda licentia postulandi hæc bona aut uacantia de nostra Clementia, etiamsi reuera & testamentũ, & successor deesse legitimus adprobetur, omni etiam beneficio, si quid fuerit impetratum, protinus infirmando. Dat. v. Cal. Decemb. † Sirmio, Constantino A. † V. & Licinio Cæs. COSS.

† Firmio † VII.

Interpretatio.

Si Curialis intestatus moriens, neq; filios neq; proximos derelinquat, curia, cuius ordini subducetur, quicquid reliquerit uindicabit, ita ut nullus audeat ea quasi bona caduca à principibus postulare: quod si fecerit, non ualebit: nam testamentum faciendi Curialibus lex ista tribuit potestatem.

DE BONIS CLERICORVM ET MONACHORVM. TIT. III.

Impp. Theod. & Valent. AA. ad Taurum PF. P. & Patroc.

SI quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Diaconissa, aut Subdiaconus, uel cuiuslibet alterius loci Clericus, aut Monachus, aut mulier, quæ solitariæ uitæ dedita est, nullo condito testamento decesserit, nec ei parentes utriusq; sexus, uel liberi, uel si qui agnationis cognationisue iure iunguntur, uel uxor extiterit, bona quæ ad eũ pertinuerint sacrosanctæ ecclesiæ, uel monasterio, cui fuerat destinatus, omnifariã socientur. Exceptis hijs facultatibus, quas forte censibus ascripti, uel iure patronatus subiecti, uel curiali conditioni obnoxij Clerici uel Monachi, cuiuscũq; sexus relinquũtur. Nec enim iustum est, bona seu peculia, quæ aut patrono legibus debentur, aut domino possessionis, cui quis eorum fuerat adsumptus, aut ad curias, pro tenore dudũ latæ constitutionis, sub certa forma pertinere noscuntur a b ecclesijs detineri, actionibus uidelicet competenter sacrosanctis ecclesijs reseruatis. Si quis forte supradictis conditionibus obnoxius, aut ex gestis negocijs, aut ex quibuslibet alijs ecclesiasticis actibus obligatus obierit, ita ut si qua litigia ex huiusmodi competitionibus in iudicijs pendent, penitus sopiantur. Nec liceat petitori post huius legis publicationem iudiciũ ingredi, uel hac omissa, aut Monachis, aut Procuratoribus inferre molestiam, ipsa petitione antiquata, & bonis quæ relicta sunt, religiosissimis ecclesijs uel monasterijs, quibus dedicati fuerant, consecratis. Dat.

† VIII. † Iul.

† XVIII. Cal. † Ian. Arioundo & Aspare COSS.

Interpretatio.

Si quis

Si quis Episcopus, uel quos lex ipsa commemorat, aut quilibet religiosi, uel religiosæ intestati sine filijs, propinquis, uel uxore decesserint, qui tamen nec curiæ quicquam debuerint nec patrono, quicquid dereliquerint, ad ecclesias, uel monasteria, quibus obsecuti fuerint, pertinebit. Qui si testari uoluerint, habebunt liberam potestatem.

DE BONIS MILITVM. TIT. IIII.

Imp. Constant. A. ad Bonosum Magistrum Equitum.

MIlitibus tam legionibus, quàm uexillationibus, comitatensibus, seu cuneis insinuare debebis, uti cognoscant, cum aliquis fuerit rebus humanis exemptus, atq; intestatus sine legitimo hærede decesserit, ad uexillationem in qua militauerit res eiusdem necessario peruenire. Dat. v. Id. Maij. Hierapoli, Rufino & Eusebio COSS.

Interpretatio.

Si milites sine legitimo hærede intestati decesserint, & proximum non habuerint, eorum bona, qui in eodem officio militant, uindicabunt.

DE POSTLIMINIO, ID EST POST CAPTIVITATEM REGRESSIS. TIT. V.

Imppp. Valent. & Valens, & Gratian. AAA. ad Seuerianũ Ducem.

SI quos forte necessitas captiuitatis abduxit, sciant si non transierunt, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt, ad proprias terras festinare debere, recepturos iure postliminij ea quæ in agris uel mancipijs ante tenuerunt, siue à fisco nostro possideantur, siue in aliquẽ principali liberalitate transfusa sunt, nec timeat quisquam alicuius contradictionis moram, cum hoc solum requirendũ sit, utrum aliquis cum Barbaris uoluntate fuerit, an coactus. Dat. † XVI. Cal. Iul. Remis, Grat. A. & Dagalaifo COSS.

† XVII.

Interpretatio.

Quicunq; necessitate captiuitatis ducti sunt, & non sua uoluntate, sed hostili deprædatione ad aduersarios transierũt, quæcũq; in agris, uel mancipijs antea tenuerunt, siue à fisco possideantur, siue aliquid ex his per principem cuicunq; donatũ est, sine ullius contradictione personæ, tempore quo redierint, uindicent ac præsumant, si tamen cum aduersarijs non sua uoluntate fuerint, sed captiuitate se detentos esse probauerint.

Impp. Honor. & Theod. AA. Theodoro PF. P.

DIuersarum homines prouinciarũ cuiuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos barbarica feritas captiua necessitate transuexerat inuitos, nemo retineat, sed ad propria redire cupiẽtibus, libera sit facultas, quibus si quicquam in usum uestium uel alimoniæ impensum est, humanitati sit præstitutũ, nec maneat uictualis sumptus repetitio, exceptis hijs, quos Barbaris uendẽtibus emptos esse docebitur, à quibus status sui preciũ propter utilitatẽ publicam emptoribus æquum est redhiberi. Nequando enim damni cõsideratio, in tali necessitate positis, negari faciat emptionem,

onem, decet redemptos aut datum pro se pretium emptoribus resti-
tuere, aut laboris obsequio, uel opere quinquennij uicem referre benefi
cij, habituros incolumem, eum in qua nati sunt libertatẽ. Reddantur igi-
† edibus. tur † sedibus propriis sub moderatione qua iussimus, quibus iure postli
minij etiam ueterum responsis incolumia cuncta seruata sunt. Si quis
itaq; huic præcepto fuerit conatus obsistere, actor, conductor, procura
torq; dari se metallis cum pœna deportationis non ambigat. Si uero pos
sessionis dominus, rem suam fisco nouerit uindicandam, secq; deportan-
dum. Et ut facilis executio proueniat, Christianos proximorum locorũ
uolumus huius rei sollicitudinem gerere. Curiales quoq; proximarum
ciuitatum placuit admoneri, ut emergentibus talibus causis, sciant legis
nostræ auxilium deferendum, ita ut nouerint rectores uniuersi decem
libras auri à se, & tantundem suis apparitoribus exigendas, si præce-
† VIII. ptum neglexerint. Dat. IIII. Id. Decemb. Rau. Honor. † V. & The
od. III. AA. COSS. Interpretatio.

Hij qui ab hostibus tempore captiuitatis ducti sunt, si ab aliquibus uel ad uictũ,
uel ad uestitum aliquid acceperunt, cum redire ad propria uoluerint, à nemine ali-
quid pro eorum requiratur expensis: Tamen si pretium pro captiuo suo prædator
acceperit, quod dedisse emptor probauerit, sine dubitatione recipiat. Quod si pretĩ
um non habuerit, quinquennio seruiat captiuus emptori, & post quinquennium
sine pretio ingenuitati reddatur, qui cum ad propria redierit, omnia sua integra &
salua recipiat. Si quis itaq; huic tam iustæ præceptioni resistere tentauerit, nouerit
† deputãdum se exilio † deportandum. Si uero possessor fuerit, facultatem suam fisci uiribus ad-
dicendam. Sanè Christianos, qui redemptioni studere debent, pro captiuis uolu-
mus esse sollicitos. Ad Curiales etiam ista sollicitudo pertineat, ita ut omnes iudi-
ces sciant, decem libras auri fisco se daturos, qui huius legis præcepta neglexerint.

DE INGENVIS, QVI TEMPORE TYRANNI SERVIERVNT. TIT. VI.

Imp. Constantin. A. ad Volusianum.

MInuersi deuotionis studio contẽdant, si quos ingenuis natali-
bus ꝓcreatos, sub tyranno ingenuitate amissa, aut ꝓpria con
tenti conscientia, aut aliorũ iudicijs recognoscunt, natalib. suis
restituere, nec expectata iudicis interpellatione. Nã si quis contra con-
scientiã suam, uel certissima testimonia plurimorũ, in eadem auaritiæ te-
nacitate permãserit, seuerissima pœna multabitur. Placet aũt etiam eos
periculo subiugari, qui sciẽter ingenuos seruitutis necessitate ꝓ incuriã
sustinere dissimulant. Prop. VIII. Cal. Maij. Rom. Volusiano &
Aniano COSS. Interpretatio.

Ingenui q tẽpore tyrãni addicti sunt seruituti, ingenuitati reddant. Qd si qs hoc
ordine sciẽs addictũ ingenuũ in seruitute tenuerint, nouerit in se legib. uindicãdũ.

DE EXPOSITIS. TIT. VII.

Idem A. ad Ablauium PF. P.

Quicunq;

QVicũq; puerũ uel puellã, proiectã de domo patris uel dñi uolũ-
tate sciẽtiaq; collegerit, ac suis alimẽtis ꝓuexerit, eundẽ retine
at sub eodem statu, quẽ apud se collectũ uoluerit agitare, hoc
est, siue filiũ, siue seruũ eũ esse maluerit, omni repetitiõis ingetudine peni
tus submouẽda eorũ, q seruos ac liberos sciẽtes ꝓpria uolũtate domo re
cẽs natos abiecerit. Dat. † XV. Cal. Maij. Basso & Ablauio COSS. Inter. † V.

Quicunq; expositũ recenti partu sciente patre uel matre uel domino collegerit,
ac suo labore educauerit, in illius à quo collectus est potestate consistat, seu inge-
nuum, seu seruum, quem nutriuit esse uoluerit.

Impp. Honor. & Theod. AA. Militio PF. P.

Nullũ dominis uel patronis repetendi aditum relinquimus, si expo
sitos quodammõ ad mortẽ uoluntas misericordiæ amica collegerit: nec
eũ dicere suũ poterit, quẽ pereuntẽ contempsit, si modo testis episcopa
lis subscriptio fuerit subsecuta, de qua nulla penitus ad securitatẽ possit
esse cunctatio. Dat. † XIIII. Cal. April. Rauen. Honor. VIII. & † XV.
Theod. V. AA. COSS. Interpretatio.

Qui expositum puerum, uel puellam sciente domino uel patrono misericordiæ
causa collegerit, in eius dominio ꝑmanebit: si tamen contestationi de collectione
eius Episcopus, † Presbyteri, Clericiq; subscripserint, quem postea suum dicere † *Non erat in emendato alio-qui codice Morbacensi.*
quisque non potest, quem proiecisse probatur ad mortem.

DE HIS QVI SANGVINOLENTOS EMPTOS VEL NVTRIENDOS ACCEPERINT. TIT. VIII.

Imp. † Constantin. A. Italis suis. † *Theodosius*

SEcundũ statuta priorũ Principũ, si quis à sanguine quẽquam
eiusmodi cõparauerit, uel nutriendum putauerit, obtinendi
eius seruitij habeat potestatẽ. Ita ut si quis post seriem annorũ
ad libertatẽ eũ repetat, uel seruũ defendat, eiusdem modi alium præstet,
aut pretium quod potest ualere exoluat. Qui eñ pretium cõpetens in-
strumẽto confecto dederit, ita debet firmiter possidere, ut & distrahẽ-
di pro suo debito causam liberã habeat: pœna subijciendis hijs, qui con-
tra hanc legem uenire tentauerint. Prop. XV. Cal. Septemb. Serdice,
Constantino † VIII. & Constantio III. AA. COSS. Interpretatio. † IX.

Si quis infantem à sanguine emerit, & nutrierit, habendi eum & possidendi ha-
beat potestatem: Sanè si nutritũ dñs uel pater recipere uoluerit, aut eiusdẽ meriti
mãcipiũ nutritori dabit, aut nutritor pretiũ, quãtũ ualuerit q nutritus est, cõseq̃tur.

DE FVGITIVIS COLONIS, INQVILINIS, ET SERVIS. TIT. IX.

Imp. Constant. A. ad Prouinciales.

APud quemcunque Colonus iuris alieni fuerit inuentus, is
non solum eundem origini suæ restituat, uerum super eodem
captationem temporis agnoscat: ipsos etiam colonos, qui fu-
gam meditãtur, in seruilẽ cõditionẽ ferro ligari cõueniet, ut officia quæ

† compellãtur liberis congruũt, merito seruilis condemnationis † cogantur implere.
† III. Dat. † VI. Cal. Nouemb. Pacatiano & Hilariano COSS. Interpret.

Si quis alienum colonum sciens in domo sua retinuerit, ipsum prius domino restituat, & tributa eius quamdiu apud eum fuerit cogatur exoluere: ipse uero qui noluerit esse quod natus est, in seruitium redigatur.

† Constãtinus Imppp. † Grat. Valent. & Theod. AAA. Cynegio PF. P.

Quisquis colonum iuris alieni aut sollicitatione susceperit, aut occultatione cælauerit, pro eo qui priuatus erit sex auri uncias, pro eo qui patrimonialis, libram auri cogatur inferre. Dat. † VIII. Cal. Nouemb. † IX Constantinop. Honorio NP. & Euodio COSS. Interpretatio.

Si quis colonum alienum aut sollicitauerit, aut occultauerit, si priuatũ hominẽ sua sollicitatione susceperit, sex auri uncias domino reddat, si fiscalem sollicitatum tenuit, libram auri cogatur implere.

DE INQVILINIS ET COLONIS. TIT. X.

Imp. Constant. A. & Iulianus Cæs. Palladio PF. P.

SI quis colonus originalis uel inquilinus, ante hos triginta annos de possessione discessit, neq; ad solũ genitale silentij continuatione repetitus est, omnis ab ipso uel à quo forte possidetur, calumnia penitus excludatur, quem annorum numerum futuris aliisq; temporibus uolumus conseruari. Quod si quis originarius intra hos triginta annos de possessione discessit, siue perfuga lapsus, seu sponte seu sollicitatus, uel transductus, neq; de eius conditione dubitatur, eũ cõtradictione submota, loco cui natus est cum origine iubemus sine dilatione restitui. Quod si forte ipse, de cuius proprietate certatur, fatali sorte consumptus est, eius posteritatem agrorum iuri cum omni peculio atq; mercedibus uelut eo superstite qui decessit, celeri iubemus executione reuocari. In fœminis sanè obseruationẽ uolumus esse diuersam. Itaq; mulierum, quæ fuisse originariæ docebuntur, si ante uicesimum annum de solo cui debebantur discesserint, uniuersa repetitio cesset. Earum uero, quarum intra cõprehensum tempus discessio cõprobatur, ac de cõditione nulla dubitatio est, prorsus dominis perire non sinamus. Ea tamen conditione seruata, ut uicaria cum agnatione partis tertiæ non negetur, quæ de colono susceptа est alieno, ita ut pro filijs quoq; contrarij præbeantur. Quod si non ad alienum prædium, sed cuiuscunq; liberi hominis ac sui iuris secuta consortium, in urbibus, uel in quibuscunq; locis uictura consistit, si modo intra præfinitum tempus reposcitur, eius omnem originẽ, secundũ uetera constituta, conueniet reuocari. Contestatas autem lites, si tamen quisquã docebitur solenniter fuisse conuictus, saluas repetentibus esse docemus. Dat. VI. Cal. Iul. Rauen. Maximo & Plinta COSS.

Interpre-

Interpretatio.

Si quis colonum alienum in re sua, uel in fuga lapsum, uel sua uolũtate migrantem triginta annos habuerit, ac si suum uindicet. Qui si intra triginta annos inuentus fuerit à domino, cum filijs secundum legem † siue debitis & omni peculio † sibi reuocetur. Quod si forte mortuus fuerit, filij eius cum mercedibus suis, uel patris mortui à domino reuocentur. Colona etiamsi XX. annis in alieno dominio & iure permanserit, à priore domino non † requiratur. Si tamen intra XX. annos inuenta fuerit, & de alieno colono filios susceperit, cum agnationis parte tertia reuocetur: quia colonum duæ partes agnationis sequuntur. Sanè ne separatio coniugij fiat, illum, cuius colonus est, uicariam mulierem pro tertia agnatione mulieris domino compensare præcipimus. Si uero mulier iuris alieni ingenuum maritum duxerit, omnis mulieris agnatio ad eius dominium pertinebit. Quod hic minus est de colonæ agnatione, in Nouellis legibus inuenitur. † quæretur

NE COLONVS INSCIO DOMINO SVO ALIENET PECVLIVM, VEL LITEM INFERAT EI CIVILEM. TIT. XI.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Clearcum Vic. Cariæ.

NOn dubium est, colonis arma quæ subigunt usq; adeo alienandi ius non esse, ut si qua propria habeant, inconsultis atq; ignorantibus patronis in alteros transferre non liceat. Dat. † VI. Cal. † Febru. Valentin. & Valente AA. COSS. Interpretatio. † V. † Septemb.

In tantum dominis coloni in omnibus tenentur obnoxij, ut nescientibus dominis nihil neq; de terra, neq; de peculio suo alienare præsumat.

DE LONGA CONSVETVDINE. TIT. XII.

Imp. Constant. A. ad Maximum.

VEnientium est temporum disciplina, instar e ueteribus institutis. Ideoq; cum nihil per causam publicam interuenit, quæ diu seruata sunt permanebunt. Dat. IIII. Cal. Mart. Constantinop. Iuliano A. & Sallustio COSS.

Interpretatio.

Longa consuetudo, quæ utilitates publicas non impedit, pro lege seruabitur.

CODICIS THEODOSIANI LIBRI QVINTI FINIS.

CODICIS

CODICIS THEODO
SIANI LIBER SEXTVS.

VT DIGNITATVM ORDO SERVETVR.

Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. ad Clearcum PF. P.

NIhil est tam iniuriosum in conseruandis & custodiendis gradibus dignitatũ, q̃p usurpationis ambitio: perit enim omnis prærogatiua meritorum, si absq; respectu & cõtemplatione, uel qualitate etiam prouectionis emeritæ custodiendi honoris locus præsumetur potius quàm tenetur, ut aut potioribus eripiatur id quod est debitũ, aut inferioribus prosit, quod uidetur indebitum. Dat. † IIII. Cal. Ian. † III. Constantinop. Merobaude II. & Saturnino COSS. Interpretatio.

Nemo sibi honores uel dignitatem, quam à principe non meruit præsumat, q̃a sicut eis qui meruerũt, dignitas ornamẽto est, ita nota maculãdi sunt, q̃ præsumũt.

Iidem A. ad Prætextatum PF. P.

Cœlestis recordationis Valentinianus genitor noster minis nostri, singulis quibusque dignitatibus certum locum meritum q̃p præscripsit. Si quis igitur indebitum sibi locum usurpauerit, nulla rei ignoratione defendatur, sitq; planè sacrilegij reus, q̃ diuina præcepta neglexerit. Dat. † Ianuar. XII. Cal. † Iun. Mediol. Ricimere & Clearco COSS. Interpretatio.

Si quis præsumpserit, quam non meruit à principe dignitatem, sacrilegij reus habeatur.

CODICIS THEODOSIANI
LIBRI SEXTI
FINIS.

CODICIS

CODICIS THEODO
SIANI LIBER SEPTIMVS.

DE RE MILITARI.

Imp. Constan. A. & Cæsar.

QUis Barbaris scelerata factione facultatem deprædationis in Romanos dederit, uel si quo alio modo factam diuiserit, uiuus amburatur. Dat. IIII. Cal. Maij. Seuero & Rufino COSS. Interpretatio.

Si quis cum quibuslibet hostibus prædas egerit, aut prædam cum prædonibus diuiserit, incendio concremetur.

TITVLI LIBRI OCTAVI.

De tabularijs holographis, id est censualibus scribis.
De cursu publico, & angarijs & parangarijs.
De executoribus & exactionibus.
Ne quid publicæ lætitiæ nuntij ex descriptione uel ab inuitis accipiãt.
De donationibus.
De reuocandis donationibus.
De ingratis libertis.
De hijs, quæ administrantibus, uel publicum officium gerentibus, distracta sunt, uel donata.
De maternis bonis, & materni generis excretione sublata.
De bonis, quæ filijsfamiliâs ex matrimonio acquiruntur.

CODICIS THEODO
SIANI LIBER OCTAVVS.

DE TABVLARIIS HOLOGRAPHIS, ID EST CENSVALIBVS SCRIBIS. TIT. I.

Impp. † Arcad. & Theod. AA. Adriano PF. P. † *Gratianus et Honorius*

GEnerali lege sancimus, ut siue solidis prouincijs, siue singulis ciuitatibus necessarij fuerint tabellarij, liberi homines ordinentur. Neq; ulli deinceps ad hoc officium pateſcat aditus, qui sit obnoxius seruituti. Sed & si qs dominorum seruum suum siue colonum chartas publicas agere permiserit: consensum enim non ignorantiũ uolumus obligari, ipsum quidem in quantum interfuerit publicæ utilitati, pro

o

tati pro ratiocinijs, quæ seruo siue colono agente tractata sunt, obnoxium adtineri: Seruum autem competentibus affectum uerberibus fisco addici. In præteritum quoq; decernimus, cura dominorum præsentari eos, qui ratiocinia tractauerint, quorum interfuit ab initio prouidere, ne publicis actibus priuata seruitia immiscerentur, ut temporis sui quisque rationem positus in quæstione depromat. Dat. VIII. Cal. April. † cõstãtinop. † Mediolan. Vincentio & Fabritio COSS. Interpretatio.

Siue in solida prouincia, siue per singulas ciuitates tabularij fuerint ordinati, hoc est, qui rationes publicas tractãt, ingenui à prouincialibus ordinentur: coloni aut serui ad hoc officium nullatenus admittantur, quia quibus fides publica cõmittenda est, tales eligi debebunt, de quibus querela esse non possit. Quod si dominus colonum, uel seruum suum tabellariũ esse concesserit, pro consensu dominus hac multa feriatur, ut quicquid colonus ille uel seruus † admiserit, hoc dominus sine mora restituat: colonus ille uel seruus uerberatus, fisci uiribus addicatur. † detrimenti admiserit

DE CVRSV PVBLICO ET ANGARIIS, ET PARANGARIIS. TIT. II.

Imp † Constant. A. Messalæ PF. P. † Arcad. & Honorius

SI quispiam paraueredũm aut parangariam, non ostensa euectione, quæ tamen pro publica facta sit necessitate præsumpserit, periculo curatoris siue defensoris, & principalium ciuitatum ad ordinarium iudicem dirigatur, singulas libras auri per singulosueredos, uel per angarias fisci uiribus inlaturus. Qua in parte si Rector prouinciæ, atque Officium eius colludium præbere uoluerint, duplum ex suis bonis nouerit exigendum. Dat. XV. Cal. Decemb. Stillicone & Aureliano II. COSS.

Hæc lex interpretatione non eget.

DE EXECVTORIBVS ET † EXACTIONIBVS. TIT. III. † Exactoribus

Imp. Valentinian. & † Valens AA. ad Præcipuum PF. P. † Gratian. & Theod.

SOlis die quem dominicũ merito edixere maiores, omnium omnino litium, negociorum, conuentionum quiescat intentio, debitũ publicũ priuatũq; nullus efflagitet, nec apud ipsos quidem arbitros, uel è iudicijs flagitatos, uel sponte delectos, ulla sit agnitio: argiorũ. Et nõ modo notabilis, uerũ etiã sacrilegus iudicetur, qui à sanctæ religionis instincto ritu uel deflexerit. Prop. III. Non. Nouemb. Aquil. Accep. VIII. Cal. Decemb. Rom. Honor. Nep. & Euodio COSS. Interpretatio.

Die solis, qui dominicus merito dicitur, omnium hominum actio conquiescat, ut nec publicum nec priuarum debitum requiratur, nulla iudicia neq; publica neque priuata fiant. Quod qui non obseruauerit, reus sacrilegij teneatur.

NEQVID

NE QVID PVBLICAE LAETITIAE NVNTII EX DESCRIPTIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT. TIT. IIII.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Habetatiano Kn.

LEgem nostram, qua nihil ab inuitis Prouincialibus gratulationis nomine exigendum esse decreuimus, uolumus custodiri. Dat. IIII. Cal. Maij. Mediolan. Timasio & Promoto COSS. Interpretatio.

Quando gaudia publica nuntiantur, nihil inuitis Prouincialibus gratulationis nomine exigatur.

DE DONATIONIBVS. TIT. V.

Imp. Constantinus A. ad Maximum PF. P.

DOnatio siue directa sit, siue mortis causa instituta, siue conditionibus faciendi ac non faciendi suspensa, siue ex alio notato tẽpore promissa, siue animo dantiũ accipientiúmue sentẽtijs quãtũ ius sinit cognominata sub hac fieri debet obseruatione, ut quas leges indulgent actiones, cõditiones, pactionesq; contineat: in hijsq; penitus cognitæ uel recipiantur si complacitæ sunt, uel reijciantur si sunt molestæ, ita ut minorum defensores, si per eos donationum conditio neglecta est, rei amissæ periculum præstent. In conscribendis aũt donationibus nomen donatoris, ius, ac rem notari oportet, neque id occulte, aut per imperitos, aut priuatim, sed † ut tabulæ, aut quodcũq; aliud materiæ tempus dabit, uel ab ipso, uel ab eo quem sors ministrauerit, scientibus plurimis præscribatur, & corporalis traditio subsequatur. Ad excludendam uim atque irruptionem aduocata uicinitate, omnibusq; arbitris adhibitis, quorum postea fide probabitur donatam rem, si est mobilis, ex uoluntate traditam donatoris, uel si immobilis, absessu donantis nouo domino patefactam, actis etiam adnectendis, quæ apud Iudicem uel magistratum conficienda sunt. Dat. III. Non. † Febr. Rom. † Sabino & Rufino COSS. Interpretatio. † aut † Nouemb. † Saturnino

Donatio aut directa est, aut mortis causa conscribitur. Directa donatio est, ubi in præsenti res donata traditur. Mortis causa donatio est, ubi donator dum ad uiuit rem quam donat sibi reseruat, scribens si prius mortuus fuero quàm tu, res mea ad te perueniat, ut postea ad illum cui donat, non ad hæredes † donantis res donata perueniat. Quod si prius moriatur cui res mortis causa donata est, res in iure permaneat donatoris. Est & alia donatio, ubi donator obligat illum cui donat, ut aliquid faciat aut non faciat, id est, si aliquid iubeat fieri, quod impossibile iudicetur, aut quod honestati contrariũ uideatur: aut si id ordinet fieri, quod honestũ est, & posset impleri: quia tunc infirmatur donatio, quando conditiones honestatis † possibilis impletæ non fuerint. Nã si inhonestæ & impossibiles conditiones † cõponatur, remotis conditionibus firma donatio est. Est item alia, in qua sibi donator certum tempus possessionis seruat. Quæ tamen omnes donationes superius † donatoris † et possibilis † ponantur

comprehensæ si modum excesserint lege conscriptum, unde possint certæ personæ de immodica donatione proponere, hoc est si quartam sibi facultatis suæ donator non reseruauerit, non ualebunt. Sed præterea illa donatio contra legem est, si qs rem in lite positam quæ repetitur, aut recto ordine donet, aut conditionem contra bonos mores, hoc est, causam cuiuslibet criminis donator in donatione cõscribat. Minoribus uero si quid fuerit per donationem à quocunque oblatum siue collatum, tutores uel curatores eorum debent studere, ne quid firmitati donationis desit. Q d' si eorũ negligentia donatio ad effectum perducta non fuerit, ad eorum dispendium pertinebit, ita ut quicquid minores de donatione perdiderint, curatores uel tutores illis de propria facultate restituant. In conscribendis autem donationibus hic ordo seruandus est, ut donatio nomẽ prius contineat ac donatoris, uel illius cui donatur: deinde res quæ donatur siue in agris, siue in mancipijs, siue in quibuslibet rebus atq; corporibus nominatim in donatione conscribendæ sunt, non occulte, sed publice, non priuatim uel secrete, sed aut in tabulis, aut in chartis, aut ubicũq; legatur facta donatio. Quam tamen donationem, si literas nouit donator, ipse subscribat: si uero ignorat, præsentibus plurimis eligat, qui pro ipso subscribat, & hãc ipsam donationem gestorum solennitas & corporalis traditio subsequatur, ita ut si mobilia donantur, præsentibus plurimis tradantur. Si uero ager uel domus donatur, quod moueri non potest, & inde donator abscedat, & nouo domino pateat res donata, si tamẽ sibi de his rebus usumfructũ † donator non reseruauerit, gesta uero donationum aut apud Iudicem, aut apud Curiam alleganda sunt.

† donator reseruauerit, gesta donationũ aut

Impp. Hon. & Theod. AA. Monaxio PF. P.

Leges à nobis paulo ante latæ, cætera quidem cautio necessaria nobis admodum uisa est, sublata uero in donationibus species traditionis, quam olim retentio ususfructus induxerat, non sine magna ratione desiderata est, cum obseruationem iuris contrahere potius q̃ propagare debeamus. Ideoq; ius pristinum renouamus, ut quisquis rem aliquam donando, uel in dotem dando, usumfructum eius retinuerit, etiamsi stipulatus non fuerit, eam continuo tradidisse credatur, ne quid amplius requiratur, quo magis uideatur facta traditio, sed omni modo idem sit in hijs causis usumfructum retinere quod tradere. Dat. Prid. Id. † Mart. Constantinop. Honor. A. XI. & Constantio II. COSS. Interpretatio.

† Maij.

Quicunq; de rebus proprijs cuilibet aliquid quacunque donatione contulerit, uel in dotem dederit, & sibi usumfructum reseruet, rem tradidisse cognoscitur, quia reseruationes ususfructus, etiamsi stipulatio inserta non fuerit, pro traditione habeatur.

DE REVOCANDIS DONATIONIBVS. TIT. VI.

Impp. Constantius & Constans AA. ad Philippum PF. P.

AVi nostri pro patribus firma lege sanxerunt, ut si quid patres in liberos munificentiæ titulo contulissent, si eos impios in iudicio declarassent, omne id esset reuocandum, ne pietatis præmium apud scelestos & flagitiosos animos permaneret. Dat. XII. Cal. Octob. Liminio & Catulino COSS. Interpretatio.

Donatio in emancipato filio à patre facta, si læsus pater † sese probauerit, reuocatur. Hic de iure requirendum de reuocandis donationibus.

† esse

Iidem

Iidem AA. ad Orfitum P. V.

Si unquã libertis patronus filios non habens bona omnia, uel partẽ aliquã facultatũ fuerit donatione largitus, & postea susceperit liberos, totũ quicqd largitus fuerit reuertatur in eiusdẽ donatoris arbitrio ac ditione mansurũ. Dat. † V. Cal. April. Arbitione & Lolliano COSS. Interp. † VI.

Si quis filios nõ habẽs, bona sua, uel partẽ bonorũ libertis donauerit, & si is qui donauit filios postea habuerit, donationes in libertis factas ad integrũ uacuantur.

Iidem AA. ad Orfitum P. V.

Si quis forsitan filiorum maternam munificentiam consecutus, in matrem impius detegetur, non iam dimidiã portionẽ, ut ante fuerat iussum rei donatæ, sed omnem substantiam proprietatis amittat. Matres uero quæ in secundas conuenerint nuptias, reposcere uetamus à filijs, quæ earum perceperint largitate. Quinetiam identidem commonemus, alia omnia iuxta prioris legis tenorem debere seruari. Dat. IX. Cal. Iul. Syrmio, Datiano & Cereale COSS. Interpretatio.

Si quis filius donatione matris fuerit aliquid consecutus, & eam postmodũ læserit, probatis in iudicio læsionis causis, donationẽ mater si uoluerit in integrum reuocabit. Quod si mater hæc, quæ filio donauit, ad secundas nuptias transierit, cõtra donationem perquamcunq; occasionem ueniendi nullam habeat potestatem: seruatis de reliquo legibus, quæ sub titulo De secundis nuptijs continentur.

Impp. Theod. & Valentin. AA. ad Senatum. Post alia.

Donationem circa filium filiamue, nepotẽ neptemue, pronepotẽ, pneptemue emancipationis tempore celebrata, pater seu auus reuocare non poterit, nisi edoctis manifestissimis causis, quibus eam personam, in quam collata donatio est, cõtra ipsã uenire pietatẽ, & ex causis, quæ legibus cõtinẽtur, fuisse constabit ingratã, quas tamẽ causas in cognitiõe discuti oportebit, & uestro admitti iudicio, cũ hoc inter patres cõpetentes usum fuerit cognitori, aliàs iubemus non audiri parẽtis querelas. Dat. VII. Id. Nouẽb. Rau. DDNN. Theod. XII. Valentin. II. AA. COSS. Interpret.

Si quis filio, filiæ, nepoti ex filio, uel pronepoti ex nepote mancipationis tẽpore aliquid donauerit, id nisi probatis in iudicio manifestis offensarum causis reuocare non poterit.

DE INGRATIS LIBERIS. TIT. VII.

Imppp. Valent. Valens & Gratian. AAA. ad Prætextatum P. V.

FIlios contumaces, qui patres uel acerbitate conuicij, uel cuiuscunq; atrocis iniuriæ dolore pulsa essent, legis emancipatione rescissa, damno libertatis immeritæ multare uoluerũt. Dat. XV. Cal. Septemb. Ambianis, Lupicino, & Iuuino COSS. Interpretatio.

Filij emancipati, si iniuriam grauem patri, quæ probari potest, intulerint, & conuicti fuerint hoc fecisse, rescissa emancipatione, in familiam reuocentur.

DE HIS QVAE ADMINISTRANTIBVS, VEL PVBLICVM OFFICIVM GERENTIBVS DISTRACTA SVNT VEL DONATA. TIT. VIII.

Imp. Constant. A. ad Veranicianum Vic. Asiæ. Post alia.

DAmus Prouincialibus facultatem, ut quicunque sibi à nũmularijs, qui diuersis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas uẽditiones extortas, irritas inanesq; efficiantur, & male uendita ad uenditoris dominium reuertantur. Amissione etiã pretij inlicitis ac detestandis emptoribus puniendis. Dat. XIIII. Cal. Iun. Optato & Aquilino COSS.

Lex ista expositione non indiget.

In Codice Argentoratensi deprehẽdimus alterius legis initium, cui annexa erat hæc interpretatio, quæ tamen à lege superiore ne quidem uerbum mutet.

Imp. Theod. A. ad Iulianum Constantinum * Interpretatio.

Quicunque sibi à nummularijs, qui diuersis rectoribus obsequuntur, conquesti fuerint aliquas uenditiones extortas, irritas, inanesq; efficiantur, & male uendita ad uenditoris dominium reuertantur: amissione etiam pretij illicitis ac detestandis emptoribus puniendis.

DE MATERNIS BONIS, ET MATERNI GENERIS EXCRETIONE SVBLATA. TIT. IX.

Imp. Constantin. Consulib. Prætorib. Tribunis plebis, Senatui, salutem dicit.

PLacuit salua reuerentia, & pietate sacris nominibus debita, ut potestas quidẽ omnis fruendi res liberorum suorum in sacris constitutorum, in maternis duntaxat facultatibus, penes patres maneat, destituendorũ autem eis licentia derogetur: Cesset itaq; in maternis dũtaxat successionib. cõmentũ cretionis, & res quæ ex matris successione fuerit ad filios deuolutæ, ita sint in parentũ potestate atq; dominio, ut fruẽdi pontificiũ habeãt, alienãdi eis licentia derogetur: nã maternũ patrimoniũ, quod filijs in potestate cõstitutis obuenerit, cũ patre mortuo sui iuris fuerint, præcipuum habere eos, & sine cuiusq; cõsortio placuit. Qd' si pater suũ filiũ patrẽfamilias uidere desiderãs eum emancipauerit, repræsentare ei maternã debet substantiã, ita ut filius accepto munere libertatis, reiq; suæ dns effectus, ne uideatur ingratus, tertiam partẽ custoditæ sibi rei muneris causa parenti offerat, æstimatione, si res diuidi cœperit, bonorũ uirorũ arbitrio permittenda, quã tertiã alienare quoq; pater, si hoc maluerit, habet liberã potestatẽ. Ante emãcipationẽ aũt parentes, penes quos maternarũ rerũ utendi fruendiq; potestas est, omnẽ debent tuendæ rei diligentiã adhibere, & quod iure filijs debetur, in examine poscere, & sumptus ex fructibus impigre facere, & litẽ inferẽtibus resistere, atque ita omnia agere, tanquam solidum perfectumq; dominium, & personam gerant legitimam, ita ut si quando rem alienare uoluerint,

uoluerit emptor, uel is cũi res donatur, obseruet ne quam partem earũ rerum, quas alienare prohibitum est, sciens accipiat, uel ignorans: docere enim pater debet proprij iuris eam rem esse, quam donat aut distrahit, & emptori si uelit, sponsorem aut fideiussorem licebit accipere: quia nullam poterit præscriptionem opponere filijs quandoq; rem suã uindicantibus. Dat. XV. Cal. Aug. Aquileiæ. Recitata apud Vectiũ Rufinum PF. P. in Senatu † Non. Septemb. Constant. A. † II. & Licinio Cæs. COSS. Interpretatio. † NN. † V.

Legis istius reliqua pars in alijs legibus continetur, hoc tantum de reliquis legibus plus habet, ut patres, qui filiorũ res gubernare iussi sunt, negocia eorum summo studio & integritate procurent, nihil per negligentiam eorum filijs pereat, sed fructus rerum maternarum sine aliqua negligentia redigi, uel uendi faciant, ut ex tempore competenti, sicut lex Nouella dicit, portiones suas filij sine aliqua imminutione percipiant. Res filiorum patribus alienare non licet, hoc est nec uendere, nec donare. Qd' si fortasse præsumpserint, emptor uel qui donator accesserit, grandi se sollicitudine uel cura custodiant, ne filiorum res à patre comparatas, aut donatas accipiant, aut scientes, aut etiam nescietes. Sed compellent patrem, qui uenditor uel donator fuerit, & filiorum res in sua retinet potestate, ut probet suum esse quod tradidit. Etiam ut suspitionem suam possit abstergere, fideiussorem à patre uenditore percipiat, qui obligatione rerum suarum damnum emptori non faciat: quia defuncto patre, licet filijs res suas à quibuscunq; personis, siue uenditæ, siue donatæ à patre fuerint, in suum dominium reuocare.

Idem A. Iulio Seuero.

Cũ ad patrẽ aliquid ex materna successione interposita cretione peruenerit, & ad liberos maternarum successiones defluxerint, ita eas haberi placet in parentũ potestate, ut dominiũ tantũ possessionis usurpent: alienãdi uero licentiã facultatẽq; nõ habent, ut cum ætas legitima liberorũ ad emancipationẽ parentes inuitauerit, & patres familias uidere liberos suos uoluerint, tertiam partem maternorũ bonorum eis filij, tanquam muneris causa offerant. Quã si suscipiendã patres putauerint, faciendæ diuisionis arbitrium permitti oportebit iustitiæ bonorum uirorum, per quos facta diuisione tertiam partem oblatam parentes ita accipiant, ut alienandæ quoq; eius partis habeant facultatẽ. Si modo ullus potuerit inueniri, cui placeat hanc amplecti licentiã, cum omni modo filios condecet adniti, ut pio sedulitatis affectu mereantur accipere eam, quam patribus dederint portionẽ. Dat. VIII. Id. Septẽb. Mediolan. Accep. Non. Octob. Constant. A. V. & Licinio COSS. Interpret.

Materna bona filiorum defuncta uxore ita pater possideat, ut usumfructum de his habeat, sed quantũ, & quãdiu habeat, lex Nouella constituit: Distrahendi tamen aut donandi ex his nullam pater habeat potestatem. Sanè si filium mortua matre emancipauerit, de bonis maternis, id est, de emancipati filij portione, ipse filius superius emancipatus, muneris causa de maternis bonis tertiam offeret portionem: quæ tamen in ipsius potestate mansura est ita, ut eam pater bonis uiris diuidentibus consequatur. Si tamen tantum patris nomen ad hoc

adduci

adduci potuerit,ut rem filiorum impia cupiditate ſuſcipiat, aut alijs derelinquat: ſtudere tamen filios decet,ut id quod parentibus cauſa emãciparionis obtulerint, ſeruitio & pietate recipiant.

Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. ad Experium PF. P.

Quemadmodum paternas facultates uenditione uel donatione tranſcribere in alias perſonas patribus non licet,ita ea quæ pater matri,ac mater quoque auo matris , aut auia nepotibus prone potibusúe donauerint,ſiue ab inteſtato reliquerint,patribus alienare nõ liceat: Delatæ uero ab extraneis,ſiue extranſuerſa linea facultates , præterquã ab hijs neceſſitudinibus,quas locuti ſumus,patrib. conferãt,quicquid filijs poſitis in eorum poteſtate detulerint. Dat. Prid. Cal. Aug. Accep. IIII. Cal. Septemb. Auſonio & Olibrio COSS. Interpretatio.

Pater,uxore mortua,filiorum bona ita poſſidebit, ut ex hijs ei nec uendere aliquid liceat,nec donare,nec quolibet alio ordine alienare: Similiter & quæcunque aui uel proaui materni,nepotibus,pronepotibus,neptibus proneptibúsue uel donauerint,uel fortaſſe reliquerint,in alias perſonas transferre patri quolibet ordine non licebit.Sanè ſi quid extraneorum donatione uel munere filijs in familia poſitis facultatis acceſſerit, uel alij parentes , quàm qui ſupra nominati ſunt contulerint, id totum patribus adquiratur,ut faciendi ex hoc quod uoluerint habeant poteſtatem.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Florentio PF. P.

Quicquid auus,auia,proauia nepoti,nepti,pronepoti,pronepti,cuiuslibet tituli largitionę contulerit,id eſt teſtamento,fidei commiſſo,legato,codicillo,donatione,uel etiam inteſtati ſucceſſione,pater filio filiæue integra illibataq; cuſtodiat,uẽdere,donare,relinquere alteri, aut obligare nõ poſſit:ut quemadmodũ ipſe ſuper hijs licentiam totius poteſtatis amittit,ita defuncto eo filio filiáue præcipua cõputentur, nec ab illis qui ex patre ſunt conſortibus iudicentur , ſupplicandi etiam in futurum contra hæc licentiam ſubmouimus. Dat. Id. Octob. Mediolan. Olibrio & Probino COSS. Interpretatio.

Quicquid ad nepotes uel pronepotes , auorũ uel auiarum maternarum munere,teſtamẽto uel ſucceſſione,aut qualibet ſcriptura peruenerit,id præcipuum , hoc eſt proprium poſt patris obitum uindicabunt, neq; in hæredum communione mittendum eſt,quod auorum expreſſis nominatisq; perſonis maternorum fuerit largitate conlatum.

Impp. Theod. & Valent. AA. ad Senatũ Vrbis Romæ. Poſt alia.

Si uxor inteſtata defecerit,ſuperſtitibus cõmunibus filijs, in patria poteſtate degentibus , utetur maritus priſco beneficio iuris ac legum circa uſumfructum retinendum, quamdiu filij in poteſtate conſiſtunt, aut in præbenda filijs liberalitate circa trientem ſibi ex Conſtantinianæ legis

legis beneficio conquirendum. Si uero uiua matre emancipati ſunt filij, tunc demũ,quoniã omni commodo deſtituetur pater,nec retinet uſumfructum,uirilis ei inter filios,ſeu unus ſeu plures ſunt,uſusfructus tribuimus portiones. Si uero mulier moriens alios ex filijs emancipatos à patre,alios in patria poteſtate dimiſerit, in caſu diſpari utetur maritus defunctæ beneficio,quod caſui utriq; præſcribimus,id eſt,circa eorũ quidẽ portionem,quos adhuc in ſacris retinet, uſumfructum ex legum autoritate retinebit,& præmium delatæ,cum uolet,emancipationis accipiet.In eorum uero parte,quos exiſſe de poteſtate uiua matre conſtiterit, uſumfructum uirilis inter eos portionis ſecundum præſcripta percipiet.In nepotibus etiam uel neptibus , hoc obſeruandum eſſe cenſuimus , ut maritus,qui uxore mortua nõ extãtibus filijs , cũ ſolis nepotib. uel neptibus ex hac lege ad emolumentum uocandus eſt, ſi unus uel una,plurésue nepotes ex filio uno uel pluribus , qui in poteſtate defecerint, procreati ſunt, hoc iure utatur,quod de filijs conſtitutum eſt:nam licet hoc nouum præſens lex conſtituat in nepotes, non eſt tamen ab re, ut in hoc caſu deteriores eſſe nepotibus filij non ſinãtur.Habeat igitur auus ueniens cum nepotibus in poteſtate durantibus uſumfructum bonorum omnium, quæ ex defunctæ auiæ ſucceſſione delata ſunt. Cum uero hijs quoq; libertatem emancipatione largitur,ſimiliter & ab ipſis, ſicut de filijs conſtitutũ eſt,trientem pro præmio manumiſſionis accipiat. Vel ſi ex pluribus alteros manumittit,alteros retinet,ex parte manumiſſorum trientem,ex parte uero in poteſtate manentium retineat uſumfructum.Quod ſi nepotes ſint neptésue aut ex emancipato filio,aut ex filia procreati, aut ab ipſo in ſacris auiæ uiuente dimiſſi, idem auus uiriles cum ipſis portiones habeat & uſumfructũ. Si uero ex nepotibus neptibúsue , tẽpore quo in auiæ ſucceſſionẽ uocantur, alij in aui ſunt poteſtate, id eſt mariti defunctæ, alij ſui iuris ſint, circa perſonam quidem eorum qui in poteſtate conſiſtunt, & in uſufructu conſequendo, & in triente ex emancipationis præmio conquirendo ratio ſupradicta ſeruetur.In hijs uero, qui ſui iuris ſint, facultas capiendi uſusfructus uirilis inter eos portionis habeatur.Eadem autem & de pronepotibus ſexus utriuſq; ſancimus,manente definitione quæ de ſingulis ſancta eſt, ſi filij ſint pariter ac nepotes. Dat. VII. Id. Nouemb. Rau. DDNN. Theod. XII. & Valent. II. AA. COSS.

Interpretatio.

Vxor ſi ſuperſtite marito defecerit, & omnes filios in patris poteſtate dimiſerit, pater de maternis filiorum bonis uſumfructum habeat, uſque ad illud tempus, qd lex Nouella conſtituit. Qd ſi poſt matris obitum filios uel filias pater emancipauerit,de eorũ portionibus, qs liberos facit,trientem à filijs pro collata libertate percipiet,iure ſuo perpetuo uindicãdum. Quod ſi ſuperſtite matre pater filium uel filios eman-

p

lios emancipauerit, quia non potest matre uiua de filiorum portionibus uindicare tertiam portionẽ, necesse erit ut post matris obitum, si superstes pater fuerit, à singulis emancipatis filijs uirilem, id est, de uno mediam, de duobus tertiam, de tribus quartam percipiat portionem in usumfructum, quo adusq; uixerit possidendam. Quod si aliqui filij uiua matre à patre emãcipati fuerint, & aliqui fortasse nõ fuerint, circa emancipatos, uel non emancipatos eadem, quæ superius comprehẽsa est, à patre forma seruetur. Quod si mortua uxore filij non fuerint, & neptes uel nepotes ex filijs auus paternus habuerit, qui omnes in aui potestate consistunt, eadem quæ de filijs, & circa nepotes in omnibus forma seruetur. At uero si aliquos ex ipsis nepotibus auus emancipare uoluerit, tertiã similiter partẽ, sicut & de filiorum partibus accipiat portionem: nam & de pronepotibus similiter obseruari lex ista constituit.

Virilẽ capere.

Idem AA. ad Senatum. Post alia.

Si sine liberis unus uel una moriatur ex filijs, & superstitem fratrem uel fratres, sororem uel sorores, & patrem relinquat, siue is emancipatus, siue in potestate defecerit, eius portionẽ quã ex bonis maternis, uel unde unde iure quæsierit, pater sine dubio cõsequatur iugi dominio possidendã. Quod si nouercam superduxerit, ea quidẽ quæ filius defunctus extrinsecus acquisierat, sibi habeat pater, & perpetuo iure dominioq; possideat. Bonorum uero ex matris patrimonio filio qui defunctus est inquisitorum, solum usumfructum retentet, ad alios filios ex eodem matrimonio natos post eius obitum proprietate reditura. Et si ante mortem filij domum secundis nuptijs occupauit, similem causam sequatur, ut filio extrinsecus acquisita perpetuo iure possideat: maternarũ autẽ rerũ eius solum usumfructũ retentet. Quod si filius filiáue, extantibus liberis, adhuc positi in potestate defecerint, portionis eorũ totius solum usumfructum morientis retentet, nepotibus, id est defuncti filijs proprietate seruata. Si uero nepotes tẽpore mortis maternæ extra aui sint potestatem, ipsi ilico in patris sui matrisue successionem uocentur. Dat. † VII. Id. Nouemb. Rau. DDNN. Theod. XII. & Valent. II. AA. COSS.

† VIII.

Interpretatio.

Si amissa matre, patre superstite, unus uel una de filijs, siue emancipatus, siue non emancipatus sine filijs moriatur, patre mortuo filio in totam illius portionẽ iure succedit. Quod si aliam uxorem duxerit, hæc quæ de maternis bonis mortuus filius derelinquit, pater usufructuario tantum ordine possidebit, post eius obitum ad fratres mortui, ex eodem matrimonio natos, quod ille de maternis bonis habuit, reuertatur. Aliunde uero filio qui moritur adquisita, in proprietate patris residebunt. Q d si filius uel filia, uiuo patre, habentes filios moriãtur, pater res nepotum, sicut filiorum, iure usufructuario retinebit. Si uero hij qui moriuntur, emancipatus uel emancipata moriantur, in portionibus eorum in integrum filij sui sine ulla aui potestate succedant.

DE BONIS QVAE FILIISFAMILIAS EXMATRIMONIO ACQVIRVNTVR. TIT. X.

Impp. Theod. & Valent. AA. ad Senatum. Post alia.

Cum

Vm uenerandæ leges uetuerint patribus iure potestatis acquiri, quicquid eorum filijs, auus, auia, proauus, proauia, à linea materna ueniente quocunq; titulo contulissent, hoc quoq; cõuenit obseruari, ut quicquid uel uxor marito non emancipato, uel maritus uxori in potestate quocunque titulo uel iure contulerit seu transmiserit, hoc patri nullatenus acquiratur, atque ideo in eius tantum, cui delatum est, iure durabit. Dat. † VII. Id. Nouemb. Rau. DDNN. Theod. XII. & Valent. II. AA. COSS.

† VI.

Interpretatio.

Sicut id quod auus uel auia materna nepotibus, pronepotibus, positis in patris potestate donauerint, patri non adquiretur, ita & quicquid maritus uxori, uel uxor marito in patris potestate positis donauerint, aut testamento dimiserint, id ad patris dominium minime pertinebit, sed hoc sibi filij ad integrum uindicabunt.

TITVLI LIBRI NONI.

De accusationibus & inscriptionibus.
De custodia reorum.
Ne præter crimen maiestatis seruus dominum, uel patronũ libertus, seu familiaris accuset.
Ad legem Iuliam de adulteris.
Si quis eam, cuius Tutor fuerit, corruperit.
De mulieribus, quæ seruis proprijs iunxerunt.
Ad legem Iuliam, de ui publica & priuata.
De priuati carceris custodia. De emendatione seruorum.
De emendatione propinquorum.
Ad legem Corneliam de Sicarijs. De Paricidio.
De maleficis, Mathematicis & cæteris similibus.
Ad legem Fabiam, hoc est, qui filios inuolant alienos.
Ad legem Corneliam de falso.
Victum ciuiliter, agere posse criminaliter.
De falsa moneta.
Si quis solidi circulum exteriorem inciderit, uel adulteratum in uendendo subiecerit.
De raptu uirginum uel uiduarum.
De raptu, uel matrimonio sanctimonialium uirginum & uiduarum.
Ad legem Iuliam repetundarum.
De his qui latrones, uel in alijs criminibus reos occultauerint.
De his qui plebem audent contra publicam colligere disciplinam.
De famosis libellis.
De quæstionibus.
Vt intra annum criminalis quæstio terminetur.
De abolitionibus.
De indulgentijs criminum.
De calumniatoribus. De pœnis.
Ne sine iussu Principis certis Iudicibus liceat confiscare.
De bonis proscriptorum, seu damnatorum.
De sententiam passis & restitutis, & liberis eorum.
De his qui ad Ecclesiam confugiunt.

CODICIS THEODO

SIANI LIBER NONVS.

DE ACCVSATIONIBVS ET INSCRIPTIONIBVS. TIT. I.

Imp. Constant. A. ad Octauianum Com. Hispaniarum.

QVicunq; clarissimæ dignitatis uirginem rapuerit, uel fines aliquos inuaserit, uel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus, statim intra Prouinciam, in qua facinus perpetrauit, publicis legibus subiugetur: neque super eius nomine ad scientiam nostram referatur, nec fori præscriptione utatur: omnem enim honorem reatus excludit, cum criminalis causa, & non ciuilis res uel pecuniaria moueatur. Dat. Prid. Non. Decemb. Serdicæ. ACC. V. Non. Martias. Cordubæ, Gallicano & Basso COSS. Interpretatio.

Quicunq; damnabile, uel puniendum legibus crimen admiserit, non se dicat in foro suo, id est in loco ubi habitat debere pulsari, sed ubi crimen admissum est, ab eius loci iudicibus uindicetur, nec de eius persona ad Principem referatur.

Idem A. ad Agricolanum.

Cum ius euidens atque manifestum sit, ut intentandi criminis publici facultatem non nisi ex certis causis mulieres habeant, hoc est, si suam suorumq; iniuriam persequãtur, obseruare antiquitus statuta oportet: neque enim fas est, ut passim mulieribus accusandi permissa facultas sit, alioquin in publicis olim quæstionibus interdum aut admissa probatio est, aut accusantis autoritas. Patroni etiam causarum monendi sunt, ne respectu compendij fœminas securitate forsitan sexus in actionem inlicitam proruentes temere suscipiant. PP. V. Id. Febr. Probiano & Iuliano COSS. Interpretatio.

Fœminis, nisi in sua suorumq; causa quenquam accusare non liceat, quia susceptione alienarũ causarum legibus prohibentur, aduocati etiam cõmonendi sunt, ne contra leges suscipiant alienis causis fœminas litigare cupientes.

Idem A. ad Maximum PF. V.

Quodã tẽpore admissum est, ut nõ subscriptio, sed professio criminis uno sermone ex ore fugiens, tam accusatorem, quàm reum sub experiendi periculo de patria, de liberis, de fortunis, de uita denicq; dimicare cogeret. Ideoq; uolumus, ut semota professionis licentia ac temeritate, ad subscriptionis morem ordinemq; criminatio referatur, ut iure ueteri in criminibus deferendis omnes utantur, id est, ut sopita ira, & per hæc spatia mentis

tia mentis tranquillitate recepta, ad supremam actionem cum ratione ueniant atq; consilio. Dat. XI. Cal. † Iun. Sirmio. ACC. Rom. Constant. A. VII. & Constantio Cæs. COSS. Interpretatio. † Iul.

Si quis iratus crimen aliquod temere cuilibet obiecerit, conuicium non est pro accusatione habendum, sed permisso tractandi spatio, id quod iratus dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur. Quod si fortasse resipiscens post iracundiam, quod dixit iterare, aut fortasse scribere noluerit, non ut reus criminis teneatur.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Valerianum PF. V.

Nõ prius quenq; syncerítas tua ad tuæ sedis examen iubebit adduci, q; solennibus satisfecerit, qui nititur fidem doloris asserere, cum iuxta formam iuris antiqui, ei cui cœperit arguere, aut uindicta proposita sit, si uera detulerit, aut supplicium, si fefellerit. Dat. † VII. Cal. Decemb. Remis. Gratiano. N.P. & † Dagalapho COSS. Interpretatio. † VI. † Dagalapho

Tam ciuile negocium, quàm criminale, accusationis professio manu accusatoris conscripta præcedat.

Iidem AA. & † Gratianus ad Florianum Com. Post alia. † Gratianus Cæsar.

Vltra Prouinciæ terminos accusandi licentia nõ progrediatur: oportet enim illic criminum iudicia agitari, ubi facinus dicatur admissum. Peregrina autem iudicia præsentibus legibus cohercemus. Dat. Id. Nouemb. Martianop. Valent. & Valente. IIII. AA. COSS. Interpretatio.

Criminum discussio ibi agitanda est, ubi crimen admissum est, nam alibi criminum reus prohibetur audiri.

Iidem AA. ad Florianum Com. Post alia.

Nullus secundum iuris præscriptum, crimen quod intendere proposuerit exequatur, nisi subeat inscriptionis uinculum: Et enim qui alterius famam, fortunas, caput denicq & sanguinem in iudicium deuocauerit, sciat sibi ipsi impendere congruam pœnam, si sicut intenderit nõ probarit. Dat. † V. Id. Nouẽb. Constantinop. Valentinia. & Valente IIII. AA. COSS. Interpretatio. † III. Cal. Maij.

Nisi inscriptione celebrata reum quenquam non fieri, nec in iudicio exhiberi, quia sicut conuictum pœna constringit, ita & accusatorẽ, si non probauerit quod obiecit.

Iidem AA. Laodicio Præsidi Sardiniæ.

Neganda est accusatis licentia criminãdi, priusquam se crimine quo premũtur exuerint: nã sanctionũ ueterũ conditores adimendã licentiam omnibus cẽsuerũt in accusatores suos inuidiosam dicẽdi uocẽ, nullã itaq; obtineat in iudicijs autoritatẽ periclitãtiũ furor, qui si latius uagetur, ne ipse quidẽ Cognitor tutus erit, aut quæstionem securus agitabit, qui exequendo iuris seueritatem, non potest illorum quos punit odium euitare. Dat. Prid. † Cal. Aug. Carnunti. Gratiano A. † III. & Equitio COSS. † Id. Aug. † IIII.

Interpretatio.

Non credendum est contra alios eorum confessioni, qui in criminibus accusantur, nisi se prius probauerint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quencunque professio.

Imppp. Grat. & Valent. & Theod. AAA. ad Marinianum Vic. Hispaniarum.

Qui uel internecini exerit actionem, uel crimen suspectæ mortis intendit, non prius cuiusquam caput accusatione pulset, quàm uinculo legis astrictus, pari cœperit pœnæ conditione iurgari, ita ut etiam seruos si quis crediderit accusandos, non prius ad miserorum tormenta ueniatur, quàm se accusator uinculo inscriptionis astrinxerit: adpetendorum enim causa seruorum aut dispendium facultatum est, aut pœna dominorum. Dat. VI. Cal. † Ianuarij, Patauj, Merobaude, II. & Saturnino COSS. † Nouemb.

Interpretatio.

Quicũq; alium de homicidij crimine periculose, uel capitali obiectione pulsaue rit, no prius à Iudicibus audiatur, quàm si similem pœnam, quam reo intendit, cõscripserit subiturũ, & si seruos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat, futurum ut supplicia innocentũ seruorũ, aut pœna capitis sui, aut facultatum amissione compensẽt.

Iidem AAA. Cynegio PF. P.

Concessum singuli uniuersiq; cognoscant, non emendicatis suffragijs decretorum, sed lite suis nominibus instituta, Illustrissimæ ac magnificæ celsitudinis tuæ adeundam potestatem: quoniam accusari unumquẽque per alterum non poterit, uidelicet ut iustitia & æquitate, qua notus es, in Iudice punias, si innoxios uerberabit in officio, sic fortasse constituet, quod cædi Decuriones innoxios non liceret. Dat. Prid. Cal. Maij. Constantinop. Arcad. A. I. & Bautone COSS.

Interpretatio.

In criminalibus causis uel obiectionibus per mandatum, nullus accuset, nec si perscriptum Principis hoc potuerit impetrare. Sed ipse qui crimẽ intendit, præsens per se accuset, inscriptione præmissa. Iudices † uero puniendi sunt, & damnandum officium, si fortasse tacuerint, si innocentem nisi præmissa inscriptione subdendum crediderint quæstioni. † autem

Impp. Arcad. & Honor. AA.

Ne diuersorũ criminum rei uel desidia Iudicum, uel quadam lenitatis ambitione per Prouincias detenti in carcere crudelius differantur, moneantur omnes Iudices, productos è custodijs reos disceptationi debitæ subdere, & quod leges suaserint definire. Dat. † III. Non. Aug. Constantinop. Arcad. IIII. & Honor. III. AA. COSS. † IIII.

Interpretatio.

Rei non multo tempore in carcere, uel in custodia teneantur, sed celeriter aut innocentes absoluantur, aut si conuicti fuerint criminosi, sententia puniantur.

Impp.

Impp. Honor. & Theod. AA. Consulibus, Prætoribus, Tribunis Plebis, Senatui Salutẽ dicunt.

Accusationis ordinem iamdudum legibus institutum seruari iubemus, ut quicunque in discrimen capitis arcessitur, non statim reus qui accusari potuit æstimetur, ne subiectã innocentiã † faciamus. Sed quisquis ille est qui crimen intendit, in iudicium ueniat, nomen rei indicet, uinculum inscriptionis arripiat, custodiæ similitudinem habita dignitatis æstimatione patiatur, nec impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad uindictam poscat similitudo supplicij. Nemo sibi tamen obiectu cuiuslibet criminis blandiatur, de se in quæstione confessus, ueniam propter flagitia sperans adiuncti, uel communione criminis consortiũ personæ superioris optans, aut inimici supplicio in ipsa supremorum suorum sorte satiandus, aut eripi se posse confidens, studio, aut priuilegio nominati: cum ueteris iuris autoritas de se confessos ne interrogari quidem de aliorũ conscientia sinat. Nemo igitur de proprio crimine confitentem, super conscientia scrutetur aliena: nemo credat sponte fingenti. Commonitorijs, secretisq; mandatis fidem penitus abnegamus. Dat. VIII. Id. Aug. Rauennæ, Asclepiodoto & † Mariniano COSS. † feriamus † Materniano

Interpretatio.

Ante inscriptionem nemo efficitur criminosus: Nam inscriptione per ordinem facta, tunc à Iudice suscipiendus est reus, & custodiæ cum accusatore tradẽdus est, ea tamen ratione, ut tam accusati, quàm accusatoris dignitas æstimetur, & unumquemq; ante discussionem ita Iudex faciat custodiri, ut eorum natalis aut dignitas † audiatur. Sanè his qui crimina sua in quæstione confessi sunt, de alijs si dicere uoluerint, à Iudice non credatur: quia iure & legibus constitutum est, ut si sponta nea † confessione reus reum non faciat, neq; illi de altero credatur, qui se crimino sum esse confessus est. † patiatur † professione

DE CVSTODIA REORVM. TIT. II.

Imp. Constantius A. Acyndino PF. P.

Quoniam unum carceris conclaue commixtos secum criminosos includit, hac lege sancimus, ut etiam si pœnæ qualitas permixtione iungenda est, sexum tamẽ disparem diuersa claustrorum habere tutamina iubeãtur. Dat. Non. April. Acyndino & Proculo COSS.

Interpretatio.

Viri & mulieres, etiamsi criminis æqualitate iungantur, non tamen in unius carceris custodia teneantur.

Imppp. Valent. Valens & Gratianus AAA. ad Probum. † PF. P.

† PF. V.

Ad Cõmẽtariẽsem receptarũ psonarũ custodia obseruatioq; ptinet, nec putet hominẽ abiectũ atq; uilẽ obijciendũ esse iudicijs, si reus cõditione aliqua fuerit elapsus: nã ipsum uolumus eiusmodi pœna cõsumi, cui

obnoxius

obnoxius docebitur fuisse, qui fugerit. Si uero Commentariensis necessitate aliqua procul ab officio egerit, adiutorem eius pari iubemus inuigilare cura, & eadem statuimus legis seueritate constringi. Dat. III. Cal. Iul. Concionati, Gratian. A. II. & Probo COSS. Interpretatio.

Si de carcere reus fugerit, ab eo cui est traditus requiratur, qui si eum non poterit præsentare, nouerit se negligens custos, illius aut damnum aut pœnam qui fugerit subiturum.

Impp. Honor. & Theod. AA. Cæciliano PF. P. Post alia.

Iudices omnibus dominicis diebus productos reos è custodia carcerali uideant, interrogent ne his humanitas clausis per corruptos carceris custodes negetur. Victualẽ substantiam non habentibus faciãt ministrari libellis duobus, aut rebus diurnis, uel quod extimauerint commentariensi decretis, quorum sumptibus proficiat alimonia, & pauperum quos ad lauacrum sub fida custodia duci oportet, †multa Iudicibus XX. librarũ auri, & officijs eorũ eiusdẽ ponderis constituta: ordinibus quoq; triũ librarũ auri multa proposita, si saluberrima statuta contempserint. Nec deerit Antistitũ Christianæ religionis cura laudabilis, quæ ad obseruationẽ constituti Iudicis hanc ingerant munitionẽ. Dat. † VIII. † Cal. Feb. Rau. Honor. VIII. & Theod. † III. AA. COSS.

† *videtur aliquid legi decesse.*

† *Cal. Septẽb.* † IIII.

Interpretatio.

Omnibus dominicis diebus Iudices sub fida custodia de carceribus reos educant, ut eis à Christianis uel à sacerdotibus substantia præbeatur, & ad balneum prædictis diebus sub custodia religionis contemplatione ducantur. Si qui Iudices hoc implere neglexerint, pœnam quam lex ista constituit, eam cogãtur implere.

NE PRAETER CRIMEN MAIESTATIS SERVVS DOMINVM, VEL PATRONVM LIBERTVS SEV FAMILIARIS ACCVSET. TIT. III.

Imppp. Valent. Grat. & Valens AAA. ad Maximum PF. P.

VM accusatores serui dominis intonent, nemo iudiciorum expectet euentum, nihil quæri, nihil discuti placet, sed cum ipsis delationum libellis, cum omni scripturarum & meditati criminis apparatu nefandarum accusationũ crementur autores, excepto tamẽ appetitæ maiestatis crimine, in quo etiam seruis honesta proditio est: nam & hoc facinus tendit in dominos. Dat. Id. Mart. Valente V. & Valent. AA. COSS. Interpretatio.

Seruus dominum accusans, non solum audiendus non est, uerum etiam puniendus, nisi forte dominum de maiestatis tractasse probauerit crimine.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Eutychiano PF. P.

Si quis ex familiaribus, uel ex seruis cuiuslibet domus, cuiuscunq; criminis

minis delator atque accusator emerserit, eius existimationẽ, caput, atq; fortunas petitur us, cuius familiaritati uel dominio inhæserit, ante exhibitionem testium, aut examinatum iudicium, in ipsa expositione criminum, atq; accusationis exordio ultore gladio feriatur: uocem enim funestam intercidi oportet potius quàm audiri. Maiestatis autem crimen excepimus. Dat. VI. Id. Nouemb. Constantinop. Cæsario & Attico COSS. Interpretatio.

Si seruus dominum, aut amicus, uel domesticus, siue libertus patronum accusauerit, uel detulerit cuiuslibet criminis reum, statim in ipso initio accusationis gladio puniatur: quia uocem talem extingui uolumus, non audiri, nisi forte dominũ aut patronum de crimine maiestatis tractasse probauerit.

Impp. Honor. & Theod. AA. ad Senatum. Post alia.

Libertorum aduersos patronos illicitas atq; improbas uoces pœnæ obiectione præcludimus, atq; ita, ut non modo sponte prædicti non audeant, sed nec uocati quidem in iudicium uenire cogantur. Dat. † VII. † V. Id. Aug. Rau. Asclepiodoto & † Marimano COSS. Interpretatio. † *Mariano*

Liberti accusatores patronorum, ubi primũ in accusationis uocem proruperint, puniantur.

AD LEGEM IVLIAM DE ADVLTERIIS. TIT. IIII.

Imp. Constantinus A. Africano.

QVæ adulterium commisit, utrum domina cauponæ, an ministra fuerit requiri debebit, & ita obsequio famulata seruili, ut plerunque ipsa intemperantiæ uina præbuerit, ut si domina tabernæ fuerit, non sit à uinculis iuris excepta. Si uero potantibus ministeriũ præbuit, pro uilitate eius, quæ in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi q accusantur abscedãt, cũ ab his fœminis pudicitiæ ratio reqratur, quæ iuris nexibus detinẽtur: hæ aũt immunes à iudiciaria seueritate præstentur, quas uilitas uitæ dignas legum obseruatione nõ credidit. Dat. III. Non. Feb. Heracleæ, Constantino A. VII. & Constantio Cæs. COSS. Interpretatio.

Tabernæ domina, hoc est uxor tabernarij, si inuenta fuerit in adulterio, accusari potest. Si uero eius ancilla, uel quæ ministerium tabernæ præbuit, in adulterio fuerit deprehẽsa, pro uilitate dimittetur. Sed & ipsa tabernarij uxor, si tam uilis ministerij officium egerit, in adulterio fuerit deprehensa, accusari non potest à marito.

Idem A. ad Euagrium.

Quamuis adulterij crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omnibus sine aliqua legis interpretatione conceditur, tamẽ ne uolentibus liceat temere fœdare cõnubia, proximis, necessarijsq; personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est, patrueli,

consobrino & consanguineo, maxime fratri, quos serus dolor ad accusationem impellit. Sed & hijs personis legem imponimus, ut crimen abolitione compescant. In primis maritum genialis thori uindicem esse oportet, cui quidē ex suspitione etiam ream coniugē facere licet, nec intra certa tempora inscriptionis uinculo teneri ueteres retro principes annuerunt: Extraneos autem procul arceri ab hac accusatione censemus: nam & si omne genus accusationis necessitas inscriptionis astringat, nonnulli tamen proterue id faciunt, & falsis contumelijs matrimonia deformāt.

† III. Id. Maij. PP. Nicomediæ † Cal. Maij Constantino A. VII. & Constantio Cæs. COSS. Interpretatio.

In adulterio extraneam mulierem nullus accuset, sed propinqui ad quorum notam pertinet, hoc est, frater germanus, frater patruelis, patruus, & consobrinus, qui tamen ante inscriptionem, si accusata adquieuerit, possunt per satisfactionem ueniam promereri: reliqui uero ab accusatione prohibentur. Maritis sanè ex suspitione accusare permissum est.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Cynegio PF. P.

In quæstione adulterij ab omni familia non solum mariti, sed etiam uxoris, quæ tamen tunc temporis domi fuerit, quo adulterium dicatur admissum, quærendum est sine defensione cuiusquam. Idem uolumus & si forte mulier marito mortis parasset insidias, uel quolibet alio genere uoluntatem occidendi habuisse inueniatur. Parem etiam conditionem in interrogatione mancipiorum seruari uolumus, si forte maritus eo modo insectetur uxorem. Dat. † III. Id. Decemb. Constantinop. Arcad. A. I. & Bautone COSS. Interpretatio.

† IIII.

De adulterio uxorum, mariti per tormenta familiæ utriusq; hoc est, suæ & uxoris quærere permittuntur. Si tamen illo tempore quo admissum dicitur, hæc ipsa mancipia præsentia, aut in eadem domo fuisse probantur. Similiter & si mortem sibi ab uxore adultera maritus paratam fuisse conqueratur, utriusq; familiæ discussione quæri licet. Similiter etiam familiæ utriusque pœna quærendum est, si maritus mortem uxoris qualibet ratione parauerit.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Cynegio PF. P.

Ne quis Christianam mulierem in matrimoniū Iudæus accipiat, neq; Iudææ Christianus coniugiū fortiatur: Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterij uicem commissi huius crimen obtinebit: libertate in accusandam publicis quoq; uocibus relaxata. Dat. Prid. Id. Mart. Thessal. Theod. A. II. & Cynegio COSS. Interpretatio.

Nec Iudæus Christianam, nec Christianus Iudæam ducat uxorem, quod si fecerit, cuiuslibet accusatione, uelut in adulterio, uindicetur.

Iidem AAA. Orientio Vic. Vrb. Rom.

Omnes, quibus flagitij usu est uirile corpus muliebriter constitutū, alieni sexus damnata patientia: nihil enim discretū uidentur habere cum fœminis,

fœminis, huiusmodi scelus spectante populo flammis uindicibus expiabunt. PP. in foro Traiani VIII. Id. Aug. Valent. VII. & Neoterio COSS. Hæc lex interpretatione non eget.

Imppp. Theod. Arcad. & Honor AAA. Rufino PF. P.

Adulterij accusatione proposita, præscriptiones ciuiles, quibus aut dos repeti fingetur, aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quæ occurrere atq; perstrepere examini consueuerunt, iussimus sequestrari, nec earum obice aliquid negocio tarditatis afferri: sed accusatione fundata, hoc est, cum quo iure, quoue tempore actio fuerit intromissa constiterit, discutiatur crimē, facti qualitas publicetur, cum & iurgia, quæ magnitudine superāt, præponātur, & ciuilis actio criminali iuri postponatur. Idem tamen cum competere cœperit habitura momenti, dummodo non obsit examini. Dat. VII. Id. Decemb. Constantinop. Arcad. A. II. & Rufino V C. COSS. Interpretatio.

Cum adulteriū maritus accusator obiecerit, dotis aut donationis repetitio conquiescat: quia ciuilem repetitionem misceri criminali accusationi non oportet.

Iidem AAA. Rufino PF. P.

Si qui adulteri fuerint accusati, & obtentu proximitatis intentata depulerint, per cōmemorationē necessitudinis fidem crimini derogando, dum existimatur non debere credi, quod allegatur non potuisse cōmitti, hij si postmodum in nuptias suas consortiumq; conuenerint, facinus illud, in quo fuerāt accusati, manifesta fide atq; indicijs euidentibus publicabunt. Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint, iussimus in eosdem seuerissime uindicari, & uelut conuictum facinus confessumq; puniri. Dat. Prid. Non. Decemb. Constantinop. Theod. A. † III. & Abundantio V C. COSS. Interpretatio. † II.

Qui in adulterio accusantur, & se propinquitatis aut amicitiarum excusatione defenderint, si fortasse quolibet tempore secretum crimen publica coniunctione prodiderint, eos uelut manifestos adulteros puniri placet.

SI QVIS EAM, CVIVS TVTOR FVERAT CORRVPERIT. TIT. V.

Imp. Constant. A. ad † Bassum Vic. Italiæ. † Catulinum

VBi puellæ ad annos adultæ ætatis accesserint, & aspirare ad nuptias cœperint, Tutores necesse habeant comprobare, quod puellæ sit intemerata uirginitas, cuius coniunctio postulatur. Quod ne latius porrigatur, hic solus debet Tutorem nexus astringere, ut seipsum probet ab iniuria læsi pudoris immunē. Q̄d ubi constiterit,

omni metu liber optata coniunctione frui debebit: officio seruaturo, ut si uiolatæ castitatis apud ipsum facinus hæreat, deportatiõe plectatur, atque uniuersæ eius facultates fisci uiribus uindicẽtur, q̃uis eam pœnã debuerit sustinere, quã raptori leges imponunt, Dat. Prid. Non. April. †VI. Aquil. Constant. A. †VII. & Constantio COSS. Interpretatio.

Vbi primum puellæ sub Tutore uiuentes ad annos peruenerint nuptiales, & quicunq; petitor accesserit, non prius puella iungatur, nisi uirginitas illius quod à Tutore seruata sit fuerit approbata: nam si ab ipso Tutore conuincitur esse uiolata uirginitas, statim exilio deputetur, & res illius omnes fiscus usurpet.

DE MVLIERIBVS QVAE SERVIS PROPRIIS SE IVNXERVNT. TIT. VI.

Imp. Constant. A. ad Populum.

SI qua cum seruo occulte rem habere detegitur, capitali sententiæ subiugetur, tradendo ignibus uerberone, sitq; omnibus facultas crimen publicũ arguendi, sitq; officio copia nuntiandi, sit etiam seruo licẽtia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur, cum falsæ accusationi pœna immineat. Ante legem nupta tali cosortio segregetur, non solum domo, uerum etiam Prouinciæ communione priuata, amati abscessum defleat relegati. Filij etiam ex hac quos coniunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis insignibus, in nuda maneant libertate, neq; per se, neq; per interpositam personam quolibet titulo uolũtatis accepturi aliquid ex facultibus mulieris. Successio autem mulieris ab intestato, uel filijs si erunt legitimi, uel proximis, cognatisq; deferatur, uel ei quem ratio iuris admittat, † ut & quod ille qui condemnatus est, & quod ex eo suscepti filij quolibet casu in sua uidentur habuisse substãtia, dominio mulieris sociatum, à memoratis successoribus uindicetur. Hijs ita omnibus obseruandis, & si ante legẽ decessit mulier, uel amatus, quoniam uel unus autor uitij censuræ occurrit. Sin uero iam uterq; decessit, subdi parcimus, ne defunctorum parentũ uitijs prægrauẽtur: si sint filij, potiores fratribus, proximis atque cognatis sint relictæ successionis hæredes: Post legem enim hoc committentes morte punimus. Qui uero ex lege disiuncti, clam denuo conuenerint, congressus uetitos renouantes, hij seruorum indicio, uel speculantis officij, uel etiam proximorum †IIII. delatione conuicti, pœnam similem sustinebunt. Dat. †III. Cal. Iun. †V. Serdicæ, Constantino A. †VII. & Constantio Cæs. COSS.

† Id autem

Interpretatio.

Si qua ingenua mulier seruo proprio se occulte miscuerit, capitaliter puniatur. Seruus etiam qui in adulterio dominæ conuictus fuerit, ignibus exuratur. In potestate

state habẽt criminis accusationem serui, ut si detulerint, audiantur, ea tamen ratione, ut si probauerint, libertatem consequantur: si fefellerint, puniantur. Hæreditas mulieris, quæ se tali crimine maculauerit, uel filijs, si sunt ex marito susceptis, uel proximis ex lege uenientibus tribuatur.

AD LEGEM IVLIAM, DE VI PVBLICA ET PRIVATA. TIT. VII.

Imp. Constant. A. ad Catulinum PC. Africæ.

QVi in iudicio manifestam detegitur commisisse uiolentiam, nõ iam relegatione, aut deportatione insulæ plectatur, sed supplicium capitale excipiat: nec proposita prouocatione sententiã, quæ in eo fuerit dicta, suspendat, quoniam multa facinora sub uno uiolẽtiæ nomine cõtinẽtur, cũ alijs uim inferre tentãtibus, alijs cũ indignatione resistentibus, uerbera cædes q̃ crebro detegentur admissæ. Vnde placuit, si forte quis uel ex possidẽtis parte, uel ex eius q̃ possessionẽ temerare tentauerit, interemptus sit, in eum iudicium exeri, qui uim facere tentauit, & alterutri parti causam malorũ præbuit. Dat. XV. Cal. Maij Serdice Gallicano & Basso COSS. Interpretatio.

Conuictus in iudicio de euidenti uiolentiæ crimine, capite puniatur, nec sententiam Iudicis qui damnatus est qualibet appellatione suspendat. Et si fortasse homicidia ab utraq; parte commissa fuerint, in illo uindicetur, qui ut alium per cædem expelleret uiolenter ingressus est.

Idem A. ad Bassum PF. V.

Si quis ad se fundum, uel quodcunque aliud asserit pertinere, ac ad restitutionẽ sibi competere possessionis putat, aut ciuiliter super possidẽdo agat, aut impleta solennitate iuris crimen uiolentiæ opponat, non ignarus eam se sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit cõprobare, quam reus debet excipere. Quod si omissa interpellatione uim possidenti intulerit, ante omnia uiolentiæ causam examinari præcipimus, & in ea requiri, quis ad quem uenerit possidentem, ut ei quem constiterit exclusum, amissæ possessionis iura reparentur, eademq; protinus restituta, uiolentus pœnæ non immerito destinatus, in totius litis terminum differatur: ut agitato negocio principali, si contra eum fuerit iudicatum, in insulam deportetur, bonis omnibus abrogatis. Quod si pro eo quem claruerit esse uiolẽtum, sententia proferetur, omnium rerum, de quibus litigatum est, media pars penes eum resideat, cætera fisci uiribus uindicentur. PP. Prid. Non. Octob. Romæ, Constant. A. V. & Licinio Cæs. COSS.

Interpretatio.

Si quis aduersarium suum ita apud Iudicem crediderit accusandum, ut se adserat uiolentiam pertulisse, ad probationem rei eum conuenit teneri, quod si probare non potuerit, quem dixerat uiolentum, eandem pœnam suscipiat, quam ille quem impetit conuictum potuisse excipere. De reliquo hæc lex prætermittẽda est, quia in quarto libro sub titulo Vnde ui, quæ temporibus posterioribus est, inuenta, habetur exposita.

† PF.V. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Albium † PF.P.

Seruos qui fecisse uiolentiam confessionibus testium, aut proprijs debuntur, si id inscio domino commiserint, postremo supplicio deditos luere perpetrata cẽsuimus. Quod si illi metu atq; exhortatione dominorum uiolentiam admiserint, palam est secundum legem Iuliam dominum † atq; infamem pronuntiatum, loci † aut originis propriæ dignitate non uti: Seruos uero quos furoribus talium paruisse constiterit, metallis per sententiam dedi. Viles autem infames q; personæ, & hij qui bis aut sæpius uiolentiam perpetrasse conuincẽtur, constitutionum Diualium pœna teneantur. Iudicem uero nosse oportet, quod graui infamia sit notandus, si uiolentiæ apud se crimen probatũ distulerit, omiserit, uel impunitate donauerit, aut molliorẽ, quàm præstituimus pœnã protulerit. Dat. Prid. Non. Mart. Mediolan. Valent. A. IIII. & Neoterio COSS. Interpr.

Si serui inscio domino confessi, uel conuicti fuerint uiolentiam commisisse, addicti tormentis grauibus punientur. Si uero iubentibus dominis uiolentiæ crimen admiserint, domini qui illicita præceperunt, notantur infamia, & nobilitatis, uel honoris sui dignitatem tenere non possunt. Serui autem qui talibus dominorum furoribus paruerunt, in metallum detruduntur. Cæterum non liceat Iudicibus discussionem uiolentiæ differre, uel dimittere, uel donare, quod si probauerint uiolẽtiam, & non statim uindicauerint, nouerint se periculum subituros. Viles aũt personæ, quæ bis aut frequenter admisisse uiolentiam comprobantur, constituta legibus pœna suprascripta omnimodis feriantur.

DE PRIVATI CARCERIS CVSTODIA. TIT. VIII.

† Heretio Palatino. Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. † Hemeterio Pup.

† XI. Si quis posthac reum priuato carceri destinarit, reus maiestatis habeatur. Dat. † Prid. Cal. Maij Thessal. Theod. A. II. & Cynegio COSS.

Ista lex interpretatione non eget.

DE EMENDATIONE SERVORVM. TIT. IX.

Imp. Constant. A. ad Maximianum & Macrobium.

Quoties uerbera dñorũ talis casus seruorũ comitabitur, ut moriãtur, culpãdi sunt, qui dũ pessima corrigũt, meliora suis acquirere uernulis uoluerũt. Nec requiri in huiusmodi facto uolumus, in quo

in quo interest domini incolume iuris proprij habere mancipium, utrũ uoluntate occidendi hominis, an uero simpliciter facta castigatio uideatur: toties etenim non placet dominum morte serui reum homicidij pronuntiari, quoties simplicibus quæstionibus domesticam exerceat potestatem. Siquando igitur serui, plagarum correctione imminente, fatali necessitate rebus humanis excedunt, nullam metuant domini quæstionem. Dat. XII. Cal. Mart. Sirmio, Constantino A. V. & Constantio COSS. Interpretatio.

Si seruus, dũ dominus culpam uindicat, mortuus fuerit, dominus non teneatur culpa homicidij, quia tunc homicidij reus est, si occidere uoluisse conuincitur: nã emendatio non uocatur ad crimen.

DE EMENDATIONE PROPINQVORVM. TIT. X.

Imp. Valent. & Valens AA. ad Senatum.

In corrigẽdis minoribus, pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem, ut quos aduitæ decora domesticæ laudis exempla non prouocant, saltem correctionis medicina compellat. Neq; nos in puniendis † morũ uitijs potestatem in immensum extendi uolumus, sed iure patrio autoritas corrigat propinqui iuuenis erratum, & priuata animaduersione compescat. Quod si atrocitas facti ius domesticæ emendationis excesserit, placet enormis delicti reos dedi Iudicum notioni. Dat. Prid. Cal. Decemb. Valent. & Valente AA. COSS. Interpretatio. † minorum

Propinquis senioribus lege permittitur, errorẽ uel culpas adolescentiũ propinquorũ patria districtione corrigere, id est, ut si uerbis uel uerecundia emendari nõ possint, priuata districtione uerberibus corrigatur. Qd' si grauior culpa fuerit adolescentis, quæ priuatim emendari non possit, in notitiam Iudicis deferatur.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS. TIT. XI.

Imppp. Valent. Valens & Gratian. AAA. ad Probum PF. P.

Si quis necandi infantis piaculum adgressus adgressaq; sit, erit capitale istud malum. PP. VII. Id. Feb. Rom. Grat. A. III. & Equitio COSS. Interpretatio.

Siue uir, siue mulier infantem necauerit, reus homicidij tenetur.

† Valens & Gratian. Imppp. Valent. † Theod. & Arcad. AAA. ad Prouinciales.

Liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicunq; militũ, uel priuatorum ad agros nocturnos populator intrauerit, aut itinera frequẽtata insidijs aggressioĩs obsederit, permissa cuicũq; licentia, digno sẽ ilico supplicio subiugetur, ac mortem quam minabatur excipiat, & id quod intendebat incurrat: melius eñ est occurrere in tempore, q̃ post exitũ uindicare. Vestrã igitur uobis pmittimus ultionẽ, & qd' serum est puniri

puniri iudicĩ ſubiugamus edicto, nullus parceat militi, cui obuiari telo oporteat uel latroni. Dat. Cal. Iul. Taciano & Symmacho COSS.

Interpretatio.

Quoties ad faciendam rapinam, aliquis aut iter agentem, aut domũ cuiuslibet nocturnus expoliator adgreditur, huiuſmodi perſonis, quæ uim ſuſtinent, damus etiam cum armis licentiam reſiſtendi, & ſi pro temeritate ſua occiſus fuerit ille, qui uenerit, mors latronis ipſius à nemine requiratur.

DE PARICIDIO. TIT. XII.

Imp. Conſtant. A. ad Verinum Vic. Africæ.

SI quis in parẽtis aut filij, aut omnino affectionis eius quæ nuncupatione paricidij continetur, fata properauerit, ſiue clam, ſiue palã id fuerit enixus, neq; gladio, neq; ignibus, neq; ulli ſolẽni pœnæ ſubiugetur, ſed † inſutus culeo, & inter eas ferales anguſtias comprehenſus ſerpentum contubernijs miſceatur, & ut regionis qualitas tulerit, uel in uicinum mare, uel in amnem proijciatur, ut omni elemẽtorum uſu uiuus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur. Dat. XVI. Cal. Decemb. Accp. Prid. Id. Mart. Carthagine, Conſtant. A. V. & Licinio Cæs. COSS. Interpretatio.

† Aliás. inſutus culco cum cane & gallo gallinaceo, & uipera, & ſimia.

Si quis patrem, matrem, ſororem, filium, filiam, uel alios propinquos occiderit, remoto omnium aliorum genere tormentorum, facto de coreis ſacco, qui culeus nominatur, in quo cum miſſus fuerit, cum ipſo etiam ſerpentes claudantur, & ſi mare uicinum nõ fuerit, in quolibet gurgite proijciatur, ut tali pœna damnatus, nullo tempore obtineat ſepulturam.

DE MALEFICIS, MATHEMATICIS, ET CAETERIS SIMILIBVS. TIT. XIII.

Imp. Conſtant. A. & Cæs. ad Baſſum PF. V.

EOrum eſt ſcientia punienda, & ſeueriſſimis merito legibus uindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra hominũ moliti ſalutem, aut pudicos ad libidinem deflexiſſe animos detegentur. Nullis uero criminationibus implicanda ſunt remedia, humanis quæſita corporibus, aut in agreſtibus locis, ne maturis uindemijs metuerẽtur imbres, aut uenti & grandinis lapidatione quaterentur, innocenter adhibita ſuffragia, qbus non cuiuſq; ſalus, aut exiſtimatio læderetur, ſed quorum proficerent actus, ne diuina munera & labores hominum ſternerentur. Dat. X. Cal. † Iun. Aquil. Criſpo & Conſtantio A. COSS. Interpretatio.

† Iul.

Malefici, uel incantatores, uel immiſſores tempeſtatum, uel hij qui per inuocationem dæmonum mentes hominum turbant, omni genere pœnæ puniantur.

Impp.

Impp. Conſtant. A. & Iulian. Cæs. ad Populum.

Nemo aruſpicem conſulat, nemo ariolum: augurum & uatum prauа confeſſio conticeſcat. Chaldæi & magi, & cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem uulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo diuinandi curioſitas: etenim ſupplicio capitis feriетur gladio ultore proſtratus, quicunque iuſſis obſequiũ denegauerit. Dat. VIII. Cal. Febr. Mediolan. Conſtant. A. IX. & Iuliano Cæs. II. COSS. Interpretatio.

Quicunq; pro curioſitate futurorum, uel inuocatorẽ dæmonum, uel diuinos, quos ariolos appellant, uel aruſpicem, qui auguria colligit, conſuluerit, capite punietur.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Secundum PF. V.

Ne quis deinceps nocturnis temporibus aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut ſacrificia funeſta celebrare conetur, detectum eñ atque conuictum competenti animaduerſione mactari perenni autoritate cenſemus. Dat. V. Id. Septemb. Diuo † Iouiano & Varroniano COSS. Interpretatio.

† Iuliano.

Quicunq; nocturna ſacrificia dæmonum inuocauerit, capite puniatur.

AD LEGEM FABIAM, HOC EST, QVI FILIOS INVOLANT ALIENOS. TIT. XIIII.

Imp. Conſtant. A. ad Domitium Celſum VC. Afric,

PLagiarij, qui uiuentium filiorum miſerandas infligunt parentibus orbitates, metalli pœna cũ cæteris ante cognitionẽ ſupplicijs teneantur. Si quis tamen ciuſmodi reus fuerit oblatus, poſteaquam ſuper crimine † patuerit, ſeruus quidem, uel libertate donatus beſtijs primo quoq; munere obijciatur. Liber autem ſub hac forma in ludum detur gladiatorum, ut antequam aliquid faciat, quo ſe defendere poſſit, gladio conſumatur. Eos autem qui pro hoc crimine iam in metallum dati ſunt, nunquam reuocari præcipimus. Dat. Cal. Aug. Conſtant. A. IIII. & Licinio IIII. COSS. Interpretatio.

† clarueriт

Hij qui filios alienos furto abſtulerint, & ubicunque tranſduxerint, ſiue ingenuus, ſiue ſeruus ſit, morte puniatur.

AD LEGEM CORNELIAM DE FALSO TIT. XV.

Imp. Conſtãt. A. Methilio Hilariano Correctori Lucaniæ & Brutiorũ.

SI quis Decurio teſtamentum uel codicillos, aut aliquam deficientis ſcripſerit uoluntatem, uel conſcribendis publicis priuatiſq; inſtrumentis præbuerit officium, ſi falſi quæſtio moue

r atur, decu-

atur, decurionatus honore sepositio, quæstioni, si ita popoſcerit cauſa, ſubdatur. Sed nõ ſtatim deſinit eſſe decurio, q in huiuſmodi facto fuerit deprehenſus: quantum enim ad municipales pertinet neceſſitates, decurio permanet, & quantum ad rem geſtam & ueritatem reſeruandam, uti decurionatus honore non poterit. Nec uero is qui ante fuerit tabellio, ad eludendam quæſtionem, ſuper hijs quæ ante conſcripſit, factus decurio, defendi hac poterit dignitate: quoniam ſcripturæ ueritas, ſi res popoſcerit, per ipſum debet probari autorem. Dat. III. Cal. Febr. Acc. Cal. Aug. Sabino & Rufino COSS. Interpretatio.

Si quis Curialis uoluntatem morientis, aut quodlibet publicum documentum ſcripſerit, & de falſitate accuſatur, ſepoſita primitus dignitate, ſi neceſſe fuerit ſubdatur examini, qui ſi conuincitur, à Curia non expellitur, ſed Curiæ dignitate priuabitur, id eſt, ut honoratus eſſe non poſſit. Tabellio uero, qui amanuenſis nunc dicit, etiã ſi ad Curiæ puenit dignitatẽ, ſi de falſitate fuerit accuſatus, aut cõuictus, ſubdatur examini, ut per ipſum, per quẽ confecta eſt ſcriptura, ueritas adprobet.

Imppp. Valent. Grat. & Valens AAA. ad Maximum PF. V.

Damus copiam iurgantibus, ſi apud Iudicem proferatur ſcriptura, de qua oritur aliqua diſputatio, ſpatium ut habeat qui perurgeat profitendi, utrum de falſo criminaliter, an de ſcripturæ fide ſtatuat ciuiliter experiri. Quod ſi expetens uindictam falſi crimẽ intenderit, in arbitrio iudicantis erit, an eũ ſinat etiã ſine inſcriptione certari: Iudicis enim poteſtati committi oportet, ut de eo qui obiecta non probauerit, ſumat propoſitum antiquo iure ſupplicium. Rationi quoq; huiuſmodi pleniſſime ſuffragatur antiqtas, quæ nequiſſimos homines & accuſari uoluit, & coherceri legibus uarijs, Cornelia, De ueneficis, Sicarijs, Paricidis, Iulia de adulteris, ambitus úe criminibus, cæteris q; ita promulgatis, ut poſſit etiam ſine inſcriptione cognoſci, pœna tamen accuſatorem etiam ſine ſolẽnibus occuparet. De qua re & diuus Antoninus reſcripſiſſe docetur, idin Iudicis poteſtate conſtituens, quod noſmet in legibus iuſſeramus. Remouebitur itaq; iſtius lenitate reſcripti p̃cepti ſuperioris auſteritas, ut ſi quis deinceps tabulas teſtamenti, chirographa, teſtationes q; , nec non etiam rationes priuatas uel publicas, pacta & epiſtolas, uel ultimas uoluntates, donationes, uenditiones úe, uel ſi quid prolatum aliud inſtituere conabitur, habeat prætermiſſis ſolennibus accuſandi facultatem, pro Iudicis motu ſententiam relaturus. Ciuilis autem inquiſitionis inter utraſq; confligentium partes æquali motu ingruit & recurrit humanitas, cum is qui præerit qũæſtioni, intentiones falſas, aut conficta crimina ex legibus pœnis competentibus poſſit ulciſci. Prop. Rom. XVI. Cal. Maij Valente V. & Valentiniano AA. COSS. Interpretatio.

De falſo poteſt & criminaliter agi ac ciuiliter, cũ aliquis in quibuslibet ſcripturis non

ris non falſi crimen obiecerit, ſed ueritatem ſcripturæ quærere ſe uelle dicit: Nam ſi ad Iudicem uenerit accuſator, & falſi crimen intenderit, Iudex tribuat accuſatori ſpatium, ut deliberet utrum criminaliter agere, an ciuiliter uelit. Qui ſi reuerſus ad Iudicem in obiecto falſitatis perſeuerauerit crimine, in poteſtate Iudicis erit, utrũ inſcriptionem celebrari uelit, an obiectum crimen ſine inſcriptione diſcutere. Aut cum Iudex de obiectione falſitatis audierit, ſeu ſcriptione habita, ſeu omiſſa, aut in accuſatum, ſi falſitas adprobatur, aut in accuſatorem, ſi falſa obiecerit, proferatur ex lege ſententia.

VICTVM CIVILITER AGERE CRIMINALITER POSSE. TIT. XVI.

Imppp. Valens, Grat. & Valent. AAA. ad † Antonium PF. P. † Antonianum

APleriſque prudentium generaliter definitum eſt, quoties de re familiari & ciuilis & criminalis competit actio, utraque licere experiri: nec ſi ciuiliter fuerit actum, criminalem poſſe cõſumi. Sic denicq; & per uim poſſeſſione deiectus, ſi de ea recuperanda interdicto Vnde ui erit uſus, nõ prohibetur tamen etiam lege Iulia de ui publico iudicio inſtituere accuſationem. Et ſuppreſſo teſtamẽto, cum ex interdicto de tabulis exhibendis fuerit actum, nihilominus ex lege Cornelia teſtamentaria poterit crimen inferri. Et cum libertus ſe dicit ingenuum, tam de operis ciuiliter, quàm etiam de lege Viſcellia criminaliter poterit perurgeri. Quo in genere habetur furti actio, & legis Fabiæ cõſtitutum. Et cum una excepta ſit cauſa, de moribus, ſexcenta alia ſunt quæ enumerari non poſſunt. Et cum altera prius actio intenta ſit, per alteram quæ ſupererit iudicatum liceat retractari, qua iuris definitione non ambigitur, etiam falſi crimen, de quo ciuiliter iam actum eſt, criminaliter eſſe repetendum. Dat. Prid. Id. Ian. Treu. Valente VII. & Valent. II. AA. COSS. Interpretatio.

Cauſæ permixtæ ſunt, ciuiles pariter & criminales, & poſſunt hæ cauſæ ita diuidi, ut prius ciuiles, deinde criminales agantur, ſi uoluerit accuſator. Ita ut ſi quis de re ſua fuerit uiolenter expulſus, & rem ablatam ciuili primitus maluerit actione repetere, momentum ſibi reſtitui petat, & ſi de eius proprietate, is qui expulſus eſt, ciuiliter fuerit ſuperatus, criminali poſtmodum actione ſeruata, recepto primitus momento, poteſt poſtmodũ impetere uiolentum. De teſtamento etiam, ſi quis cõmẽdatũ à teſtatore teſtamentum, in fraudem hæredis fortaſſe ſuppreſſerit, & id hæres ſcriptus iudicio reſtitui petit, teſtamento per iudicium momenti beneficio reſtituto, poteſt poſtmodum de ſuppreſſo teſtamento criminalem proponere actionẽ. Et reliquis ſimilibus cauſis ſimilis actio tribuatur.

DE FALSA MONETA. TIT. XVII.

Imp. Conſtant. A. Leontio PF. P.

PRæmio accuſatoribus propoſito, quicunque ſolidorum adulter potuerit reperiri, uel à quoquam fuerit publicatus, ilico omni dilatione ſubmota, flammarum exuſtionibus mãcipetur. Dat. XII. Cal. Mart. Antiochiæ, Placido & Romulo COSS. Interpr.

Præmium accipiat accusator, quicunq; adulterũ monetarium prodiderit. Is qui proditor est, si de monetæ adulteratione conuictus fuerit, ignibus concremetur.

SIQVIS SOLIDI CIRCVLVM EXTERIOREM INCIDERIT, VEL ADVLTERATVM IN VENDENDO SVBIECERIT. TIT. XVIII.

Imp. Constant. A. Leontio PF. P.

OMnes solidi, in quibus nostri uultus ac ueneratio inest, uno pretio æstimandi sunt atque uendendi, quanq; diuersa formæ mensura sit: nec enim qui maiore habitu faciei tendetur maioris est pretij, aut qui angustiore expressione concluditur minoris ualere credendus est, cum pondus idem existat. Quod si quis aliter fecerit, aut capite puniri debet, aut flammis tradi, † uel alia pœna mortifera. Qd' ille etiam patietur, qui mensuram circuli exterioris arroserit, ut ponderis minuat quãtitatem, uel figuratum solidum adultera imitatione in uenden do subiecerit. Dat. VII. Cal. Aug. Gallicano & Basso COSS. Interpr.

† Deest uerbũ cuiusmodi est, affici.

Quicunq; solidum circunciderit, aut alterum subposuerit, aut falsam monetam fecerit, capite puniatur.

DE RAPTV VIRGINVM VEL VIDVARVM. TIT. XIX.

Imp. Constant. A. ad Populum.

SI quis nihil cũ parentibus puellæ ante depactus, inuitã eam rapuerit, uel uolentẽ abduxerit, patrociniũ ex eius responsione sperans, quã propter uitiũ leuitatis, & sexus mobilitatẽ, atq; consilia postulationis, ex testimonijs omnibúsque rebus iudiciarijs an tiqui penitus arguerũt, nihil ei secũdũ ius uetus prosit puellæ responsio, sed ipsa puella potius societate criminis obligetur. Et quoniã parentũ sæpe custodiæ nutricũ fabulis, & prauis suasionibus deludũtur, hijs primũ quarum detestabile ministerium fuisse argui possit, pœna immineat, ut eis meatus oris & faucium, qui nefaria hortamenta protulerit, liquẽtis plumbi ingestiõe claudatur. Et si uoluntatis assensio detegitur in uirgine, eadẽ qua raptor seueritate plectatur. Cũ neq; hijs impunitas præstãda sit, quæ rapiũtur inuitæ, cũ & domi se usq; ad cõiunctionis diẽ seruare potuerint, & si fores raptoris frangerẽtur audacia, uicinorũ opem clamoribus quærere, seq; omnibus tueri conatibus. Sed hijs pœnã leuiorem imponimus, solãq; eis parentũ negari successionẽ præcipimus. Raptor aũt indubitate cõuictus, si appellare uoluerit, minime audiatur. Si qs uero seruus, raptus facinus dissimulatiõe pteritũ, aut pactiõe trãsmissum detulerit, in publicũ latinitati donetur, aut si Latinus sit, ciuis fiat Romanus: parẽtibus, quorũ maxime uindicta intererat, si patientiã præbuerint, ac dolorẽ cõpresserit, deportatione plectẽdis. Participes etiã & ministros

ministros raptoris citra discretionẽ sexus, eadem pœna præcipimus subiugari. Et si quis inter hæc ministeria seruilis conditionis fuerit deprehẽsus, citra sexus discretionẽ eum concremari iubemus. Dat. Cal. April. Aquil. Constant. A. II. & Constantio C. COSS. Interpretatio.

Si cum parẽtibus puellæ nihil quisquã ante definiat, ut eam cõiugio debeat sociare, & eã uel inuitã rapuerit, uel uoluntate si raptori puella consentiat, pariter puniantẽ. Si qs uero ex amicis, aut familia, aut fortasse nutrices puellæ consiliũ raptus dederint, aut opportunitatẽ præbuerint rapiẽdi, liquefactũ plumbũ in ore & in faucibus suscipiant, ut merito illa pars corporis concludatur, de qua hortamẽta sceleris ministrata noscuntur. Illæ uero quæ rapiunt inuitæ, quæ non uocibus suis de raptore clamauerint, ut uicinorũ, uel parentũ solatio adiutæ, liberari possent, parentũ suorũ eis successio denegetur. Raptori cõuicto appellare non liceat, sed statim interipsa discussionis initia à Iudice puniatur. Quod si fortasse raptor cum parentibus puellæ paciscatur, & raptus ultio parentũ silentio fuerit prætermissa, si seruus ista detulerit, Latinam percipiat libertatẽ: si Latinus fuerit, ciuis fiat Romanus. Parentes uero, qui raptori in ea parte consenserint, exilio deputẽtur. Qui uero raptori solatia præbuerint, siue uir siue fœmina sit, ignibus concremetur.

Imppp. Valens, Grat. & Valent. AAA. ad Maximum PF. P.

Qui coniugium raptus scelere contractũ uoluerit accusare, siue propriæ familiæ decus eum mouerit, seu commune odium delictorum, inter ipsa statim exordia insignem recẽti flagitio uexet audacia. Sed si quo casu quis uel accusationem differat, uel reatum, & opprimi è uestigio atrociter commissa nequiuerint, ad persecutionem criminis ex die sceleris admissi quinquennij tribuimus facultatem: quo sine metu interpellationis, & complemento accusationis exacto, nulla deinceps copia patebit arguendi, nec de coniugio aut sobole disputandi. Dat. † XVIII. Cal. † XII. Decemb. Grat. A. III. & Equitio COSS. Interpretatio.

Si accusationem raptus, uel per metum, uel per uoluntatem per quinquennium quisq; distulerit, à die raptus expleto quinquennio, accusandi ultra non habeat potestatem, sed post quinquennium nec de tali coniunctione raptoribus aliquid opponatur, & filij omnes legitimi habeantur.

DE RAPTV VEL MATRIMONIO SANCTIMONIALIVM, VIRGINVM ET VIDVARVM. TIT. XX.

Imp. Constant. A. ad Orfitum.

EAdem utrumq; raptorem seueritas feriat, nec sit ulla discretio inter eum, qui pudorem uirginum sacrosanctarũ, & castimoniam uiduæ labefactare sceleroſi raptus acerbitate detegitur, nec ullus sibi ex posteriore consensu raptæ ualeat blandiri. Dat. † XI. † XII. Cal. Septẽb. Constantio A. † VII. & Constante Cæs. COSS. Interpr. † VI.

Quicunq; sacratam deo uirginem uel uiduam fortasse rapuerit, si postea hijs de coniunctione conuenerit, pariter puniantur.

Imp. Iouianus A. ad Secundum PF. P.

Si quis nõ dicam rapere, sed uel attrectare matrimonij iungendi causa sacratas uirgines uolẽtes, uel inuitas ausus fuerit, capitali sentẽtia feriatur. Dat. XI. Cal. Mart. Antiochiæ, Iouiano & Varroniano COSS.

Hæc lex interpretatione non eget.

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM. TIT. XXI.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Neoterio PF. P.

IVdices, qui se furtis & sceleribus fuerint maculasse conuicti, ablatis codicillorũ insignibus, & honore exuti, inter pessimos † quoq; & plebeios habeãtur. Nec si posthac de eo honore blãdiantur, quo se ipsi indignos iudicauerint. Dat. XVIII. Cal. Febr. Thessal. Gratian. V. & Theod. AA. COSS.

† quosq;

Hæc lex tam euidens est, ut interpretatione non egeat.

Iidem AAA. Floro PF. P.

Sciant Iudices, super admissis propriis aut à se, aut ab hæredibus suis pœnam esse repetendam. Dat. X. Cal. Septemb. Antonino & Syagrio COSS.

Interpretatio.

Omnes Iudices scient, quod quicquid male rapuerint, si ipsi non reddiderint, à suis hæredibus esse reddendum.

DE HIIS QVI LATRONES, SEV IN ALIIS CRIMINIBVS REOS OCCVLTAVERINT. TIT. XXII.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Flauianum PF. P. Post alia.

LAtrones quisquis sciens susciperе, uel offerre iudicijs supersederit, supplicio corporali, aui dispendio facultatũ, pro qualitate personæ, & Iudicis æstimatione plectatur. Si uero actor, siue procurator latronem domino ignorãte occultauerit, & iudicio offerre neglexerit, flammis ultricibus concremetur. Dat. III. Cal. Mart. Merobaude II. & Saturnino COSS.

Interpretatio.

Si quis sciens in domo sua latronẽ susceperit, aut eum occultare uoluerit, aut eũ Iudici tradere fortasse neglexerit, si ingenua & uilior persona est, fustigetur. Si uero nobilior, damno ad arbitrium Iudicis feriatur. Si uero actor aut procurator inscio domino fecerit, incendio concremetur.

DE HIS QVI PLEBEM AVDENT CONTRA PVBLICAM COLLIGERE DISCIPLINAM TIT. XXIII.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Florentio PF. Augustali.

SI qui cõtra euidentissimã iussionẽ susciperе plebẽ, & aduersus publicã disciplinã defendere fortasse tentauerint, multam grauissimam sustinebunt. Dat. XIII. Cal. † Iun. Constantinop. Ricomere & Clearco COSS.

† Ian.

Interpretatio.

Si quis popu-

Si quis populum ad seditionem concitauerit, damnis grauissimis subiacebit.

DE FAMOSIS LIBELLIS. TIT. XXIIII.

Imp. Constant. A. ad Verinum Vic. Africæ.

SI quando famosi libelli reperiantur, nullas exinde calumnias patiantur hij, quorum de factis atq; nominibus aliquid continebunt, sed scriptionis autor potius requiratur, & repertus cum omni uigore cogatur hijs de rebus, quas proponendas credidit, cõprobare, nec tamen supplicio, etiam si aliquid ostẽderit, subtrahatur. Prop. IIII. Cal. April. Carthag. Constant. A. V. & Licinio Cæs. COSS.

Interpretatio.

Qui famosam chartulã ad cuiuscunq; iniuriam, & maculam conscripserit, in secreto aut in publico adfixerit, inueniendam proiecerit, illi contra quem proposita est chartula nõ nocebit, nec famæ eius aliquid derogabit. Sed si inueniri potuerit qui huiusmodi chartulã fecit, constringatur ut probet quæ cõscripsit, qui si etiam quæ scripsit probare potuerit, fustigetur, qui infamare maluit quàm accusare.

Imppp. Valent. & Theod. & Arcad. AAA. Cynegio PF. P.

Si quis famosum libellum, siue domi, siue in publico, uel quocunq; loco ignarus offenderit, aut discerpat priusquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum. Nemini deniq;, si tam curiosus est, referat quid legendo cognouerit: Nam quicunq; obtulerit inuentum, certũ est ipsum reum ex lege retinendum, nisi prodiderit autorem, nec euasurum pœnã huiusmodi criminibus constitutam, si proditus fuerit cuiquam retulisse quod legerit. Dat. XIIII. Cal. Febr. Constantinop. Honorio & † Euodio COSS.

† Nepoté.

Interpretatio.

Si quis chartulã, in cuiuscunq; iniuriam uel infamiam in publico propositam, uiderit, & non statim discerpserit, sed cuicunque quæ in ea sunt legerit, aut fortasse retulerit, ipse uelut autor huius criminis teneatur.

DE QVAESTIONIBVS. TIT. XXV.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. Albutiano Vic. Macedoniæ.

QVadraginta diebus, quæ auspicio ceremoniarũ paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quæstionum. Dat. VI. Cal. April. Thessal. Grat. V. & Theod. I. AA. COSS.

Interpretatio.

Diebus Quadragesimæ, pro reuerẽtia religiõis oĩs criminalis actio cõquiescat.

VT INTRA ANNVM CRIMINALIS † QVAESTIO TERMINETVR. TIT. XXVI.

† actio.

Imppp. Valent. Arcad. & Theod. AAA. Desiderio Vic. Asiæ.

QVisquis accusator reum in iudicium sub inscriptione detulerit, si intra anni tempus accusationem cœptam persequi supersederit, uel quod est cõtumacius, ultimo anni die adesse neglexerit,

quarta

quarta bonorũ omnium parte multatus, aculeos conſultiſſimæ legis incurrat, ſcilicet manente infamia, quam ueteres iuſſerũt ſanctiones. Dat.
† I. IIII. Id. Iul. Treuer. Arcad. A. † II. & Bautone COSS. Interpretatio.

Quicunq; inſcriptione præmiſſa cuiuſcunque criminis reum accuſare uoluerit, ab eo die quo inſcripſit, intra annum peragat propoſitam actionem, qui ſi diſtulerit, infamis effectus, bonorum ſuorum quarta parte multabitur.

Impp. Honor. & Theod. AA. Cæciliano PF. P. Poſt alia.

Nouerint Iudices cuilibet culmini honoríue præſidentes, neceſſarijs utriq; parti, ſi petantur, dilationibus non negatis, à die inſcriptionis intra anni curricula criminales cauſas limitãdas, quo emenſo † habeat accuſa-
† ſubeat † deſtitit tor qui † adſtitit, pœnã ſibi legibus conſtitutã. Et ſi perſona uilior fuerit, cui damnum famæ non ſit iniuria, pœnam patiatur exilij, niſi forte intra anni metas conſenſu partium abolitionem popoſcerit. In Iudicũ autem debet eſſe diligentia, ut ſi nulla rationabilis à reo uel accuſatore dilatio poſtuletur, urgeant talium cauſarum notionem, non expectatis anni moris. Si uero accuſator uel reus, propter documenta forſitan ſibi neceſſaria annum uoluerint cuſtodire, dare aſſenſum debet patiẽtia Cognitoris, in alteram partem ſeueriorem formatura ſententiam. Dat. XII. Cal. Febr. Rau. Honor. VIII. & Theod. III. AA. COSS. Interpretatio.

Iudices, qui inſcriptione præmiſſa criminalia negocia audire cœperint, à die inſcriptionis ſi inducias aut accuſator aut reus petierit, intra annum præſtare debebunt, ut hæc actio intra anni curriculum finiatur. Quod ſi accuſator intra annum quæ propoſuit probare diſtulerit, abſoluto reo, pœnam ſuſcipiat lege ſuperius cõprehenſam. Quod ſi talis perſona ſit, ad cuius deformitatem infamia nõ pertineat, exilio deputetur. Tamen ſi inter accuſatorem & reum, ita Iudice præſente conuenerit, ut pro inſcriptione utriuſq; partis anni integri inducię tribuantur, debet à Iudice non negari, futurum, ut pars quæ poſt inducias fuerit ſuperata, diſtrictiori ſententia feriatur.

DE ABOLITIONIBVS. TIT. XXVII.

Imp. Conſtant. A. ad Ianuarium PF. V.

SI poſt ſtrepitum accuſationis exortæ abolitio poſtuletur, cauſa nouæ miſerationis debet inquiri, ut ſi citra depactionem id fiat, poſtulata humanitas præbeatur. Sin aliquid ſuſpitionis extiterit, quò manifeſtus reus depactione celebrata legibus ſubtrahatur, redẽptæ miſerationis uox minime admittatur, ſed aduerſus nocentẽ reum inquiſitione facta pœna competens exeratur. Dat. VI. Cal. Decemb. Serdicæ Conſtantin. A. V. & Licinio Cæs. COSS. Interpretatio.

Si quem pœnituerit accuſaſſe criminaliter, & inſcriptionem feciſſe de eo quod probare non potuerit, ſi ei cum accuſato innocente conuenerit, inuicem ſe abſoluant. Si uero Iudex eum qui accuſatus eſt, criminoſum eſſe cognouerit, & inter reum & accuſatorem per correctionem de abſolutione reatus conuenerit, is qui reus probatur, remoto conludio, pœnam excipiat legibus conſtitutam.

Imppp. Valent. Valens, & Grat. AAA. ad Probum PF. V.

Accuſator, qui ſe laqueo legis aſtringit, agnoſcat nullum ſibi fore ad latebram abolitionis recurſum, poſtquam aliquid iniuriæ merito inſcriptionis illatæ tolerarit inſcriptus, id eſt, ſi uel carcerem ſuſtinuerit, uel tormenta, uel uerbera, uel catenas. Niſi forte ille qui hæc pertulit, contemnat & donet ipſe quod pertulit, ac par fuerit tam petitoris, quàm petiti in accipienda abolitione conſenſus. Prius tamen, quàm aliqs de quæſtione liberetur, ſequitur ut pleriſque criminibus ne conſentientibus quidem partibus præſtetur abolitio, ut ſunt illa, in quibus aut uiolata maieſtas, aut patria oppugnata uel prodita, aut peculatus admiſſus, aut ſacramenta deſerta ſunt, omniaq; ea quæ iure ueteri continentur: in quibus Iudex non minus accuſatorem ad docendũ quæ detulerit, quàm reum ad purganda quæ negat, debet urgere. Dat. Prid. Id. Octob. Treui. Valent. N. P. & Victore COSS.

Iſta lex ſine expoſitione ſcribenda eſt.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Cæciliano PF. P.

Abolitionem inuito reo, poſtquam fuerit officij cuſtodiæ traditus, intra dies triginta accuſatori petẽti dari permittimus, poſt hoc tempus, niſi reus conſentiat, cenſemus non eſſe tribuendam. Si uero ingenuos aliquos, uelut teſtes criminis petitos ab accuſatore deductos eſſe conſtiterit ſolam cuſtodiæ iniuriam toleraſſe, qui teſtes dicantur eſſe non conſcij, eorum ab accuſatore ſumptibus conſulendum eſt. Quod ſi ingenuorum licet plebeiorum corpora fuerint læſa uerberibus, tormentisq; uexata, abolitionem etiam duarum partium conſenſu petitam, iubemus uigore Iudicum denegari, & crimen propoſitum, cuius examen tormentis iam cœperat agitari, nec ante à Iudice dimitti, quàm in reũ probato crimine uindicetur, aut in accuſatorem pari forma ſententiæ damnatio referatur. Dat. VIII. Cal. Febr. Rau. Honor. † VIII. & Theod. † III. † VII.
AA. COSS. Interpretatio. † II.

Si criminis accuſator intra XXX. dies abolitionẽ petierit, etiã inuito reo à Iudice cõcedat: ut liberi & accuſatus & accuſator abſcedãt: poſt XXX. uero dies, q; accuſatus cuſtodiæ fuerit traditus, niſi † abſolutionẽ & reus & accuſator à Iudice petie- † abolitionem
rint, accuſatori ſolo non eſſe præſtandã. Q; ſi teſtes exhibiti ad petitionem accuſatori fuerint, & in cuſtodiã miſſi fuerint, & abolitio petita præſteẽ, qui fuerint ſumptus quos fecerunt teſtes, eis accuſator exoluat: Nam ſi teſtes exhibiti ab accuſatore pœnæ ſubiacuerint, etiã ſi cõſentient partes, abolitio à Iudicibus denegetur, ſed aut in accuſatũ, ſi conuictus fuerit, aut in accuſatorẽ, ſi nõ cõuicerit legibus, ex ſententia Iudicis pœnam, quam paſſurus erat reus, accuſator excipiat.

DE INDVLGENTIIS CRIMINVM. TIT. XXVIII.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Neoterium PF.P.

NEmo deinceps tardiores fortaſſis affectus noſtræ Serenitatis expectet, exequantur Iudices quod indulgere conſueuimus. Vbi primũ dies paſchalis extiterit, nullum teneat carcer inclu ſum, omnium uincula ſoluantur. Sed ab hijs ſecernimus eos, quibus contaminari potius gaudia lætitiamq; communem, ſi dimittantur, aduertimus. Quis enim ſacrilego diebus ſanctis indulgeat? quis adultero? uelincesti reo tempore caſtitatis ignoſcat? quis non raptorẽ in ſumma quiete gaudio communi perſequatur? Inſtantium nullam accipiat requiem uinculorum, qui quieſcere ſepultos quadam ſceleris immunitate nõ ſinit. Patiatur tormẽta ueneficus, maleficus, adulteratórque monetæ. Homicida quod fecit, ſemper expectet. Reus etiã maieſtatis, de domino aduerſum quem talia molitus eſt, ueniam ſperare non debet. Dat. † v. Cal. † III. † Mart. Mediolan. Arcad. A. I. & Bautone COSS. Interpretatio. † Maij

Sacrilegus, adulter, inceſti reus, raptor, ſepulchrorum uiolator, ueneficus, maleficus, adulterator monetæ, homicida, diebus Paſchæ nullatenus abſoluantur. Reliqui omnes, quos minorum cauſarum culpa conſtringit, diebus uenerabilibus Paſchæ ſpecialiter abſoluantur.

DE CALVMNIATORIBVS. TIT. XXIX.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Lybicum Com. & Magiſtrum utriuſque militiæ.

NOn eſt ratio, cur manifeſti calumniatoris ſupplicium differatur: nec enim patimur frequenter iterari, quæ conſiſtere prima actione non quiuerint, atq; alienam innocentiam ſecuritatemq; ſine crimine damnabili appetitione terreri. Dat. III. Cal. Ian. Conſtantinop. Merobaude II. & Saturnino COSS. Interpretatio.

Calumniatores ſunt, quicunq; cauſas ad ſe non pertinentes, ſine mandato alterius propoſuerũt. Calumniatores ſunt, quicũq; iuſto iudicio uicti, cauſam iterare tentauerint, aut in iudicio proponũt. Calumniatores ſunt, quicunq; quod ad illos non pertinet petunt, aut in iudicio proponũt. Calũniatores ſunt, qui ſub nomine fiſci facultates impediũt alienas, & innocentes quietos eſſe non permittũt. Calumniatores etiã ſunt, q falſa deferẽtes contra cuiuſcunq; innocẽtis perſonã, principis animos ad iracundiã cõmouere præſumũt. Qui oẽs infames effecti, in exiliũ detrudantur.

Iidem AAA. Menandro Vic. Aſiæ.

Noſtris, & parentũ noſtrorũ cõſtitutionibus cõprehenſum eſt, eos qui accuſationẽ alienis nominib. præſumpſiſſent, delatorũ numero eſſe ducẽdos: atq; ideo calũnioſiſſimũ caput, & perſonã irritæ delationis infamem deportatio ſequatur, quo poſthac ſinguli uniuerſiq; cognoſcant, non licere in eo principum animos commouere, quod nõ poſſit oſtendi. Dat. VII. Id. Maij Conſtantinop. Arcad. A. I. & Bautone COSS.

Hæc lex interpretatione non indiget.

Impp.

Impp. Arcad. & Honor. AA. Victuro Proc. Africæ.

Innocẽtes ſub ſpecie falſæ criminationis nõ patimur callidorũ impugnatione ſubuerti, qui ſi tẽtauerint, intelligãt ſibimet ſeueritatẽ legũ pro commiſſis facinoribus incumbere. Dat. III. Id. Mart. Mediolan. Honorio A. IIII. & Eutychiano COSS.

DE POENIS. TIT. XXX.

Imp. Conſtant. A. ad Catulinum.

QVi ſententiã laturus eſt, temperamentũ hoc teneat, ut nõ prius capitalẽ in quempiam promat ſeueramq; ſententiã, quàm in adulterij, uel homicidij, uel maleficij crimen, aut ſua confeſſione, aut certe omniũ qui tormentis, uel interrogationibus fuerint dediti, in unũ conſpirantes, concordantesq; rei finem conuictus ſit, & ſicin obiecto flagitio deprehenſus, ut uix etiã ipſe ea †quæ commiſerit negare † qui ſufficiat. Dat. IIII. Non. Nouemb. Treu. Acc. XV. Cal. Maij, Adrumeti, Voluſiano & Anieno COSS. Interpretatio.

Iudex criminoſum diſcutiẽs, nõ ante ſententiã, pferat capitalẽ, q; aut reus ipſe fateat uel cõuictus, aut per innocẽtes teſtes, uel per cõſcientiã criminis ſui aut homicidium, aut adulterium, aut maleficiũ commiſiſſe manifeſtius conuincatur.

Imppp. Valent. Valens, & Gratianus AAA. ad Prætextatũ P. V.

Quoties in ſenatorij ordinis uiros, pro qualitate peccati auſterior fuerit ultio proferenda, noſtra potiſſimũ explorentur arbitria: quo rerũ atq; geſtorũ tenore cõperto, eam formã ſtatuere poſſimus, quã modus facti contemplatioq; dictauerit. Dat. VIII. Id. Octob. Remis, Gratiano A. & Dagalaipho COSS. Interpretatio.

Siquando aliquæ maiores perſonæ, aut alicuius dignitatis uiri uocantur in crimen, Iudex ad rerum dominos referat, ut de huiuſmodi perſonis quid fieri debeat dominorum præceptio iura conſtituat.

Imppp. Grat. Valẽt. & Theod. AAA. Flauiano PF. Illyricæ & Italiæ.

Si uindicari in aliquos ſeuerius, contra noſtrã conſuetudinẽ, pro cauſæ intuitu iuſſerimus, nolumus ſtatim eos aut ſubire pœnã, aut excipere ſententiã, ſed per dies triginta ſuper ſtatu eorũ ſors & fortuna ſuſpenſa ſit: Reos ſanè †accipiat, uinciatq; cuſtodia, & excubijs ſolertibus uigi- † excipiat lanter obſeruet. Dat. XVI. Cal. Septemb. Veronæ, Antonio & Syagrio COSS. Interpretatio.

Si Princeps cuiuſcunq; graui accuſatione cõmotus, quenq; occidi præceperit, nõ ſtatim à Iudice, quæ ab irato Principe iuſſa ſunt, cõpleãtur, ſed triginta diebus qui puniri iuſſus eſt, reſeruetur, donec pietas dominorũ iuſtitiæ amica ſubueniat.

Impp. Arcad. & Honorius AA. Eutychiano Præfecto.

Sancimus ibi eſſe pœnã, ubi & noxa eſt: Propinquos, notos, familiares, procul à calumnia ſubmouemus, quos reos ſceleris ſocietas non faciat: nec eũ affinitas, uel amicitia nefariũ crimen admittunt. Peccata igi-

tur ſuos teneant autores, nec ulterius progrediatur metus, quàm reperi tur delictum. Hoc ſingulis quibuſq; Iudicibus intimetur. Dat. VIII. Cal. Aug. Cõſtantinop. Gratiano A. & Theodoro VC. COSS. Interp.

Pœna illum tantum ſequatur qui crimen admiſit, propinqui uero, affines, uel amici, familiares, uel noti, ſi conſcij criminis non ſunt, nõ teneantur obnoxij. Nemo de propinquitate criminoſi, aut de amicitijs timeat, niſi ſi qs ſcelus admiſerit.

NE SINE IVSSV PRINCIPIS CERTIS IVDICIBVS LICEAT CONFISCARE TIT. XXXI.

Imp. Theod. A. & Valent. Cæſar ad Hyerium PF. P.

NVlli Iudicũ, exceptis hijs qui in ſumma adminiſtrationis ſunt poſiti poteſtate, uitæ quoq; noxijs ius adimendæ ſortiti ſunt, quenquã omnino inconſulta noſtra Clementia in ullo genere criminationis triſti liceat proſcriptionis tẽpeſtate percellere. Ad nos ſimulationũ genera, quæſtionis ordo, criminũ moles, documentorum, probationũq; penſanda libramenta mittãtur. Nemo ſibi præſumat moderatorũ, prouinciarumq; rectorũ, ſub † quibuſcunq; inſulis poteſtate quenquã patrimonij uniuerſis priuare ſubſidijs: nullus gladij ſui, & ius ſeueritatis coërcet, in quo ſtatim diſtringi ferrũ iura præcipiunt, quorumq; differri ſupplicij materia eſt interitus plurimorũ. Dat. X. Cal. † X. Feb. Conſtantinop. DD NN. Theod. A. † XI. & Valent. Cæs. COSS.

† cuiuſcunque tituli

Interpretatio.

Nullus Iudicum priuatas facultates fiſci nomine proſcribere aut occupare præſumat, ſed ad rerũ dominos referat cauſam, pro qua hoc quod aliquis mereatur, & quod iuſſum fuerit, obſeruetur.

DE BONIS PROSCRIPTORVM, SEV DAMNATORVM. TIT. XXXII.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Symmachum PF. V.

SVbſtantiã damnatorũ integrã ad liberos peruenire, & in qualibet cauſa poſitis parentibus, liberos hæredes eſſe præcipimus: excepta ſola maieſtatis quæſtione, quã ſi quis ſacrilego animo aſſumit, iuſte pœnã ad ſuos etiã poſteros mittit. Dat. VII. Cal. Decemb. Mediolani, Diuo Iouiano, & Varroniano COSS. Interp.

Si quis pro crimine ſuo occidi uel damnari meruerit, crimẽ cum autore ſuo deficiat: Bona uero ad filios uel hæredes legitimos pertinebunt: niſi forte maieſtatis crimine damnatus ſit aliquis, quorum etiam filios de bonis damnati patris iubemus fieri alienos.

Imppp. Valens, Grat. & Theod. AAA. Poſthumiano PF. P.

Ad beneficium legis Valentinianæ pertineant Poſthumi quoq;, puniti patris ut bona faciant non caduca, & ne quis partũ, qui fuerit, uel ſuppoſitum arguat, uel non ſuppoſitum mentiatur, ſi forte eo tempore, quo maritum ſeueritas rapiet ad pœnã, excepto tamen maieſtatis reatu, ſicut

tu, ſicut ante præceptũ eſt, grauidam ſe uxor aduerterit, mittet ad Iudicem, conueniet magiſtratus, maneat depoſita de conceptione teſtatio, petantur futuræ partitudinis teſtimonia, adhibitis q; cuſtodibus fœcũditas pudica ſeruetur: Quippe illam fidem ſolam generis fiſco noſtro uolumus eſſe potiorẽ, de cuius minime natiuitate dubitetur. Dat. VIII. † Id. † Cal. April. Conſtantinop. Merobaude II. & Saturnino COSS. Interp.

Si quicũq; damnatus prægnantẽ reliquerit uxorẽ, ſtatim mulier de cõceptu ſuo Iudici, uel Curiali cõteſtetur, ut cum pepererit, in bonis damnati poſthumus, id eſt poſt mortem patris natus, ſuccedat.

Impp. Arcadius & Honorius AA. Cæſario PF. P.

Si quis poſthac ſtylum, quod abſit, proſcriptionis exceperit, ſolus criminis ſui ſoluat pœnas, neminẽ habeat in bonorũ amiſſione conſortem: ſit à proſcripti mariti ſorte uxor aliena, quod, ut aſſolet, proſcripti uxor proprias ueluti manu iniecta mox uindicet, aut certe à quoquo occupatas ſtatim recipiat facultates. Dos etiã, non quæ aliquoties inaniter dotalium inſtrumentorũ tenore conſcribitur, ſed quã ſe corporaliter tradidiſſe docuerit, præſentetur: Ea, etiamſi forte cum proſcripti bonis mixta ſit, non negetur, quæ ab innoxio adhuc marito, ante nuptias titulo donationis acceperit. Sin uero frater, ſoror, propinquus, affinis, & quicũq; proſcripto qualibet ſorte ſociantur: tam lõge enim unuſquiſq; à metu ac pœna abeſſe debet, quàm alienus à crimine eſt. Dat. III. Non. Aug. Conſtantinop. Arcad. † IIII. & Honorio † III. AA. COSS. Interpret. † III.

Quicũq; damnari proſcribiq; meruerit, ab eius facultatibus bona uxoria ſeque † XIII. ſtrentur, ita ut & dotẽ, quam marito uxor, aut eius parentes detulerunt, & donationẽ, quã ante nuptias pro coniunctione perceperat, uxor retineat, ſibiq; uindicet, et à bonis, pſcriptæ facultatis alienet, qa mariti crimine uxor nõ poterit obligari.

Iidem AA. Studio communis reip.

Ne quis proſcriptorum bona, uel eorum qui publicam uidentur excepiſſe ſententiam, intra biennium æſtimet, poſtulando abſtineant, facultatibus intra id temporis expetendis, ut aut proprias quis recipiat, ſi ut nobis ingenitum eſt, duriores caſus, ac triſtiorem fortunam imperatoria humanitate molliamus. Aut tum demum poſtulent, cum iam fiſcalem potius, quàm proſcriptorũ rem expetiſſe noſcãtur. Si quis autẽ petendas proſcripti aut deportati intra biennium crediderit facultates, careat fructu liberalitatis auguſtæ, ita ut nec inſtruantur huiuſmodi petitiones, nec ſi temere inſtructæ fuerint, et ſub ſpeciali beneficij munificentia noſtram prouocauerint liberalitatẽ, habeant aliquas uires indulta. Dat. XIIII. Cal. Febr. Conſtantinop. Vincentio & Fabritio COSS. Interpretatio.

Bona eorum qui proſcribi meruerint, à quocunq; intra biennium proſcriptionis quis petierit, quod meruerit non ualebit: quia ſolet miſericordiæ noſtræ Pietas commoueri, & reddere quæ merito commota iuſſit auferri.

DE SENTENTIAM PASSIS, ET RESTITVTIS, ET LIBERIS EORVM. TIT. XXXIII.

Imp. Constantinus A. ad Maximum PF. V.

IN quæstione testamenti, quo deportati filius remeante patre fecisset, remotis Vlpiani atq; Pauli notis, Papiniani placet ualere sententiã: ut in patris sit filius potestate, cui dignitas ac bona restituta sunt, ita tamen, ut gesta per filiũ, cuius consilia legitima ætas firmauerat, rata sint, eodem in potestatẽ patriam redeunte, ne eorum rescissio efficiat, quod est maxime absurdũ, eodem tẽpore nec in patris, nec in sua quenquã fuisse potestate. Minores enim ætate iure quicquam agere prohibentur, quibus si damnato patre tutor datus est, necesse est ut ab officio recedat, regresso eo, quẽ non solum nomine redire, sed etiã officium suum nulla prauitate corruptum liberis præbere oportet, ut eorum bona tueatur & augeat. Nam si patria potestate ad corrumpendi atque effundendi patrimonij licentiam abutetur, ut furioso ac dementi, item prodigo, libidinum omniumq; uitiorum seruo non est eorũ com
† qui mittẽda pecunia: †Quin ab administratiõe fugiat, neq; tutor esse desinat, omniaq; minoris dispendia suis ipse damnis præstet. Sententia uero deportationis nullo patrẽ præiudicio diminuat, quẽ si comperta integritas ut natura ita officio liberis restituerit, ei gubernacula rerũ tradẽda sunt, cuius ad imitationem publici iuris prouisa custodia est: quæ nisi bonis patribus detur, luctuosior erit reditus quàm discessus. Idcóque tantum ad restitutionem indulgentia ualeat, quantum ad correctionem sententia ualuit. Vtq; deportationis ipsum per se nomen rerum omnium spo
† restitutio liatio est, ita indulgẽtiæ †reditus bonorũ ac dignitatis uno nomine amissorũ omniũ sit recuperatio. Et filij emancipationẽ à patribus officijs petãt, ut libertatẽ nõ damnationis, sed lenitatis paternæ testẽ habeãt. Dat.
† VI. †XVII. Cal. Octob. Syrmio, Crispo II. & Cõstant. Cæs. COSS. Int.

Si quis pater in exiliũ missus, filiũ in maiore ætate reliquerit, quæcunq; de bonis propriis gessit filius, iuxta sententiã Papiniani rata & firma pmaneãt, nec cõtra aut testamentũ, aut transactionẽ filij reuersus pater uenire permittitur. Sanè cum redierit pater, si filiũ uiuũ inuenerit, in ius suũ in paterna potestate recipiat, & si iterũ qdẽ de rebus propriis quæ absente patre filius gessit, reuersus pater reuocare non poterit. Quicquid uero filij in annis minoribus constituti fecerint, penitus non ualebit: qui tamẽ si, p ætate, uel absentia patris, aut tutoris, aut curatoris acceperit, reuersus pater ad filios, repulsis curatorib. uel tutoribus, cũ omni facultate recipiet: ea tamen cõditione, ut rẽ filiorũ ita administret ac regat, ut nõ solũ detrimẽta nõ sentiãt sed studio patris res et facultas, pficiat filiorũ. Qd si pater aut, pdigus, aut negligẽs, aut euersor, aut libidini deditus esse cõuincet, & filiorũ res impie ac demẽter uastare, ac dilapidare cognoscet, filij talis patris tanq; eo mortuo sub tutore aut curatore cõsistant: quia sicut æquũ est, ut bonus ac utilis pater rem filiorũ regendã administrandamq; recipiat, ita iniquũ est, ut in damnũ filiorũ reuersus, facultates à tutoribus

ribus reseruatas, dementi subuersione dilaceret.

DE HIS QVI AD ECCLESIAM CONFVGIVNT. TIT. XXXIIII.

Impp. Theod. & Valent. AA. Antiocho PF. P.

PAteant summi dei templa timentibus, nec sola altaria, & oratorium templi circũiectum, quod ecclesias quadripertito intrinsecus parietum septo concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita. Sed usq; ad extremas fores ecclesiæ, quas oratũ gestiẽs populus primas ingreditur, confugiẽdo aram salutis esse præcipimus, ut †inter tẽpli, quod parietũ descripsimus cinctu, & post loca publica, & ianuas primas ecclesiæ quicqd fuerit interiacens, siue in cellulis, siue in domibus, hortulis, balneis, areis atq; porticibus, confugas interioris templi uice tueatur. Nec in extrahẽdo eos conetur quisq; sacrilegas manus immittere, neq; qui hoc ausus sit, cum discrimen suum uideat, ad expetendam opem ipsi quoq; confugiant. Hanc aũt spatij latitudinẽ ideo indulgemus, ne in ipso dei templo, & sacrosanctis altaribus, cõfugientiũ quenq; mane uel uespere cubare uel pernoctare liceat, ipsis hoc clericis religionis causa uetantibus: ipsisq; qui confugiũt pietatis ratione seruantibus. Arma quoq; in †quauis teli ferriue specie eos qui cõfugiũt minime intra ecclesias habere præcipimus, quæ nõ modo à summi dei templis, ac diuinis altaribus prohibentur, sed etiã cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis atq; porticibus. Proinde hij qui sine armis ad sanctissimũ dei tẽplũ, aut sacrosanctũ altare, siue usquã gentiũ, siue in hac alma urbe confugiunt, somnum intra templũ, siue ipsum altare, uel omnino cibum capere absq; aliqua eorũ iniuria ab ipsis clericis arceantur, designãtibus spatia, quæ in ecclesiasticis septis eorũ tuitioni sufficiant, abducẽtibus capitalẽ pœnã esse propositam, si qui eos conentur inuadere: quibus si perfuga nõ annuit, neq; cõsentit, præferẽda † humanitatis religio est, & à diuinis ad loca quæ diximus turbanda temeritas. Hos uero qui tẽpla cũ armis ingredi audẽt, ne hoc faciãt præmonemus. Dein si telis cincti quouis ecclesiæ loco, uel ad tẽpli septa, uel circa, uel extra sint, statim eos ut arma deponãt autoritate episcopi à solis clericis seuerius conueniri præcipimus: data eis fiducia, quod religionis nomine melius q̃ armorum præsidio muniantur. Sed si ecclesiæ uoce moniti, post tot tantorũq; denũtiationes noluerint arma relinquere, iam Clemẽtiæ nostræ apud deũ, & Episcoporũ causa purgata, armatis, si res ita exegerit, intromissis, trahẽdos se abstrahẽdosq; cognoscãt, & omnibus casibus esse subdẽdos. Sed neq; Episcopo inconsulto, nec sine nostra, siue Iudicum in hac alma urbe, uel ubicunque iussione, armatum quenq; ab ecclesijs abstrahi oportebit: ne si multis passim hoc liceat, cofusio generetur. Dat. x. Cal. April. Constantinop.

† iter

† aliãs, in quouis telo, ferro, uel specie.

† humanitati

ſtantinop. Antiocho VC. C. Interpretatio.

Eccleſiæ,ac loca deo dicata,reos,qui ibidẽ cõpulſi timore cõfugerint,ita tueantẽ clericis, ut nulli locis ſanctis ad direptionẽ reorũ uim ac manus inferre præſumãt, ſed quicqd ſpatij uel in porticibus, uel in atrijs ad eccleſiã adiacẽtib. ptinet, uelut interiora tẽpli præcipimus cuſtodiri, ut reos timoris neceſſitas nõ cõſtringat circa altaria manere, & loca ueneratiõe digna polluere. Sanè ſi q ad loca ſancta cõfugerint, arma ſi qua ſecum portauerint, mox deponant, nec ſe æſtiment magis armorum præſidio, quàm ſanctorum locorum ueneratione defendi. Quod ſi deponere arma noluerint, & ſacerdoti, uel clericis non crediderint, ſciant ſe armatorũ uiribus extrahendos. Si uero extrahere de locis ſanctis quẽlibet reum quacunq; ratione quis tentauerit, nouerit ſe capitali ſupplicio eſſe damnandum.

TITVLI LIBRI DECIMI.

De iure fiſci.
De locatione fundorum iuris enphiteutici, & reip.
De actoribus, procuratoribus & conductoribus rei publicæ.
De bonis uacantibus.
De petitionibus, & ultro datis, & delatoribus.
Si petitionis ſotius ſine hærede defecerit.
De aduocato fiſci.
De fiſci debitoribus.
De fide & iure haſtæ.
De theſauris.
De metallis, & metallarijs.

CODICIS THEODOSIANI LIBER DECIMVS.

DE IVRE FISCI. TIT. I.

Imp. Conſtantinus A. ad Seuerum Rationalem Africæ. Poſt alia.

POſſeſſiones atq; mancipia fiſci, quæ patrimonio quibuſdam donauimus, hæc directo iure atque perpetuo abſque omni ſequeſtratione uolumus obtineri: pœna contra rationales & magiſtros priuatim atque officiales propoſita, ſi quid cõtra tentauerint. PP. XVI. Cal. Iun. Rom. in foro Traiani. Conſtant. A. V. & Licinio Cæs. COSS. Interpretatio.

Quicunq; agri atque mancipia, quibuſcunq; perſonis de fiſci noſtri iure donantur, apud eos quibus donata ſunt ſine ſuſpitione aliqua uolumus permanere: contra ordinatores domorum dominicarum pœna propoſita, ſi contra præceptionem facere cognoſcuntur.

DE LO/

DE LOCATIONE FVNDORVM IVRIS ENPHITEVTICI, ET REIP. †FVNDORVM. TIT II.

† & templorum.

Imppp. Valent. Valens, & Grat. AAA. ad Probum PF. V.

VRialibus omnibus conducendorum reip. prædiorum, ac ſaltuum inhibeatur facultas, illo etiam obſeruando, ne quis Curialium uel de extraneis ciuitatibus fundos, ac loca huiuſmodi conductione ſuſcipiat. Dat †V. Cal. Iun. Treueris, Modeſto & Arinthio †VI. COSS. Interpretatio.

Omnibus Curialibus conducendorum reipub. agrorum, ac ſaltuum licentia denegetur, illo ſpecialiter obſeruando, ut nullus Curialis uel de extraneis ciuitatibus agros ac loca ſuprafcripta ſub qualibet conditione ſuſcipiat, nec ſub hac occaſione ſeruitia curiæ debita non impendat.

DE ACTORIBVS, PROCVRATORIBVS, ET CONDVCTORIBVS REI PRIVATAE TIT. III.

Imp. Conſtantinus A. ad Philippum Vic. Vrbis.

SIquis ab actore rerum priuatarum noſtrarũ, ſiue à procuratore fuerit uexatus, ſuper eius calumnijs uel deprædationibus deferre querimoniã non dubitet: quæ res cum fuerit comprobata, ſancimus, ut idem qui contra prouinciale quicquã moliri fuerit auſus, publice concremetur: Quoniã grauior pœna conſtituẽda eſt in hos, qui noſtri iuris ſunt, & noſtra debẽt cuſtodire mãdata. Dat. III. Non. Mart. Heracleæ, Conſtant. A. III. & Licinio III. Cæs. COSS. Int.

Quicunq; ab actore dominico, uel procuratore fuerit alicuius iniuriæ improbitate uexatus, de eorum calumnijs uel deprædationibus ad principem cõuolare debebit, quæ res ſi potuerit probari, eos qui circa prouinciales talia facere auſi ſunt, placuit incendio concremari: quia grauiorem pœnam principes conſtitui uoluerunt in eos qui ſui iuris ſunt, ut ſuaderent cuſtodiri mandata.

Impp. Valent. & Valens A. ad Seuerũ Vic. Vrbis.

Diuum Iulianũ hoc competentiſſime decreuiſſe comperimus, ut actores rei priuatæ noſtræ minime neceſſitatibus terrerentur, atque afflictarentur iniurijs, quas ſæpenumero rectores prouinciarum uel arrogatione illicita principalium, uel proprijs decretis ordinis fieri cenſuiſſent. Quod adeo nos probamus, ut ratum eſſe iubeamus. Dat. XI. Cal. Aug. Mediolani, Valent. & Valente COSS. Interpretatio.

Iulianum principem bene ac ſalubriter ſtatuiſſe certiſſimũ eſt, ut actores domus dominicæ nullis neceſſitatibus terrerentur, aut fatigarentur iniurijs, quas eis frequenter rectores prouinciarum per ſuggeſtiones principaliũ facere † cõſueſſent, cuius facti conſtitutionem intantum rationabilem & neceſſariam iudicamus, ut firmam permanere iubeamus. † cenſuiſſent

DE BONIS VACANTIBVS. TIT. IIII

Imp. Constantinus ad Seuerum PF. V.

† & meritis

NEc interpellatis hijs quibus pro laboribus suis †emeritis aliquid donauerimus, sed in iure suo, hoc est sine molestia litis manentibus, cõcitatorẽ iudicij, qui inquietudinẽ inferre tentauerit, examini tuo præsentari oportet, ut citra molestiam possidentis, ius suũ manifestis probationibus doceat, in quo partes reluctantes ipse suscipies, quoniam fructus liberalitatis nostræ pulsatur. Hac enim lege sancimus, ut quicunq; in tales uenient querelas, secũdum prædictam formam ius suum ostendant, hijs quæ comperta fuerint ad nostram scientiam referendis, ut salua possidentium proprietate, quibus, ut dictũ est, in perpetuum quæsita est firmitas possidendi, deliberationis nostræ sit, qualiter hijs qui allegationes suas probauerint, beneficio Lenitatis nostræ extrinsecus debeat subueniri. Recit. IIII. Non. Aug. in Palatio, Const. A. VII. & Constantino Cæs. COSS. Interpretatio.

Non inquietentur hij, quibus aliqua pro suo labore donamus, sed omnibus quæ hijs donauimus in ipso iure positis, hij qui eos inquietare uoluerint, ad iudicij audientiã protrahantur, ut sine aliqua molestia possidentis ius suũ pulsator ualeat confirmare, omnibusq; quæ de hac re inter priuatos acta fuerint, ad nostrã notitiam referendis, ut & nostris inquietatus remedijs adiuuetur.

DE PETITIONIBVS, ET VLTRO DATIS, ET DELATORIBVS. TIT. V.

Imp. Constantinus A. ad populum.

OMprimatur unum maximum humanæ uitæ malum, delatorum execranda pernities, & inter primos conatus in ipsis faucibus stranguletur, & amputata radicitus inuidiæ lingua uellatur, ita ut Iudices nec calumniam, necuocem prorsus deferentis admittant. Sed si quis delator extiterit, capitali sententiæ subiugetur. Dat. & PP. in foro Diui Traiani, Cal. Decemb. Constantino A. V. & Licinio Cæs. COSS. Interpretatio.

Delatores dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas, aut caput impetunt alienum. Quicunq; delator cuiuslibet rei extiterit, in ipso proditionis initio reus à Iudice loci correptus continuo stranguletur, & ei incisa radicitus lingua tollatur, ut si quis proditor futurus est, nec calumnia, nec uox illius audiatur.

Iidem AA. ad Prouinciales.

Omnes Iudices inuigilare præcipimus, & delatores pœnis afficere: † incaßum apertissimi enim iuris est, ut quod ex cuiuscũq; patrimonio ceciderit †in casum, & legibus, & retro iuris ordine fisci aduocatis agentibus uindicetur. Sed quia nonnulli præcipites secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus, qui se læsos existimant, contra delatores

tores seueritatem Iudicum implorare ferro districtam: nemo enim potest delatorem plus agnoscere, quàm ille qui iniuriam per eius nequitiam sustinuit. Dat. X. Cal. April. Constantinop. Constantio & Albino COSS. Interpretatio.

Custodientes iustitiam, nomina persequamur delatorum, ita ut cum agniti & conuicti fuerint delatores, gladio puniantur.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Prouinciales Afros.

In tantum humani generis inimicos arbitra æquitate persequimur, ut delatores prouinciales puniri gladio iusserimus. Dat. pridie Non. Febr. Mediolani, Valentiniano & Valente COSS.

Ista lex interpretatione non indiget.

Imppp. Valens, Grat. & Theod. AAA. Eutropio PF. P.

Quisquis in crimine maiestatis deprehensus fuerit, & punitus, bonaq; eius, sicut plectendi consuetudo criminis habet, fiscus inuaserit, nullus eadem sub spe munificentiæ principalis audeat proprio iure poscere, qui contra legem id ausus fuerit sperare quod non licet, reus uiolatæ legis habeatur. Sed quoniam plerunq; in nonnullis inuerecunda petentum inhiatione constringimur, ut etiam non concedenda tribuamus, ne rescripto quidem nostro aduersum formam latæ legis loci aliquid relinquatur. Si quid autem ex bonis talibus nostro iudicio, nullo tamen desiderante atque poscente, concedi cuiquam uoluerimus, huiusmodi tantum ualeat liberalitas. Dat. XVI. Cal. Decemb. Thessalonicæ, Gratiano A. V. & Theod. A. I. COSS. Interpretatio.

Quisquis in crimine maiestatis inuentus fuerit & punitus, bona eius fiscus acquirat, ita ut nullus aliquid de eius facultatibus sibi uel munificentiæ iure audeat postulare: Et si aliquid contra leges crediderit postulandum, nec id quod petijt accipiat, & uiolator legis habeatur. Si quid tamẽ nullo petente, proprio arbitrio de talibus bonis cuiquam dederimus, donatio huiusmodi firma permaneat.

Iidem AAA. Panellenio Consulari Libyæ.

Seruum domini delatorem, iubemus in exemplum omnium proditorum seueriſſimæ sententiæ subiugari, etiamsi obiecta probauerit. Dat. VII. Cal. Nouemb. Constantinop. Antonio & Syagrio COSS.

Ista interpretatione non indiget.

SI PETITIONIS SOCIVS SINE HAEREDE DEFECERIT. TIT. VI.

Imp. Constantinus A. ad Mygdonium.

BAstrense peculiũ, siquis forte decesserit eorum, qui communi nomine donatum aliquid à nostra impetrauerunt Clemẽtia, nec superstites reliquerit successores, placet non ad extraneam quamcunq; personam, sed ad socium uel consortem peruenire portionẽ illius;

qui inteſtatus, aut ſine liberis diem functus eſt. Dat. XII. Cal. April. Antiochiæ, Conſtant. IIII. & Licinio IIII. COSS. Interpretatio.

Si aliquis ex hijs mortuus fuerit, ad quos nominatim munificentia noſtra proceſſit, & nec teſtamentum feciſſe, nec filios reliquiſſe cognoſcitur, placet ut portionem eius, cum quo pariter defunctus accepit, id eſt, ſocius acquirat: merito eñ ſocius præfertur, ubi filij nulla perſona interueniſſe cognoſcitur.

DE ADVOCATO FISCI. TIT. VII.

Imp. Conſtant. A. Eliano Proc. Africæ. Poſt alia.

FIſci aduocatus pœnã metuens, caueat ne fiſcalia commoda occultet, néue in ullo negocio exiſtentes fiſci nomine priuatis audeat calumnijs commouere. Dat. VI. Id. Nouemb. Treueris, Conſtant. A. IIII. & Licinio Cæs. COSS. Interpretatio.

Hij qui fiſci noſtri commoda, uel utilitatem tuentur, hanc debent cuſtodire mẽſuram, ne negligentes circa ea quæ nobis iure debẽtur exiſtant, & ne prouinciálibus calumniatores, dum aliquid ab hijs iniuſto fiſci nomine repetunt, adprobent.

DE FISCI DEBITORIBVS. TIT. VIII.

Imppp. Valent. Grat. & Valens AAA. Fortunatiano Crp.

INter chartulas deportati breuis quidam aſſeueratur inuentus, qui nomina continebat debitorum, ſeu contractorũ, cum tamen neque teſtibus credita pecunia probaretur, neque cautionibus quæ inſerta ſunt doceantur, facile eſſe perſpeximus, ut ſub propriæ annotationis manu unuſquiſq; faciat debitorem. Occaſiones igitur huius calumniæ præſenti uolumus iuſſione cohiberi, ut breuis uanitate reiecta, nullus ad redhibitionẽ de his, quorum nomina cõſcripta ſunt, ur
† III. geatur. Dat. pridie Non. Iul. Hierapoli, Gratiano A. † IIII. & Merobaude COSS. Interpretatio.

Si prolati breues, uel à quocunq; dimiſſi inueniantur, in quibus ſibi quicunque aliquos faciat debitores, nullis cautionibus prolatis, neque alijs euidentibus documentis, nullam adſcripti breues obtineant firmitatem.

DE FIDE ET IVRE HASTAE. TIT. IX.

Imppp. Valẽt. Theod. & Arcad. AAA. ad Magnellũ Vic. Africæ.

SI quos debitorum mole deprehenſos, neceſſitas publicationis aſtringat proprias diſtrahere facultates, rei qualitas, & reddituum quantitas æſtimatur, nec ſub nomine ſubhaſtationis publicæ locus fraudibus relinquatur, & poſſeſſionibus uiliore diſtractis, plus exactor ex gratia, quàm debitor ex pretio conſequatur. Hij poſtremum ſub empti titulo perpetuo dominij iure potiantur, qui tantum adnumerauerint fiſco, quantum exegerit utilitas priuatorum: Etenim periniquum eſt, ut alienis bonis ſub gratioſa actione diſtractis, parum accedat

dat publico nomini, cum totum pereat debitori. Dat. XIII. Cal. Iul. Aquileiæ. Acc. Id. Ian. Adrumeti poſt Cõſulat. † Tatiani & Symmachi. † Cæſarij & Symmachi

Interpretatio.

Si quicunque publici debiti enormitate conſtringitur, ut non poſſit hoc ipſum debitum, niſi propria uendita facultate diſſoluere, in huiuſmodi debito hanc † exe- † exactores
cutores formam ſeruare debebunt, ut non ita rem præcipitent, ut res minore quàm ualebat pretio diſtrahatur, nec tales ſub quolibet colludio prouideant emptores, ut & debitor proprietatem perdat, & parum fiſcus acquirat.

DE THESAVRIS. TIT. X.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad populum urbis Conſtantinopolitanæ.

QViſquis theſauros, & cõdita ab ignotis dominis tempore uetuſtiore monilia quolibet caſu repererit, ſuæ uindicet poteſtati, neque calumniæ formidinẽ, fiſcali aut priuato nomine ullis deferentibus, pertimeſcat, non metalli qualitas, non reperti modus ſub alicuod periculum quæſtionis incurrat. In hac tamen naturali æquitate animaduertimus quoddam temperamentũ adhibendum, ut ſi quid in ſolo proprio huiuſmodi contigerit, integro id iure præſumat. Qui in alieno, in quartam repertorum partem eũ qui loci dominus fuerit admittat: ne tamen per hanc licentiã quiſquã aut aliena effodiat, aut in locis non ſui iuris per famam ſuſpecta rimetur. Dat. VIII. Cal. Febr. Theſſ. Grat. V. & Theodoſio IIII. AA. COSS. Interpretatio.

Si quicũq; theſaurũ in ſua terra inuenerit, ei ex integro quod inuentũ eſt acquiratur, & nullã calumniã pertimeſcat. Si uero in loco alieno theſaurũ caſu inuenerit, eum qui loci dominus eſt in quartam inuentarum rerum debet admittere. Attamẽ nullus effodiendo loca aliena præſumat iſta requirere.

DE METALLIS ET METALLARIIS. TIT. XI.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Paterno.

QVoſdam operta humo eſſe ſaxa dicentes, id agere cognouimus, ut defoſſis in altũ cuniculis, alienarum ædiũ fundamenta labefactent. Qua de re ſiquando eiuſmodi marmora ſub ædificijs latere dicuntur, perquirendi eadem copia denegetur, ne dum † cautio ementita nobilitas cum ædificiorum qualitate taxa- † forte, cauſa
tur, & pretium domus ne diruatur offertur, non tam publicæ rei ſtudiũ, quàm priuati cauſa uideatur fuiſſe diſpendij. Dat. VII. Cal. April. Conſtantinop. † Theod. A. IIII. & Abundantio COSS. Interpretatio. † Conſtantino

Quicunq; metallum dicens ſub alienis ædificijs, quælibet ſaxa uel marmora effodienda crediderit, ut per eas fundamentorum firmitas incipiat uacillare, hijs inquiſitionis huius licentiam denegamus, nedum nobiliores lapides ſe quærere aſſerũt, aut uendere, aut ſubuertere aliena fundamenta præſumant.

TITVLI LIBRI VNDECIMI.

De annona, & tributis.
Sine censu uel reliquis fundum comparari non posse.
De superindicto.
De exactionibus.
Ne damna prouincialibus infligantur.
De extraordinarijs, siue sordidis muneribus.
De discussoribus.
De appellatione, & pœnis earum, & collationibus.
De reparationibus appellationum.
Si pendente appellatione mors interuenerit.
Quorum appellationes non recipiantur.
Si de momento fuerit appellatum.
De possessione ab eo qui bis prouocauerit transferenda.
De fide testium, & instrumentorum.

CODICIS THEODOSIANI LIBER VNDECIMVS.

DE ANNONA ET TRIBVTIS. TIT. I.

Impp. Valens, & Valent. AA. ad Probum † PF. P.

† PF. V.

NVlsquisq; annonarias species pro modo capitationis & sortium præbiturus, per quaternos menses anni circulo distributo, tribus uicibus summã collationis implebit. Si uero qsq; uno tẽpore omnia sua debita optat expendere, proprio in accelerandis necessitatibus suis utatur arbitrio. Dat. XVII. Cal. Iun. Remis, Gratiano & Dagalaifo COSS. Interpretatio.

Ista lex hoc præcipit, ut inferẽdo publicis horreis tritico, quod debitor possessor pro rata canonis sui tribus illationibus, id est, quaternis mensibus singulas debitorum partes acceleret, ut per annũ summa debiti canonis impleatur. Erit autem in ipsius arbitrio, si celerius potuerit debita frumenta conuehere.

Imppp. Valent. Valens, & Gratianus AAA. ad Crescentem Vicarium Africæ.

Hæredes scripti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogãtur agnoscere, uel si renuntiandum hæreditati putent, cedent hijs omnibus rebus, quas ex hijsce bonis quocũq; titulo & iure pceperint. Dat. IIII. Id. Iul. Concionati, Grat. A. II. & Probo COSS. Interp.

Hij qui hæredes testamento scripti sunt, hæreditariorum agrorum onus, id est, tributum cogantur agnoscere. Quod si hæreditatem sibi damnosam credunt, cedant hijs omnibus rebus, quæ hijs de hac ipsa hæreditate potuerant prouenire.

SINE

SINE CENSV VEL RELIQVIS FVNDVM COMPARARI NON POSSE. TIT. II.

Imp. Iulianus A. ad Secundum PF. P.

OMnes pro hijs agris quos possident, publicas pensitationes agnoscant, nec pactionibus contrarijs adiuuentur, si uenditor aut donator apud se collationis sarcinam pactione illicita uoluerit retinere, & si necdum translata sit professio censualis, sed apud priorem fundi dominũ forte permaneat, dissimulantibus ipsis, ut non possidentes, pro possidentibus exigantur. Dat. † XIIII. Cal. Mart. Antiochiæ, Iuliano A. IIII. & Sallustio COSS. † III. Interpretatio.

Fundum nullus audeat cõparare, sed omnes pro hijs agris, qui ad eos quoquo modo peruenerint, publici canonis impleant functiones, nec de solutione tributi cuicunq; liberũ sit pacisci, sed siue donetur ager, siue uendatur, factus dominus integra rei tributa suscipiat.

Imppp. Theod. Arcad. & Honor. AAA. Tatiano PF. P.

Quisquis alienæ rei quoquo modo dominiũ consequitur, statim pro ea parte qua possessor fuerit effectus, censualibus pagínis nomen suum postulet annotari, ac se respondeat soluturum, ablatáque molestia de autore, in succedentem ut capitatio transferatur. Dat. XV. Cal. Octob. Constantinop. Tatiano & Symmacho COSS. Interpretatio.

Quicunq; cuiuslibet rei dominium quolibet ordine acquisierit, continuo pro ea parte qua possessor effectus est, publicis libris nomen suum petat asscribi, ac se promittat tributum agri, cuius possessor est, soluturum, ut remota de autore, id est, de priore domino inquietudine, in præsentem dominum solutio transferatur.

DE SVPERINDICTO. TIT. III.

Imppp. Gratian. Valent. & Theod. AAA. ad Proconsules VV CC. omnesq; Rectores.

NIhil superindictorũ nomine ad solas præfecturæ literas quisq; prouincialis exoluat, neq; ullius omnino indictionis tituli etiã solennes immineãt, nisi eã nostro confirmatã iudicio, & imperialibus nixam præceptis, sedis amplissimæ deposcat indictio, & cogat exactio. Dat. † XVII. Cal. Iun. Med. Antonio & Syagrio COSS. Int. † VII. Cal. Ian.

Ista lex præcipit, ut nullũ per rectores prouinciæ superindictũ prouincialibus imponaẽ, nisi forte ex hac re, pcessisse præceptio dominica cõprobet: tunc em id qd superindictũ est aut peti aut exigi poterit, quãdo à rerũ dño cognoscit cõstitutũ.

DE EXACTIONIBVS. TIT. IIII.

Imp. Constantinus A. ad Afros.

QVoniã succlamatione uestra merito postulatis, ne qua hijs qui præstatiões fiscales differũt, reliquorũ laxitas ꝓueniret, specialiter præcipimus obseruari, ut res eorũ, q fiscalibus debitis p cõtumaciã satisfacere differũt, distrahãtur, cõparatorib. data firmitate ppetua possidendi. Dat. XV. Cal. Iun. Serd. Constantio. & Maximo COSS. Interpretatio.

Interpretatio.

Quicunq; agrorũ ſuorũ tributa implere contemnent, agri eius qui tributa ſua contemnet exoluere, ab exactore uendantur, et qui comparauerint, firmo iure hoc ordine empta poſſideant.

† Cæſario præfecto. Impp. Hon. & Theod. AA. †Eucherio Proc. Africæ. Poſt alia.

Conſtituto tempore, publice apud Carthaginem in ſecretario, admiſſo populo, exactorum ordinentur idoneæ ſtrenuæq; perſonæ, de quibus ſi popularis accuſatio ulla proceſſerit, in eorũ loco alios oportet deſtinari, ita ut ſeuera indagatione ſi in concuſſione poſſeſſorum deprehenſi fuerint, ilico & capitali periculo ſubiaceant, & direptorum quadrupli pœna ex eorum patrimonio eruatur. Iudices autem XXX. librarum auri multæ acerbitate ſciant ſe eſſe plectendos, niſi ea quæ ſalubriter ordinata ſunt, neceſſaria deuotione compleuerint. Dat. pridie Cal. Mart. Rauennæ, Hon. VIII. & Theod. V. AA COSS. Interpretatio.

Hæc lex præcipit, exactores ad exigẽdas tributarias functiones idoneos eſſe mittendos, ita ut ſi de hijs populi ulla accuſatio proceſſerit, id eſt, querela depoſita fuerit, in eorum loco alij deligantur, ut habita diligenti inquiſitione, ſi in diſpẽdia prouincialium de ſuperexactionis crimine cõuinci potuerint, et capitali periculo ſubiaceant, & eorum facultatibus in quadruplum quæ ſunt ſuperexacta reddantur. Iudices uero prouinciarum XXX. librarum auri ſe nouerint pœna feriendos, ſi ea que ſtatuta ſunt implere neglexerint.

NE DAMNA PROVINCIALIBVS INFLIGANTVR. TIT. V.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Probum Præf. Illyrici.

SI qui eorum qui prouinciarum rectoribus obſequuntur, quiq; in diuerſis agunt officijs principatus, & qui ſub quocunq; prætextu muneris publici poſſint eſſe terribiles, ruſticano cuipiam neceſſitatem obſequij quaſi mancipio ſui iuris impoñat, aut ſeruũ eius, uel forſitan bouem in uſus proprios neceſſitatẽ ue conuerterint, ſiue xenia, aut munuſcula, quæ canonica ex more fecerunt, extorſerint, uel ſponte hæc, quæ improbata ſunt, oblata nõ refutauerint, ablatis omnibus facultatibus ultimo ſubiugẽtur exitio, & nihilominus ruſticanũ, qui ſe in eiuſdem operas ſponte propria detuliſſe reſponderit, par pœnæ ſeueritudo conſtringat. Eadem uero circa eos cenſura ſeruetur, qui xenia aut munera deferri ſibi à poſſeſſoribus cogunt, aut oblata nõ reſpuunt. Dat. †pridie Cal. Octob. Agrippinæ, Valent. & Valente COSS. Interpretatio. † XII.

Si quicunq; ex hijs qui prouinciarum rectoribus coniunguntur, aut militant, uel qui agunt in † uniuerſis officijs principatus, uel quicunq; ſub occaſione publici actus uidentur eſſe terribiles, ſi ruſticano alicui neceſſitatem ſeruitij, uelut ſui iuris mancipio, impoſuerint, aut ſeruum ipſius, aut bouem in ſui operis utilitatẽ tranſtulerint, ſiue xenia, aut quælibet munera crediderint exigẽda, uel ſi oblata non recuſauerint, ultimo exitio deputãtur, & rerum ſuarum amiſſione damnabũtur. † diuerſis

DE EXTRA/

DE EXTRAORDINARIIS, SIVE SORDIDIS MVNERIBVS. TIT. VI.

Impp. Valent. & Valens AA. Secundo PF. P.

NIhil à prouincialibus extraordinaria patimur indictione deposci: caueat igitur magnifica autoritas tua, ne præter ea quæ à Manſuetudine noſtra patuerit indicta, tenuiorum oneret functionẽ, ut ſi quis uſurpatoria temeritate amplius aliquid fuerit conatus exigere, obnoxius quadrupli repetitione teneatur. Quæ ſeueritas iuſſionis ad ordinariorũ iudicum, officiorumq; terrorẽ debebit excurrere, ut ſi eorũ uel gratioſa cohibentia, uel ignobili diſſimulatione temeritate admiſerit Curialis, eos quoq; damni ſimilis pœna caſtiget. Dat. †XIIII. Cal. Apríl. Cõſtantinop. Valent. & Valente AA. COSS, Interpret. † III.

Hæc lex hoc præcipit, nihil debere à prouincialibus de ſuperindictitijs titulis peti, niſi ea tantum, quæ à rerum dominis indicta conſtiterit. Et hoc iubet, ut quicũq; aliquid ſuperexigendum crediderit, quadrupli redhibitione componat. Sed & ad ordinarios iudices hanc †ordinationem iubet excurrere, ut etiam ſi quid in prouincijs eorum à quibuſcunq; perſonis aut Curialibus factum eſt, etiam eos ſimilis damni pœna caſtiget. † exquiſitionẽ

DE DISCVSSORIBVS. TIT. VII.

Impp. Arcad. & Hon. AA. Meſſalæ PF. P.

MAximas prædas hoc pacto agi de prouincialibus certum eſt, ut deceptæ ſimul ſecuritatis & rei geſtæ poliptici à diſcuſſoribus uel apparitoribus denuo poſtulentur, non quod utilitas publica flagitet, ſed ut ſi caſu eſt emiſſa ſecuritas, maior præda naſcatur. Decernimus itaq;, ut quando inſertæ ſecuritates ratiocinijs publicis cõtinentur, rurſus per iniuriam non petantur. Dat. V. Cal. Decemb. Mediolani, Stillicone & Aureliano COSS. Interpretatio.

Lex iſta hoc iubet, in hoc maximam prædam exactores de prouincialibus exercere, ut poſt emiſſas ſecuritates iterum polipticos & ſecuritates incipiãt poſtulare, quod ab hijs non pro publica utilitate fieri, ſed ut ſi ſecuritates inuentæ nõ fuerint, maior eis præda naſcatur. Ideoq; ſtatuit, ut ſi ſecuritates ratiocinijs publicis, uel in polipticis exactorum continentur, iterum pro cupiditatis nequitia non petantur.

DE APPELLATIONE, ET POENIS EARVM, ET COLLATIONIBVS. TIT. VIII.

Imp. Conſtantinus A. ad Catulinum. Poſt alia.

MInime fas eſt, ut in ciuili negocio appellatorijs libellis oblatis, aut carceris cruciatus, aut cuius libet iniuriæ genus, ſeu tormenta, uel etiam contumelias perferat appellator, abſq; hijs criminalibus cauſis, in quibus etiamſi poſſunt prouocare, eum tamen ſtatũ debent obtinere, ut poſt prouocationem in cuſtodia perſeuerent, ea cuſtodita moderatione, ut eorum prouocationes recipiantur, qui eaſdem non

u à præiu/

à præiudicio interpoſuiſſe noſcuntur, aut etiam ante cauſam examinatã & determinatam, ſed uniuerſo negocio peremptoria præſcriptione finito, uel per cuncta membra diſcuſſo, contra Iudicem interpoſitæ eſſe noſcuntur. Dat. IIII. Non. Treu. Acc. XV. Cal. Maij, Adrumeti, Voluſiano, & Anniano COSS. Interpretatio.

Iſta lex hoc præcipit, non debere appellantem aut carceris cuſtodia, aut cuiuslibet iniuriæ afflictione conſtringi, exceptis tamen criminalibus cauſis, in quibus ſimilis accuſantem & accuſatũ conditio pœnæ cuſtodiæq; conſtringet. Et eorũ appellationes dicit debere recipi, ſed ita, ut qui appellauerit, in cuſtodia teneat, quouſque ad alium Iudicem crimina obiecta perueniant, ut diſcuſſis ad integrum omnibus, aut de abſolutione, aut de damnatione accipiat ſententiam finitiuam.

Idem A. ad Concilium Prou. Africæ.

Non recte iudices iniuriã ſibi fieri exiſtimãt, ſi litigator, cuius negocium ſententia uulneratum eſt, à principali cauſa prouocauerit, quod neq; nouum, neq; alienum à iudicijs eſt. Ideoq; poſt negocium principale diſcuſſum, litigatori liceat litẽ iuris remedio ſubleuare, & Iudices obſeruare debebunt, ne appellatores uel in carcerem redigant, uel à militibus faciant cuſtodiri. PP. IIII. Cal. Aug. Carthag. Conſtant. A. VIII. & † Conſtantio IIII. COSS. Interpretatio.

† Conſtante Cæs.

Lex iſta hoc iubet, non debere Iudices prouinciarum adſertiones appellationũ ad ſuam iniuriam reuocare, quia hoc nec nouum, nec alienum à iudicijs eſſe cognoſcitur: & ideo hoc iubet, ut liceat à litigatore uitiatam cauſam appellationis remedio ſubleuare. Hoc etiam ſpecialiter præcepit, ut appellator nec in carcerem, nec in quancũq; cuſtodiã redigatur, ſed ad agendum negocium ſuũ liberũ obſeruet.

Impp. Conſtantinus & Conſtantius AA. Philippo PF. P.

Iudices cum in ciuilibus cauſis, tum in criminalibus, in quibus uitæ hominum, ſalutiſq; quodammodo fata tractantur, appellationes admittant, nec denegent uocem in ſupplicium ſententia deſtinatis. PP. V. Id. Iun. poſt Conſtantinũ & Conſtantiũ AA. Conſules. Interpretatio.

Lex iſta hoc præcipit, ut etiam in criminalibus cauſis, ubi uita utriuſq; partis in dubium deuocatur, liceat appellari, nec appellandi uox denegetur ei, quem in ſuppliciũ ſententia deſtinarit.

DE REPARATIONIBVS APPELLATIONVM. TIT. IX.

Impp. Valent. & Valens AA. ad Modeſtum PF. P.

REparatis intra menſem tertium ex priore lege temporibus, in notitiam hoc ipſum aduerſarij per denuntiationem ex more celebrandam iubemus ſine dilatione perferri, ſcilicet ut interiectorum ſpatiorum dinumeratione ſeruata, ad debitum partibus iudiciũ reuertantur. Quod ſi is, cui reparata ſunt tempora, ultra dinumerationem crediderit differendum, lata aduerſus eum ſentẽtia roboretur, atq; in exe-

in executionem ſemel iudicata ducantur. Dat. † VI. Id. Decẽb. Conſtantinop. Valent. III. & Valente † VII. AA. COSS. Interpretatio. † V. † IIII.

Lex iſta hoc præcipit, ut ſi quis uidetur iniuſte in cauſa ſua uictus, reparatis ante tertiũ menſem temporibus, quæ appellationi uidentur fuiſſe conceſſa, ſtatim hoc ipſum in aduerſarij ſui notitiam deducere procuret, & intra tempora quæ appellationi conſtituta ſunt, de hoc ipſo negocio is qui appellauit, ut ſibi credidit competere, agere nõ moretur. Quod ſi facere neglexerit, ſententia quæ aduerſus eum lata fuerat perſeueret, & data executione in omnibus compleatur.

SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT. TIT. X.

Imp. Conſtantinus A. ad Baſſum PF. V. Poſt alia.

COnſulentibus Iudicibus, ſi debeãt, cum de appellatione cognoſcunt, litigatoris hæredibus, qui ante lapſum negociũ in lite defecit, noua tempora prorogare, an eos cogere, intra dies reliquos etiã incognitũ negociũ perorare: Placuit, cum de appellationibus iudicatur, altero ex litigatoribus in lite defuncto, menſes quatuor innouare, & noua tẽpora prorogari, ne ignorãtes negocia, uel etiã ſuper adeunda hæreditate dubitantes, priusq; aliquod cõmodum ſentiant, damnis affici compellantur. PP. XIII. Cal. Iun. Sirmio, Criſpo II. & Conſtantino II. AA. COSS. Interpretatio.

Si † pendente adhuc appellatione mors interuenerit, litigatoris appellantis hæredibus eius qui appellauit quatuor menſes, ei cuius autor mortuus eſt, ad tractandũ negociũ debent præſtari, nec eum debere ad dicendam cauſam præcipitari, ne per ignorantiã litis, quam non ad integrũ tractauit, damnum uideatur incurrere. † impendente appellatione

QVORVM APPELLATIONES NON RECIPIANTVR. TIT. XI.

Imp. Conſtantinus A. ad Catulinum.

MOratorias dilationes fruſtratoriasq;, non tam appellationes quàm ludificationes, admitti non conuenit: Nam ſicut bene appellantibus negari auxilium non oportet, ita hijs, quos cõtra merito iudicatum eſt, inaniter prouocantibus differri bene geſta non debent. Vnde cum homicidã, uel adulterũ, uel ueneficũ, quæ atrociſſima facinora ſunt, cõfeſſio propria uel lucida & probatiſſima ueritatis quæſtio probationibus atq; argumentis detexerit, appellationes ſuſcipi nõ oportet, & quas conſtat nõ refutandi † ſpem habere quæ geſta ſunt, ſed ea potius differre tentare, qui de uarijs litibus cauſisq; diſſentiunt, nec temere, nec ab articulis, præiudicijsq;, nec ab hijs quæ iuſte iudicata ſunt prouocare debebũt. Quod ſi reus in homicidij, uel maleficij, uel adulterij, uel ueneficij crimine, partem pro defenſione ſui ex teſtibus quæſtione que propoſita poſſit arripere, partim uero obrui accuſariq; uideatur, tunc ſuper interpoſita appellatione ab eodẽ, qui ſibi magis quæ pro † ſpeciem

se faciant testimonia, prodesse debere adfirmat, quàm ea quæ aduersus ipsam egerint nocere, deliberationi nostræ plenũ arbitriũ relinquatur. Dat. IIII. Non. Nouemb. Treu. Acc. XV. Cal. Maij, Adrumeto, Volusiano & Aniano COSS. Interpretatio.

In ciuilibus causis, uel leuioribus criminibus, quæ legibus non tenentur inserta, appellationi constituta legibus dilatio prastanda est, & suspendenda est per appellationem sententia iudicantis: At uero homicidijs, adulterijs, & reliquis, lex ista cõprehendit si conuicti confessiq; fuerint, & appellare uoluerint, dilatio denegetur, sed statim in manifestis criminibus conuicti Iudicis est sententia proferenda, aut certe de magnis crimínib. & maioribus personis ad principis est notitiã deferendũ.

Impp. Constantius & Const. AA. Theodoro Cons. Syriæ.

In fiscalibus debitis nullius prouocationẽ tua Grauitas censeat admittendam: nec enim cõmodum publicũ fas est diuturna frustratione suspẽ
† VIII. di, nec eludendi licentiam callidis fraudatoribus relaxari. Dat. † IX. Id.
† Antiochiæ Mart. † Ancyræ, Eusebio & Rufino COSS. Interpretatio.

In manifestis fiscalibus debitis nulli penitus appellationẽ debere prastari: quia non oportet publicæ rei commodum qualibet dilatione suspendi.

† Claudianum Imppp. Valent. Valens, & Grat. AAA. ad † Claudiũ PF. V.

Quoniã Chronopius ex antistite idem fuit in tuo, qui fuerat in septũ aginta episcoporũ ante iudicio, & eam sententiam prouocatione suspendit, à qua non oportuit prouocari, argentariã multã, quã huiusmodi facto sanctio generalis imponit, cogatur expendere. Hoc autem non fisco nostro uolumus accedere, sed hijs qui indigent fideliter erogari: Quod in hac causa, & in cæteris ecclesiasticis fiat. Dat. VIII. Id. Iul. Valẽt. VIII. Nob. Pr. & Victore COSS. Interpretatio.

Chronopium Episcopũ à multis Episcopis fuisse damnatũ, & studiose tum ante iudiciũ sententiam quæ proferebatur appellatione suspendere, à qua sententia quia iuste prolata fuerat, appellare minime debuisset, in qua eũ graui multæ, id est quinquaginta librarũ argenti addictum fuisse se dicit: quæ tamen summa ipsius multæ non fisco prodesse iussa est, sed pauperibus erogari.

Idem A. ad Euproxium PF. V. Post alia.

A discussoribus obseruari iubemus, ut manifesti debitores prouoca
† VI. tionis suffragio minime subleuẽtur. Prop. † XVI. Cal. Mart. Grat. III. & Equitio COSS. Interpretatio.

Omnes qui huiusmodi negocia discutiunt, hoc specialiter obseruare debere, ut manifesti debitores appellationis suffragio non utantur, nec euidens debitum ulla possint appellationis dilatione suspendere.

† Hypatium Imppp. Valent. Grat. & Theod. AAA. ad † Epasium PF. V.

Quisquis ne uoluntas diem functi testamento scripta referetur, uel nehij quos scriptos patuerit hæredes, edicti per Diuum Adrianum conditi beneficium consequãtur, ausus fuerit prouocare, interpositãmque appellationẽ, is cuius de ea re notio erit, recipiendã esse crediderit, uiginti librarũ auri multa & litigatorem, qui tam importune appellauerit, & Iudicem

dicem qui tam ignaue conniuentiam adhibuerit inuoluat. Dat. Nonis April. Treu. Ausonio & Olibrio COSS. Interpretatio.

Lex ista specialiter iubet, ut si quis à quocunq; conditũ testamentũ per appellationem differre uoluerit, ut non debeat reserari, & scriptum hæredẽ ab adeunda hæreditate suspendere, & in hac parte Iudex appellator uoluerit † prabere consensum, † scribere ut quo minus scriptam uoluntatẽ non subsequatur effectus, tam ipse Iudex, quàm is qui appellauerit, uiginti libras auri fisco cogantur exoluere.

SI DE MOMENTO FVERIT APPELLATVM. TIT. XII.

Imppp. Valẽt. Theod. & Arcad. AAA. ad Eusignium PF. P.

Vm de possessione † eius momento causa dicitur, & si appellatio † & eius interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur effectũ, atq; ita demum ad nostram scientiã referatur, ita tamen, ut possessionis reformationẽ fieri oporteat, ut integra omnis proprietatis causa seruetur. Dat. XIIII. Cal. Decẽb. Med, Hon. Nob. Pr. & Euodio COSS. Int.

Si de momento fuerit appellatum, momentariæ causæ audientiã proprietati obesse penitus non debere, quamlibet de momento uideatur aliquid iudicatũ, quod in effectum sit sine dubio deducendum, nec possit appellatione suspendi. Iubet aũt restituto momento causam proprietatis ex integro debere cognosci.

DE POSSESSIONE AB EO QVI BIS PROVOCAVERINT TRANSFERENDA. TIT. XIII.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Proculo PF. V.

Vi gemino iudicio fuerit superatus, nec tamen obstinatam illam peruicaciam putauerit relinquendam, sed iterum prouocandum esse crediderit, ab eo ad petitorem mox possessio transferatur. Dat. † XVI. Cal. Iul. Aquil. Tatiano & Symmacho COSS. Interp. † VI.

Si quicunq; in una causa duobus iudicijs fuerit superatus, adhuc eandem agendi pertinaciam uoluerit retinere, & iterum appellandum esse putauerit, in aduersariũ eius continuo possessio transferatur.

DE FIDE TESTIVM ET INSTRVMENTORVM. TIT. XIIII.

Imp. Constant. A. & Cæsar ad Seuerũ Com. Hispaniarũ.

Scripturæ diuersæ, & fidem sibi inuicem derogantes, ab altera parte prolatæ nihil firmitatis habere poterunt. Dat. IIII. Non. Maij, Constantinop. Dalmatio & † Zenofilo COSS. Int. † Anclophilo

Si quis multiplici scriptura contractũ suũ manere cupiẽs, de una re uenditionem & donationẽ proferat, uel quæcunq; alia documenta, omnia rescindantur, quia impugnantes se chartulas lex hæc uetat admitti.

Idem A. ad Iulianum Præsidem.

Iurisiurãdi religione testes, priusq; phibeãt testimoniũ, iamdudũ artari præcepimus, & ut honestioribus potius fides testibus habeatur. Simili more sancimus, ut unius testimoniũ nemo Iudicum in quacunq; causa facile patiatur admitti. Et nunc manifeste sancimus, ne unius omnino testis respõsio audiatur, etiã si † præclaræ curiæ honore præfulgeat. Dat. VIII. † præclaro Cal. Septemb. Naisso, Optato & Paulino COSS. Interpretatio.

Testes priusquã de causa interrogentur, sacramento debent constringi, ut iurẽt se nihil falsi esse dicturos. Hoc etiã dicit, ut honestioribus magis quàm uilioribus testibus fides potius admittatur: unius autem testimoniũ, quãuis splendida & idonea uideatur esse persona, nullatenus audiendum.

Imppp. Valẽs, Grat. & Valẽt. AAA. ad Antoniũ PF. P. Post alia.

Iubemus omnes deinceps, qui scripturas nefarias comminiscuntur, cum quid in iudicium commiserint, nisi ipsa astruxerint ueritate, ut suspectæ scripturæ & falsi reos esse detinẽdos. Dat. pridie Id. Iun. Treu. Valent. VI. & Valente II. AA. COSS. Interpretatio.

Quicunq; scripturam in audientiam protulerit, ueritatẽ eius probare iubeatur: quia hoc in omnibus causis statutũ est, ut scripturam prolator adfirmet: Nam si is qui scripturã, ptulit, eius non adstruxit ueritatẽ, ut falsitatis reũ esse retinendum.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad Florentiũ PF. Aug.

Non oportet in absentem, quasi in præsentẽ atq; conuictũ, uerum sta
† XII. tim putari quicquid ab eo solo dicitur qui accusat. Dat. † XIII. Cal. Ian. Ricomere & Clearco COSS. Interpretatio.

Quoties quilibet accusator aliquid de aduersario suo eo absente suggesserit, ante discussionem utriusq; partis penitus non credatur.

Iidem AAA. Paulino PF. Aug.

Presbyteri citra iniuriam quæstionis testimonium dicant, ita tamen ut falsa non simulent: cæteri uero clerici, qui eorum gradum uel ordinem subsequũtur, si ad testimoniũ dicendum petiti fuerint, prout leges præcipiunt audiantur. Salua tamen sit litigatoribus falsi actio, si forte presbyteri, qui sub nomine superioris loci testimoniũ dicere citra aliquã corporalem iniuriã sunt præcepti, hoc ipso quod nihil metuãt, uera suppresserint. Multo magis etenim pœna sunt digni, quibus cum plurimum per nostram iussionẽ delatum fuit, occulto inueniantur in crimine. Dat. VIII. Cal. Aug. Arcadio & Bautone COSS. Interpretatio.

Presbyteri citra iniuriam quæstionum, id est, sine supplicio corporali possunt testimonium dicere: alij uero clerici qui eorum ordinem subsequuntur, si ad testimonium dicendum adhibiti fuerint, sicut leges præcipiunt audiantur: ita ut salua sit contra presbyteros falsi actio, si in aliquo condocebuntur fuisse mentiti: quia magis pœna digni sunt, quibus cum lex reuerentiam præstat, suæ professionis immemores, in mendacij crimine deteguntur.

Impp. Arcad. & Hon. AA. Aeternali Proc. Asiæ.

Cogi possessorem ab eo qui expetit, titulum suæ possessionis edicere, quæ tanta erit amentia, ut ratione præpostera ab eo quẽ pulsat informari suas postulet actiones? Cũ omnẽ probationẽ exigi oporteat ab eo qui uendicare nititur, non ab eo qui se iuste tenere contendit. Intentanti nanq; nõ suscipienti probationũ necessitas imponẽda est, præter eũ qui edicere cogitur, utrum propossessore, an pro hærede possideat. Dat. XII.

XII. Cal April. Cõstantinop. Arcad. IIII. & Hon. III. AA. COSS. Int.

Lex ista hoc præcipit, ut probatio non à possessore, sed à petitoris partibus requiratur: quia omnem probationem ab eo quæri debere dicit, qui petitam rem desiderat obtinere, non ab illo, qui se iuste tenere contendit: præter illum tantum casum, ubi interrogari necesse est possidentem, utrum ex sua persona, an per successionem cœperit possidere.

Impp. Honor. & Theod. AA. Cæciliano †PF. P. Post alia. †Præfecto Pretoriano.

Quoniam ingenui testes ad causas postulantur alienas, si socij & participes criminis non dicantur, sed fides ab his notitiæ postuletur, in exhibitione necessariarũ personarum, hoc est, testium talis debet esse cautio iudicantis, ut † his ueniris ad iudicium, per accusatorẽ, aut ab his per quos fuerint postulati, sumptũs competentes dari præcipiat. Dat. XII. Cal. Febr. Rau. Hon. VIII. & Theod. III. AA. COSS. Interp. † is

Quicunq; testes necessarios habet, dũmodo in eos qui non sint causæ aut culpæ participes, studeat qualiter eos suo sumptu, ubi causa dicẽda est, † habeat exhibere. † debeat

TITVLI LIBRI DVODECIMI.

De † Decurionibus.
De Susceptoribus, † Præpositis, & Arcarijs. † Curialibus † & exactoribus, & Arcarijs reip.

CODICIS THEODOSIANI LIBER DVODECIMVS.

DE DECVRIONIBVS. TIT. I.

Imp. Constantinus A. ad Euagrium.



Nemo Iudex ciuilium munerũ uacationem cuiquã præstare Curiali conetur, uel aliquẽ suo arbitrio de curia liberet. Nam si quis fuerit eiusmodi infortunio depraua tus, ut debeat subleuari, de eius nomine ad nostram scientiam referri oportet, ut certo temporis spatio ciuiliũ munerũ ei uacatio porrigatur. PP. Id. Mart. Constant. A. III. & Licinio † III. COSS. Interpretatio. † IIII.

Nullus Iudex uacationem indebitam tribuat Curiali, ne eũ de suo officio studeat liberare: Nam si ita tenuis cuiuscunq; Curialis exhausta facultas est, ut ei publici honoris necessitas non credatur, ad principis iussit referri notitiam.

Idem A. ad Maximũ Vic. Orientis.

Si quis uel ex maiore, uel minore ciuitate originẽ ducit, si eandẽ euitare studẽs, ad alienã se ciuitatẽ incolatus occasione cõtulerit, et sup hoc uel

preces

preces dare tẽtauerit, uel qualibet fraude niti, ut originẽ ppriæ ciuitatis eludat, duarũ ciuitatũ decurionatus onera sustineat, in una uolũtatis, in alia originis gratia. PP. VIII. Cal. Ian. Paulino & Iuliano COSS. Int.

Si quicunq; Curialis de ea in qua natus est ciuitate ad aliam transire uoluerit, conditionẽ curiæ debitam nullatenus possit euadere, nec si hoc ipsum mereri interposita supplicatione tentauerit, nec ullo argumento necessitatis aut seruitia ciuitatis suæ, pro eo quod habitationem mutare uoluit, possit euadere: Nam quicunque hoc fecerit, & se in aliã ciuitatẽ transtulerit, hoc iubet, ut in utraq; seruiat ciuitate, hoc est, in una pro cõditione nascendi, & in alia pro habitandi uoluntate deseruiat.

Idem A. ad Euagrium.

Quoniam nonnulli diuersarum ciuitatum Curiales intemperantes, minores, quibus publica tutela debetur, ad curiæ consortium deuocarunt, & septem uel octo annorum constitutos nonnullos nominarint, firmiter decernimus, ut omnino nullus in curiã nominationibus deuocetur, nec functionum obsequia subire cogatur, nisi qui decimum & octauum ætatis annum fuerit ingressus: Quod & in futurum arceri uolumus, & eos eximi. Qui infra eius ætatis terminos constituti, tam nominati sunt, curialibus uinculis absoluantur: Cum enim decimum & octauum ætatis annum intrauerint, si militiæ nomen inferere iuxta legem datam non potuerint, uel supersederint, municipali potuerint dari obsequio. Dat. pridie Non. Aug. Basso & † Abundantio COSS. Interpretatio.

† Ablauio

Minores decem & octo annorum ætate, Curiales nec nominari à quibuscunq;, nec ad seruitia applicari debere: quia † hæc lex sufficere † creditur, ut decem & octo anni necessitati publicæ, si necesse fuerit, applicentur, ita ut si quis infra hanc ætatem ante nominati iam fuerint, absoluantur.

† hoc
† credit

Idem A. ad Euagrium PF. P.

Nullus Decurionum ad prouocationes, uel curas ciuitatum accedat, nisi omnibus omnino muneribus satisfecerit patriæ, uel ætate, uel meritis. Qui uero per suffragium ad hoc peruenerit, administrare desiderãs, non modo ab expetito officio repellatur, sed epistola quoq; uel codicilli ab eo protinus auferantur, & ad comitatum destinentur. Dat. pridie Id. Aug. Basso & Ablauio COSS. Interpretatio.

Ista lex hoc iubet, nullũ Curialem, nisi omnibus curiæ officijs per ordinẽ actis, aut curatoris, aut defensoris officium debere suscipere, nisi omnibus, ut dictũ est, ante muneribus satisfecerit, quæ patrio ordini debentur: Nam si præfatus contra hanc præceptionem quolibet suffragio, aut sub quocunq; obtentu honoris se munire uoluerit, & obtentis careat, & ubi rerum domini fuerint dirigantur.

Impp. Constantinus & Constans AA.

Oppidaneis ordinibus consulentes, dudum iussimus ab iniurijs corporalibus tutam esse debere ordinis dignitatem: condemnationibus etiam modum imposuimus, qui legibus designatur. Ideoq; sancimus, ut si Iudex uel in condemnationibus exprimendis, uel in corporalibus iniurijs

bus iniurijs ultra licitum contra curialem exarserit, ipse quidẽ auri pondo quinq;, officiũ uero eius decem fisco inferat. Dat. XVIII. Cal. Iul. Eusebio & Epatio COSS. Interpretatio.

In † correctione Curialium certã patientiam Iudices debent retinere, ut in corpore uel in sanguine Curialium non facile audeant desæuire: nam si qui contra hoc fecerit, ipse quidem Iudex quinq; libras auri, & officium eius decem auri libras fisco cogantur inferre.

† correptione

Imp. Iulianus A. Leontio Conf. Palæstinæ.

Qui pater sit XIII. liberorũ, nõ modo ad Curiam non uocetur, uerũ etiam si sit Decurio, honoratissima quiete donetur. Dat. Cal. Mart. Antiochiæ, Iuliano A. IIII. & Sallustio COSS. Interpretatio.

Lex ista hoc dicit, eum qui pater esse probatur tredecim filiorum, non solum ad curiæ seruitia non detinendum, uerumetiam si Curialis sit, honoratissima quiete donandum.

Imppp. Theod. Arcad. & Honorius AAA. Philoximo Vicario Thraciarum.

Si quis filiam Decurionis uel Principalis suo iunctam consortio, nullis extantibus liberis fatali sorte perdiderit, atq; eius ultimo hæreditatẽ fuerit adeptus arbitrio, si ab omnibus alienus officijs est, & nullis, quibus merito excusari possit, priuilegijs adiuuatur, eius mox ciuitatis curiæ mancipetur, in qua antea uxore uiuente sine rerum dominio, & proprietate liber, curiæ obnoxias facultates hæres cœperit uxoris possidere. Dat. III. Non. April. Constantinop. Arcadio A. II. & † Rufino COSS. Interpretatio.

† Honorio

Si quis filiam Curialis accipiat uxorem, & hæc ipsa in coniugio eius mortua fuerit, & omnia ad maritum, quæcunq; supradicta uidebatur possidere, testamenti uoluntate peruenerint, omnibus curiæ necessitatibus maritus ille qui hæres est tenetur obnoxius.

Impp. Arcad. & Honor AA. Petronio Vic. Hispaniarum.

Mũnicipalia gesta non aliter fieri uolumus, quàm trium Curialium præsentia, excepto magistratu, & exceptore publico, semperq; hic numerus in eadẽ autoritate testificationis seruetur: Sic enim & fraudi non patebit occasio, & ueritati maior accrescet autoritas. Dat. Non. Maij. Mediolani, Arcadio IIII. & Honorio III. AA. COSS.

Ista interpretatione non indiget.

Impp. Honorius & Theod. AA. Liberio PF. P. Post alia.

Eos Curiales, qui non expletis muneribus declinarunt esse quod nati sunt, reddi urbibus, aut debitæ censuræ præcipimus. Dat. VI. Cal. Decemb. Rau. Honorio VIII. & Theod. III. AA. COSS. Interp.

Quicunq; Curialis, non actis seruitijs quæ debebat, à debito officio declinauit, ad ciuitatis unde discessit seruitia reuocetur.

†& Exactoribus & Arcarijs recip.

DE SVSCEPTORIBVS, †PRAEPOSITIS, ET ARCARIIS. TIT. II.

†Valens

Imppp. Grat. Valent. & †Theod. AAA. Cynegio PF. P.

SVsceptores & Arcarij in celeberrimo cœtu curiæ, & conſeſſu, & iudicio omnium ſub actorũ teſtificatione firmentur, prouinciarumq; Rectoribus eorum nomina, qui ad publici munus officij editi atq; obligati fuerint, innoteſcant, & animaduertant quicunq; nominauerint, ad diſcrimen ſuum uniuerſa quæ illi geſſerint redundare. Dat. VI. Cal. Nouemb. Conſtantinop. Honorio Nobp.

†Theodoſio

& †Euodio COSS. Interpretatio.

Exactores & Suſceptores publicæ functionis, nõ ſecretim, ſed publice præſentibus alijs Curialibus uel populo, neceſſitates agendas expediendasq; ſuſcipiant, & qui nominati uel electi fuerint, Iudicibus innoteſcant, ſcituris hijs qui de electione talium fuerint apud acta profeſſi, quod ſi quid euerterint, ad eorum à quibus electi ſunt, diſpendium pertinebit.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. ad Paulinũ PF. Aug.

Non perpetui Exactores in continuata uexandorum prouincialium poteſtate, ueluti concuſſionum nominatione teneantur, ſed per annos ſingulos iudiciaria ſedulitate mutentur, niſi aut conſuetudo ciuitatis, aut raritas ordinis eos per biennium eſſe compellat: Quod niſi factum fuerit, ſcias te & officium tuum non minus multa, quàm grauí pœna eſſe plectendos. Dat. pridie Cal. Decemb. Conſtantinop. Honor. Nobp. & Euodio COSS. Interpretatio.

Lex iſta hoc iubet, non debere Exactores, qui uno anno exegerint, ſecundi anni exactionem ſuſcipere, & poſſeſſores ſuperflua exactione uexare. Sed hoc obſeruari debere, ut annis ſingulis iudiciaria electione mutentur, niſi forte aut conſuetudo ciuitatis, aut raritas Curialium per biennium eos Exactores eſſe compellat: aliter enim ſi factum fuerit, & Iudicem, & officium ſuum multa pariter & grauis pœna conſtringat.

TITVLI LIBRI XIII.

†conditione De luſtrali †collatione.

De cenſu, ſiue adſcriptione.

CODICIS THEODOSIANI LIBER XIII.

DE LVSTRALI †COLLATIONE. TIT. I.

†conditione

Imppp. Gratianus, Valent. & Theodoſius AAA. Poſthumiano chariſſimo nobis.

SInguli quiq;, ſi per eos uernacula quæq; uendũtur, functione auraria non teneantur. Si uero emendi uendendi ue compendijs ultro citroq; quæſitis familiaris rei amplitudo cumuletur, etſi militares ſint, memoratæ præſtationi mittantur. Dat. VI. Id. Nouemb. Ricomere & Clearco COSS. Interpretatio.

†donata

Si quicunq; rem quæ ei † nata eſt, aut quã nõ emit uendat, ad ſolutionem auratiam minime teneatur. Si uero emendi uendendiq; ſtudio probabitur huc illucq; diſcurrere, etiamſi militans eſt, ad ſolutionem teneatur auratiam,

DE CENSV, SIVE ADSCRIPTIONE. TIT. II.

Imp. Conſtantinus A. ad populum.

QVoniã tabularij ciuitatũ per colluſionẽ potentiorũ farcinam ad inferiores transferunt, iubemus, ut qui ſe grauatũ probauerit, ſuam tantũ priſtinam profeſſionẽ agnoſcat. PP. XV. Cal. Feb. Romæ, Conſtantino A. III. & Licinio COSS. Interpretatio.

Si tabularij, aut hij quibus exactionis libri traduntur, potentiores uoluerint releuare, & quod releuauerint inferioribus addiderint, is qui grauatum ſe probauerit, non amplius diſſoluat, quàm ſecundum cenſum ſe oſtenderit † ſuſcepiſſe.

†poſſediſſe

Impp. Valent. & Valens AA. ad Florentiũ PF. Galliarũ.

Si quis cenſus inquiſitione cõpleta, grauatũ ſe eſſe credat, apud prouinciæ iudicẽ pulſet, ex die clauſi renuntiatiq; cenſus ſpatia præſtituta dinumerans, ut ſi neceſſitatibus publicis occupatus, domeſticis cõmodis defuit cum cenſus agitatus eſt, intra anniuerſarij temporis circulum, fiducia competitionis aſſiſtat. Si uero præſentẽ, ſciat * menſes quibuſcunq; uiribus fultus immineat, ultra nõ habeat huius uocis arbitriũ. Dat. III. Non. Iun. Remis, Lupicino & Iuuino COSS. Interp.

Deerant pauca uerba cuiuſmodi ſunt: niſi intra quinque

Si aliquis in cauſa publica occupatus, cum deſcriptio agitaretur, per abſentiam ſuam ſe eſſe grauatum queratur, intra anni ſpatium apud Iudicem loci querelas ſuas allegare debebit: nam ſi præſentem fuiſſe conſtat, non amplius quàm quinque menſes ad exequendas querelas ſuas nouerit ſibi fuiſſe conceſſum, quibus transactis agendi copia denegetur.

CODICIS THEODO
SIANI LIBER XIII.

DE COLLEGIATIS.

Impp. Arcad. Hon. AA. Gracho Conſ. Campaniæ.

DEtrahendis collegijs uel collegiatis, Iudices competentes dabunt operã, ut ad proprias ciuitates eos qui lõgius abierũt retrahi iubeant cũ oĩbus quæ eorũ erunt, ne deſiderio rerũ ſuarũ loco originario nõ ualeãt attineri: de quorũ agnatiõe hæc forma ſeruabitur, ut ubi nõ eſt æquale cõiugiũ matrẽ ſequatur agnatio: ubi uero iuſtũ erit, patri ſuccedat ĩgenua ſucceſſio. Dat. VIII. Cal. Iun. Mediol. Cæſario & Attico COSS. Interp.

Collegiati ſi de ciuitatibus ſuis forte deceſſerint, ad ciuitatis ſuæ officia cũ rebus ſuis, uel ad loca unde deceſſerũt reuocẽtur: de quorũ filijs hæc ſeruãda cõditio eſt, ut ſi de colona uel ancilla naſcũtur, matrẽ ſequaẽ agnatio; Si uero de ingenua & collegiata, collegiati naſcũtur.

TITVLI LIBRI XV.

De operibus publicis. De aquæductu.
De infirmandis hijs, quæ ſub Tyrannis aut Barbaris geſta ſunt.

CODICIS THEODO
SIANI LIBER XV.

DE OPERIBVS PVBLICIS. TIT. I.

† Iulianus † Eutychiano

Impp. †Conſt. & Conſtans AA. †Acditio PF. P. Aegypti. Poſt alia.

COmperimus ergaſteria publica, quæ ad ius pertinent ciuitatis, pleroſq; ſibi domos ſtruxiſſe: Præcipimus ergo eos inconcuſſo iure quæ ædificauerũt poſſidere. PP. IIII. Non. Dec. Antiochiæ, Mamertino & Neuita COSS. Int.

Si quis in ciuitate conſiſtens, in locis publicis ſibi domos forte cõſtruxerit, eas ſine inquietudine aliqua poſſideat.

† Com.

Impp. Arcad. & Hon. AA. Euſebio † Conſ.

Ne ſplendidiſſimæ urbes, uel oppida uetuſtate labãtur, de redditibus fundorũ iuris reip. tertiam partem reparationi mœnium publicorum, & thermarum ſubſtitutioni deputamus. Dat. † XI. Cal. Iul. Mediolani, † XII. Olibrio & Probino COSS. Interpretatio.

Quoties ædificia uetuſtate conſumpta neceſſe fuerit reparari, ad ipſam reparationem tertiam partem de proprio fiſcus impendat.

DE AQVAE DVCTV. TIT. II.

Impp. Arcad. & Hon. Aſterio Com. Orientis. Poſt alia.

VSum aquæ ueterẽ, longoq; dominio cõſtitutũ, ſingulis quibuſq; manere cenſemus, nec ulla nouatione turbari, ita tamẽ, ut quantitatẽ ſinguli, quã ueteri licẽtia pcipiũt, more uſus in præſentẽ diẽ pduran te percipiãt, manſura pœna in eos, q ad irrigationes agrorũ, uel hortorũ delicijs furtiuis aquarũ meatibus abutũtur. Dat. Cal. Nouemb. Cæſario & Attico COSS. Hæc lex interpretatione non indiget.

DE INFIRMANDIS HIS, QVAE SVB TYRANNIS AC BARBARIS GESTA SVNT. TIT. III.

Impp. Hon. & Theod. AA. Cõſtantio Com. & Patritio.

SVb clade barbarica, & depopulationis, ſiqua aut per fugã, aut per congregationẽ infeliciũ populorũ indigne inuidioſeq; commiſſa ſunt, ad inuidiã placatarũ legum à callidis litigatoribus obiectionibus nõ uocẽtur. Habeãt omniũ criminũ impunitatẽ, qui euaden di forſitan non habuerãt facultatẽ, niſi eos eadẽ crimina iuuiſſent: Nõ ẽm crimẽ dicitur, qd mortis adegit impulſus. Ex quo animaduertere cũctos litigatores cõgruũ eſt, ſi quid deprædationis agnouerint, ſe recepturos, ſi tamen in eorũ quos pulſauerũt facultatibus abũdare aut reſidere id potuerint comprobare. Dat. Cal. Mart. Rauennæ, DD NN. Theod. A. VII. & Palladio VC. COSS. Interpretatio.

Quicũq; hoſtiũ terrore cõpulſus, dum timorẽ atq; mortẽ timet, excipere ad deprædandũ ſe cum hoſtibus fortaſſe coniũxerit, non propter hoc uocatur ad crimẽ, quod pro conſeruanda uita fecit inuitus. Sanè ſi quid apud eũ de præda reſederit, & reſiduũ inuenitur, qd euidẽter cognoſciẽ, hoc ſolũ reddere dño ſine calumnia cõpellatur.

TITVLI LIBRI XVI.

De Epiſcopis, eccleſijs, & Clericis. De Apoſtatis.
Ne Chriſtianũ mancipiũ Iudæus habeat. De religione.

CODICIS THEODO
SIANI LIBER XVI.

DE EPISCOPIS, ECCLESIIS ET CLERICIS. TIT. I.

Imp. Conſt. A. Octauiano Correctori Lucaniæ, & Brutiorũ.

QVi diuino cultui miniſteria religionis impendũt, id eſt, hij q clerici appellãtur, ab oĩbus omnino munerib. excuſẽtur, ne ſacrilego liuore quorũdã à diuinis auocẽtur obſequijs. Dat. XII. Cal. Nou. Conſt. A. V. & Licinio COSS. Int.

Lex hæc ſpeciali ordinatione præcipit, ut de clericis nec Exactores, nec Allectos facere q cũq; ſacrilega ordinatiõe præſumat, quos liberos ab omni munere, id eſt, ab omni officio, omniq; ſeruitio iubet eccleſiæ deſeruire.

Impp. Conſtantinus & Conſtans AA. Seuero ſuo ſalutem.

Manſuetudinis noſtræ lege prohibemus in iudicijs Epiſcopos accuſari, ne dũ affutura ipſorũ beneficio impunitas exiſtimatur, libera ſit ad arguendos eos animis furialibus copia. Si quid eſt igitur querelarum, quod quiſpiã defert apud alios, potiſſimũ cõuenit Epiſcopos explorare, ut oportuna atq; cõmoda cunctorũ quæſtionibus audiẽtia cõmodetur.

Dat. IX. Cal. Oct. Acc. Non. Oct. Arbitione & Lolliano COSS. Int.

Specialiter prohibetur, ne quis audeat apud Iudices publicos Episcopũ accusare, sed in Episcoporũ audientiam perferre non differat, quicquid sibi pro qualitate negocij putat posse competere, ut in Episcoporum aliorum iudicio quæ asserit contra Episcopum debeat definiri.

†Eurydico Imppp. Valens, Grat. & Valent. AAA. Artemio, †Cordico, Appio, Geralino, & cæteris Episcopis.

Qui mos est causarum ciuiliũ, idem in negocijs Ecclesiasticis obtinendus est: Vt si qua sunt ex quibusdã dissensionibus, leuibusq; delictis, ad religionis obseruantiã pertinẽtia, locis suis & à suæ Diœceseos synodis audiãtur: Exceptis quæ actio criminalis ab ordinarijs, extraordinarijsq;
†XVI. Iudicibus, aut illustribus potestatibus audientia constituit. Dat. †XIII. Cal. Iun. Treu. Valente & Valentin. AA. COSS. Interpretatio.

Quoties ex qualibet re ad religionẽ pertinente inter clericos fuerit nata contentio, id specialiter obseruet, ut cõuocatis ab Episcopo Diœcesanis presbyteris, quæ in contentionẽ uenerint, iudicio terminẽtur. Sanè si quid opponitur criminale, ad notitiam Iudicis in ciuitate qua agitur deducatur, ut ipsius sententia uindicetur, q̃d probatur criminaliter fuisse commissum.

Impp. Arcad. & Hon. AA. Hadriano PF. P.

Quicunq; residentibus sacerdotibus fuerit Episcopali loco detrusus, & nomine, si aliquid uel contra custodiã, uel contra quietẽ publicam moliri fuerit deprehẽsus, rursusq; sacerdotiũ petere à quo uidetur expulsus, procul ab ea urbe quam infecit, secundũ legem diuæ memoriæ Gratiani centũ milibus uitã agat, sit ab eorũ cœtibus separatus, à quorũ est societate discretus: sitq; huiusmodi personis illicitũ tenere sacra nostra, adire secreta, & impetrare rescripta, oĩbus abiectis per culpã sacerdotũ perso
†scituri hij nis, quæ impetrata sunt infecta permaneant, †scituris hijs quorũ defensione nituntur, absq; sui reprehensione non futurũ, si hoc eis pollicentur suffragium, qui diuinũ nõ uidentur meruisse iudiciũ. Dat. pridie Non. Febr. Rauennæ, Stillicone & Aureliano COSS.

Hæc lex interpretatione non indiget.

†PF. P. Imppp. Arcad. Hon. & Theod. AAA. Theodoro. PF. V.

Quencũq; clericũ indignũ officio suo Episcopus iudicauerit, & ab ecclesiæ ministerio segregauerit. Aut si quis professum sacræ religionis spõte dereliquerit, continuo eum curia sibi uindicet: ut liber illius ultra ad ecclesiam recursus esse non possit, & pro hominum qualitate, & quantitate patrimonij uel ordini suo, uel collegio ciuitatis adiũgatur. Modo ut quibuscũq; apti erunt, publicis necessitatibus obligentur, ita ut colludio quoq; locus nõ sit. Per singulos igitur binæ libræ auri inferẽdæ ærario nostro à decem primis Curialibus exigãtur, si †aliquibus illicita con
†à quibus illicitam cohibentiam niuentia, & colludia fœda præstiterint †hominibus, quæ improbissimis
†hominibusq; ab omnibus officijs militiæ de aditu obseruantur. Dat. Cal. Decemb. Rauennæ,

Rauennæ, Basso & Philippo COSS. Interpretatio.

Quencunq; Clericũ Episcopus suus malæ uitæ esse probauerit, & eum de gradu suo pro morũ prauitate deiecerit: Vel si ipse clericus sua uoluntate professionẽ reliquerit clericatus, cõtinuo à Iudice Curialibus adiũgatur: † & si ita & natalibus & facultatibus est idoneus, eum inter ipsos Curiales officiũ suũ implere compellat. Si autẽ infima persona est, inter collegiatos eũ obseruare, uel ad quod aptus fuerit, in publico seruire lex ista constituit, ita ut huiusmodi personæ à Curialibus quolibet colludio nullatenus excusentur. Quod si factum fuerit, pro singulis personis Curiales binas libras auri fisco se nouerint inferendas. †ut

Impp. Honorius & Theod. AA. Palladio PF. V.

Eum qui probabilẽ seculo disciplinã agit, decolorari cõsortio sororiæ appellationis non decet. Quicunq; igitur cuiuscunq; gradus sacerdotio fulciuntur, uel clericatus honore cẽsentur, extraneorũ sibi mulierũ interdicta consortia cognoscant, hac eis tantũ facultate concessa, ut matres, filias, & germanas intra domorũ suarũ tecta contineãt: In hijs enim nihil fieri criminis æstimare fœdus naturale permittit. Illas etiã non relinqui charitatis hortatur affectio, quæ ante sacerdotiũ maritorũ legitimũ meruerunt coniugiũ: Neq; enim clericis incõpetenter adiũctæ sunt, quæ dignos sacerdotio uiros sua conuersatione fecerunt. Dat. VIII. Id. †Mar. Rau. DD NN. Theod. VIII. & Constantino COSS. Interpretatio. †Maij

Quicunq; clericatus officio utuntur, extraneorũ mulierum familiaritatẽ habere prohibentur, matrũ, † sororum, uel filiarum sibi solatia intra domũ suam nouerint tantũ esse concessa: Quia nihil turpe in talibus personis fieri uel cogitari lex naturæ permittit. Illæ uero mulieres sunt in solatio retinendæ, quæ in coniugio fuerint ante officium clericatus. †sororum uel

DE APOSTATIS. TIT. II.

Imppp. Grat. Valent. & Theod. AAA. ad †Epatiũ PF. V. †Hippatium

Hristianorũ ad aras & templa migrantiũ, negata testandi licentia uindicamus admissum. Eorũ quoq; flagitia puniãtur, q̃ Christianæ religiõis & ✻ hominis dignitate neglecta, Iudaicis semet polluere contagijs. Dat. XII. Cal. †Iun. Pataui, Merobaude II. & Saturnino COSS. Reliqua pars legis de Manichæis ideo facta non est, quia euidenter in Nouellis inuenitur. Hæc lex interpretatione non indiget. ✻ Non erat in nonnullis codicibus. †Ian.

Imp. Constantinus A. ad Felicem PF. P. Post alia.

Eum qui ex Iudæo Christianus factus est, inquietare Iudæos non liceat, uel aliqua pulsare iniuria, pro qualitate cõmissi istiusmodi contumelia puniendа. Dat. XI. Cal. Nouemb. Constantinop. PP. pridie Id. Maij, Nepotiano & Facũdo COSS. Hæc lex interpretatione nõ indiget.

Idem A. & Iulianus Cæs. ad Talassum PF. P.

Si quis lege uenerabili constituta, ex Christiano Iudæus effectus, sacrilegis cœtibus aggregetur, cum accusatio fuerit comprobata, facultates eius dominio fisci iussimus uindicari. Dat. V. †Id. Iul. Mediolani, †Nonas

Con-

Constantio A. VIII. & Iuliano Cæs. II. COSS.

Hæc lex interpretatione non indiget.

NE CHRISTIANVM MANCIPIVM IVDAEVS HABEAT. TIT. III.

Imp. †Constantinus A. ad Felicem PF. V.

†Constantius

SI quis Iudæorũ Christianũ mancipium, uel cuiuslibet alterius sectæ mercatus circunciderit, minime in seruitute retineat circũcisum, sed libertatis priuilegijs, qui hæc sustinuerit, potiatur.

†VIII. Dat. XI. Cal. Nouemb. Constantinop. PP. †VII. Id. Maij, Carthagine, Nepotiano & Facundo COSS.

Interpretatio.

Si quis Iudæorum seruum Christianum, uel cuiuslibet alterius sectæ emerit, & circunciderit, à Iudæi ipsius potestate sublatus in libertate permaneat.

Idem Aug. †Maximino PF. P.

†Maximo

Iudæus seruũ Christianũ nec comparare debet, nec largitatis titulo consequi. Qui hoc non obseruauerit, dominio sibi petulanter acquisito careat, ipso seruo, qui quod fuerit gestum sua sponte duxerit publicandum, præmio libertatis donando. Verũ cæteros, quos rectæ religionis †constituimus participes, †constitutos in suo censu, nefanda superstitio iam uideatur esse sortita, uel deinceps hæreditatis, seu fideicõmissi nomine fuerit cõsecuta, sub hac lege possideat, ut eos nec inuitos, nec uolentes cœno propriæ sectæ cõfundat: ita ut si hæc forma fuerit uiolata, sceleris tanti autor capitali pœna proscriptione comitante plectatur. Dat. III. Id. April. Constantinop. Constantino A. XI. & Constantio VC. COSS.

DE RELIGIONE. TIT. IIII.

Impp. Arcad. & Hon. AA. Apollodoro Proc. Africæ.

†agitare

QVoties de religione agitur, Episcopos cõuenit †iudicare: cæteras uero causas, quæ ad ordinarios cognitores, uel ad usum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri. Dat. †XIII. Cal. Septemb. Patauj, Theodoro VC. COS.

†XIIII.

Hæc lex interpretatione non indiget.

Impp. Hon. & Theod. AA. Marcellino suo salutem.

Ea quæ circa catholicam fidẽ uel ordinauit antiquitas, uel parentum nostrorũ autoritas religiosa constituit, uel nostra Serenitas roborauit, nouella superstitione remota, integra & inuiolata custodire præcipimus. Dat. IIII. Id. Octob. Rauennæ, Bautone VC. COS.

Hæc lex interpretatione non indiget.

CDICIS THEODOSIANI LIBRI XVI ET VLTIMI FINIS.

LEGVM NOVELLARVM DIVI THEODOSII A. LIBER.

TITVLI.

De confirmatione Legum Nouellarum Theodosij Aug.
De Iudæis, Samaritanis, Hæreticis, & Paganis.
Ne Curialis prædium alterius conducat, aut fideiussor conductoris existat.
De Tutoribus.
Contra sententias Præfecti prætorij iniustas post successionem intra biennium supplicandum.
De paternis seu maternis bonis.
Ne Decurio ad Senatoriam dignitatem, uel ad aliquẽ honorẽ aspiret.
De testamentis.
De alluuionibus, & paludibus.
De bonis Decurionum, & de naturalibus filijs eorum in Curiã mittendis, hæredibusq; scribendis.

DE CONFIRMATIONE LEGVM NOVELLARVM DIVI THEODOSII, A. TIT. I.

Domino Valentiniano inclyto Victori, ac triumphatori semper Augusto filio, Theodosius PP. Augustus Pater.

POstquam in corpus unius Codicis Diuorũ retrò principum constitutiones, nostrasq; redegimus, aliã mox legem pietas nostra promulgauit, quæ iam confecto Codici uires, autoritatemq; tribueret, nec aliter in iudicio quas contineret leges, nisi ex ipso proferrentur, ualere præciperent. Quod si quid iuris ab altero nostrum postea conderetur, ita demum in alterius hoc principis regno uires proprias obtineret, quod generatim constitutũ esset, si diuinis prosequẽtibus scriptis, ad alterum principem fuisset emissum. Quia igitur diuersis emergentibus causis, per hoc transacti temporis interuallum ferri leges alias emergentiũ rerum necessitas persuasit, quæ nobis perpetua rerum publicarum occupatione districtis ad scientiã perferri tuæ maiestatis minime potuerunt, necessarium duximus, has nunc saltem uniuersas tuæ Serenitati, cum nostræ maiestatis subnotatione transmittere: quò subiectis, & prouincijs, & populis solenniter innotescant, earumq; uis etiam in occiduis partibus incipiat obseruari. Ac lites, quas inchoa-

tas quidem, necdum tamen finitas eo tempore quo publicantur inuenerint, secundum earũ tenorem uolumus terminari. Illas autem, quæ iam uel sententijs definitiuis, uel transactionibus decisæ sunt, minime resuscitari. Eas igitur Domine sacratiss. fili, Auguste uenerabilis, cunctis exmoretacias diuulgari, & inuicẽ mihi, & prouincialibus, & populis orientalibus cauenda, obseruandaq; cum suæ manus adumbratione transmitti, quæcunq; per id temporis spatium uestra Perennitas generaliter promulgauit. Dat. Cal. Octob. Constantinop. Arcadio A. & Ardaburo V. C. COSS.

Interpretatio.

Hæc lex Nouellarum legum constitutiones præcipit obseruari.

DE IVDAEIS, SAMARITANIS, HAERETICIS, ET PAGANIS. TIT. II.

Impp. Theod. & Valentin. AA. Florentio PF. P.

INter cæteras sollicitudines, quas amor publicus pernigili nobis cogitatione indixit, præcipuã imperatoriæ maiestatis curam esse perspicimus ueræ religionis indaginẽ, cuius si cultũ tenere potueris, iter prosperitatis humanis aperimus inceptis. Quod usu longæ ætatis experti, piæ mentis arbitrio ad posteros usq; perennitatis iure fundare decreuimus ceremonia sanctitatis. Quis enim tam mente captus, tam nouæ feritatis immanitate damnatus est, ut cum uideat cœlum diuinæ artis imperio, incredibili celeritate intra sui spatia metas temporum terminare: cum syderũ motũ, uitæ cõmoda moderantem, dotatam messibus terrã, mare liquidum, & immensi operis uastitatem finibus naturæ conclusam, tanti secreti, tantæ fabricæ non quærat autorem? Quid sensibus excæcatos Iudæos, Samaritas, Paganos, & cætera hæreticorũ genera portentorum audere cognoscimus? Quod si ad sanitatem mentis egregiæ legum edicta reuocare conemur, seueritatis culpam ipsi præstabunt: qui duræ frontis obstinato piaculo locum ueniæ non relinquunt.

Desperatis morbis frustra adhibentur remedia.

Quamobrẽ cum sententia ueteri desperatis morbis nulla sit adhibenda curatio, tandem, ne ferales sectæ in uitam, immemores nostri seculi, uelut indiscreta confusione licentius euagentur, hac uictura in omne æuum lege sancimus: Neminẽ Iudæum, neminẽ Samaritam, neutra lege cõstantem, ad honores & dignitates accedere, nulli administrationẽ patere ciuilis obsequij, nec defensoris fungi saltem officio: Nefas quippe credimus, ut supernæ maiestati, & Romanis legibus inimici, ultores q; etiam nostrarum legum surreptiuæ iurisdictionis habeantur obtentu, & acquisitæ dignitatis autoritate muniti, aduersum Christianos, & ipsos plerunq; sacræ religionis Antistites, uelut insultantes fidei nostræ, iudicandi uel pronuntiandi quod uelint habeant potestatem. Illud etiam pari consideratione rationis arcentes, ne qua Synagoga in nouam fabricã surgat, fulciendi ueteres permissa licentia, qua ruinam præsentaneã minitantur. Præterea præcipimus, ut quicunq; seruũ seu ingenuũ inuitũ, uel suasione flectendo ex cultu Christianæ religionis in nefandã sectã ritumue traduxerit, cum dispendio fortunarũ capite puniendũ. Vt qsquis igitur uel insulas cœperit, acquisitis dignitatibus non potiatur, uel Synagogã extruxerit, compendio ecclesiæ catholicæ se nouerit laborasse. Imò qui ad honores irrepserit, habeatur, ut ante, cõditionis extremæ, etiamsi honoraria promeruerit dignitatẽ. Et qui Synagogæ fabricam cœpit, non studio reparandi, cum damno quinquaginta librarũ fraudetur ausibus suis. Cernat præterea, bona sua proscripta, pœnæ mox sanguinis destinandus, qui fidem alterius expugnauit peruersa doctrina. Et quoniã decet Imperatoriã maiestatem ea prouisione cuncta cõplecti, ut in nullo publica lædatur utilitas, Curiales ciuitatũ omnium, nec non cohortales onerosis, quin etiam militiæ, seu diuersis officijs facultatũ, & personaliũ munerum obligatos, suis ordinibus, cuiuscunq; sectæ sunt, inhærere censemus, ne uideamur hominibus execrandis contumelioso ambitu immunitatis beneficium præstitisse, quos uolumus huius Constitutionis autoritate damnari. Hac exceptione seruata, ut apparitores memoratarũ sectarũ, in priuatis duntaxat negocijs, nullius iudicis sententias exequantur, nec carcerali præsint custodiæ, ne Christiani, ut fieri adsolet, nõnũq; obstructi custodum odijs alterũ carcerẽ patiantur, incertũ an iure uideãtur inclusi. Hinc prospicit nostra Clementia, Paganorũ quoq; & Gentiles immanitates uigiliã nostrã debere sortiri, qui naturali uesania & licentia, pertinaciue religionis tramite dissidẽtes, nefarios sacrificiorũ ritus, & funestæ superstitionis errores occultis exercere quodammodo solitudinibus designantur, nisi ad supernæ maiestatis iniuriã, & tẽporis nostri contemptũ eorũ scelera professionis genere publicentur. Quos nu promulgatarũ legũ mille terrores, non denuntiatiexilij pœna cõpescant, ut si emendari non possint, mole saltem criminũ & illuuie uictimarũ discerẽt abstinere. Sed prorsus ea furoris peccatur audacia, †hijs improborũ conatibus Patientia nostra pulsatur, ut si obliquisci cupiat, dissimulare nõ possit. Quanquã igitur amor religionis nunq; possit esse securus, quanq; Paganorũ dementia cunctorũ supplicioru acerbitates exposcat, lenitatis tamen memores nobis innatæ, trabali iussione decreuimus, ut quicũq; pollutis, cõtaminatisq; mentibus in sacrificio quolibet in loco fuerit cõprehensus, in fortunas eius, in sanguinẽ ira nostra cõsurgat. Oportet em dare nos hanc uictimã meliorẽ ara Christianitatis intacta seruata. Andi utius pferimus mutari temporũ uices, irata cœli tẽperie? quæ paganorũ

† *Non satis cohærent.*

exacerbata perfidia, nescit naturæ libramenta seruare. Vnde enim uer solitam gratiã abiurauit? Vnde æstas messe ieiuna laboriosum agricolã in spe destituit aristarũ? Vnde hyemis intẽperata ferocitas ubertatẽ terrarum penetrabili frigore sterilitatis læsione damnauit? nisi quod ad impietatis uindictã transit lege sua naturæ decretum. Quod ne posthac sustinere cogamur, pacifica ultione, ut diximus, pianda est superni numinis uenerãda maiestas. Superest, ut quæ in Manichæos, deo semper offensos: quæ in Eunomianos, hæreticæ fatuitatis autores: quæ in Mõtanistas, Phrygas, Photinas, Priscillianistas, †Ascodrogos, Hydroparastatas, Borboritas, Ophitas, innumerabilibus constitutionibus lata sunt, cessante desidia celeri executione mandentur, Florenti Præfecte charissime Augustorũ. Illustris igitur & magnifica autoritas tua, cui cordi est cum diuinis, tum principalibus adhibere iussionibus famulatmu, quæ insatiabili catholicæ religionis honore decreuimus, propositis excellentiæ suæ solenniter edictis, in omnium faciat peruenire notitiam. Prouinciarum quoq; moderatoribus præcipiat intimari, ut & eorum pari sollicitudine cunctis ciuitatibus atq; prouincijs quæ necessario sancimus innotescãt. Dat. pridie Cal. Febr. Constantinop. Theod. A. XVII. COS. Int.

†Tascodrogitas.

Hæc lex specialiter iubet, ut nullus Iudæus, nullus Samaritanus ad ullum militiæ aut administrationis honorẽ possit accedere, neq; defensoris officiũ ulla ratione suscipere, neq; carceris esse custodẽ: ne forsitan sub specie cuiuslibet officij Christianos, uel etiã sacerdotes sub quacunq; occasione iniurijs audeãt fatigare, ne suprascripti, qui inimici legis nostræ sunt, legibus nostris aliquos aut condemnare, aut iudicare præsumant. Nullã denuo audeant constituere Synagogã: Nam si fecerint, nouerint hanc fabricam ecclesiæ catholicæ profuturam, & quinquaginta pondo auri autores fabricæ esse multandos. Sed hoc sibi sciant esse cõcessum, ut ruinas Synagogarũ suarum debeant reparare. Hoc etiã specialiter in hac lege cõprehensum est, ut nullus Iudæus seruũ, aut ingenuũ Christianũ audeat quacunq; persuasione in suam legẽ transferre. Quod si fecerit, amissis facultatibus capite puniatur. De reliquo uero hæc lex damnat sectas, quæ nominatim hac lege continentur insertæ.

NE CVRIALIS PRAEDIVM ALTERIVS CONDVCAT, AVT FIDEIVSSOR CONDVCTORIS EXISTAT. TIT. III.

Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio PF. V.

NOn dubiũ est in legem cõmittere eum, qui uerba legis amplexus, contra legis nititur uoluntatẽ. Nec pœnas legibus insertas euitauit, qui se contra iuris sentẽtias sola prærogatiua uerborũ fraudulẽter excusat. Curiales ne ad procurationẽ rerũ alienarũ accederent, cautũ est prouidẽtissima sanctione, cuius in fraudẽ conducẽdi eos sibimet usurpare licentiã sublimitatis tuæ suggestione comperimus. Quos licet pristinæ legis laqueis irretiri decernamus; cõductionẽ nãq; speciem

speciẽ esse procurationis certissimũ est, attamen ne sub fraudis suæ uelamine legis lateant cõtemptores, néue eis fucata suæ calliditatis excusatio relinquatur, hac ppetua lege ualitura sancimus, cõducẽdi quoq; fundos alienos licentiã Curialibus amputari, locatas res fisci uiribus uindicari. Conductor itaq; locatori, uel contra, locator conductori cõtra hanc legẽ nulla tenebitur actione. Nullum enim pactũ, nullã cõuentionẽ, nullũ contractũ inter eos uideri uolumus subsecutũ, qui contrahũt, lege cõtrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legũ interpretationes tam ueteres, quàm Nouellas trahi generaliter imperamus, ut legislatori quod fieri nõ uult, tantum prohibuisse sufficiat, cætera quasi expressa ex legis liceat uolũtate colligere. Hoc est, ut ea quæ lege fieri ꝓhibẽtur, si fuerint facta, nõ solũ inutilia, sed pro infectis etiã habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantũ, nec specialiter dixerit inutile debere esse quod factũ est. Sed & si qd fuerit subsecutũ ex eo, uel ob id quod interdicẽte factũ est lege, illud quoq; cassum atq; inutile esse perspicimus. Sed quò omnis fraudis semen per hanc legẽ Curialibus radicitus amputetur, nec fidẽ suam pro conductoribus fundorum interponere concedimus Curiales: Cur enim conductio prohibetur, si conductionis periculum uel sollicitudo permittitur. Secundum prædictã itaq; regulam, quam ubique seruari sanctam lege perhibente censuimus, certum est nec stipulationẽ eiusmodi tenere, nec mandatum ullius esse momenti, nec sacramentum admitti, nec actionem quolibet pacto aduersus eum fideiussorẽ competere locatori, Florenti Præfecte charissime Augustorum. Illustris itaq; & magnifica autoritas tua prouidentissime constituta, edictis propositis ad omnes prouincias perferri præcipiat. Dat. †XVII. Id. April. Constantinopoli, Theod. A. †XVII. COS. † VII. †XVI.

Legum uoluntatem expectandam esse:

Interpretatio.

Nullus Curialium in fiscali uel in priuato agro conductor accedat, † uel pro alio quo conductore fideiussor existat. Quod si quis Curialem in agro suo susceperit conductorẽ, aut pro alio conductore fideiussorẽ acceperit Curialem, actionẽ suam nouerit in omnibus uacuari, & ager ipse, qui à possessore Curiali conductus est, fisci uiribus uindicetur. Curialis uero pro suprascriptis conditionibus, etiamsi cautionem emiserit, non tenetur.

† nec

DE TVTORIBVS. TIT. IIII.

Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio PF. P.

VM in omnibus rebus, tum uel maxime moderamen desideratur in legibus, per quas delinquentes pro qualitate criminis cõuenit emẽdari: Nec eñ utile est, uel à iudicibus obseruandũ, qd modum emendationis excedit, si constitutionẽ, quæ matres pupillis, uel minoribus defensionẽ legitimã non petentes, uel relictarũ rerum inuen-

tarium non facientes, mori præcepit inteſtatas, utpote amarã, ac matres immoderata pœna plectentem, antiquari decernimus. Sed ne ſuperflua uel in humana reſecantes, impunitatẽ delinquentibus promittere uidea/mur, hac ſaluberrima lege pupillarũ quoq; utilitatibus cenſuimus pro/uidendum. Sciant itaq; qui ad ſucceſſionẽ uocantur pupilli mortui, ſi de/functo eius patre, Tutorẽ ei ſecundum leges non petierint intra annum, omnem eius ſiue ab inteſtato, ſiue iure ſubſtitutionis ſucceſſionem, ſi im pubes moritur, denegandam. Idemq; obſeruari uolumus, et ſi mater legitima liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas, contra ſacramentũ præ/ſtitutum, aſpirauerit nuptias, antequam & Tutorem aliũ fecerit ordina ri, eiq; quod debeatur ex ratione tutelæ geſtæ pſoluerit. Quod ſi cõtra legis huius autoritatem, antequam hæc impleuerit, ſecũdo ſe marito cre diderit copulandam, mariti quoq; eius præteritæ tutelæ ratiocinijs bo na iure pignoris tenebuntur obnoxia, Florenti Præfecte chariſſ. AA.
† VIII. Illuſtris itaq; & magnifica autoritas tua legẽ perpetuo ualiturã, edictis propoſitis, ab omnibus obſeruari præcipiat. † VI. Id. Iul. Conſtanti nop. Theodoſio A. XVII. & Feſto V. C. COSS. Interpretatio.

Lex iſta liberat matres à pœna illa, quæ fuerat in Theodoſiani Codicis corpore conſtituta, ut ſi non prouidiſſent filijs Tutores, uel rerum inuentariũ nõ feciſſent, faciendi de rebus ſuis teſtamenta, uel donandi cui uoluiſſent, nõ haberent liberam poteſtatem, & inſuper notarentur infamia. Sed hæc conſtitutio, ut matrem à prædi cta pœna liberat, ita minoribus in hac parte conſuluit, ut ſi mater tutelam filiorum gerendam legitime ſuſceperit, & ſe iuriſiurandi interpoſitione conſtrinxerit, ſi ad alias nuptias contra promiſſa tranſierit, & alium Tutorem filijs deducta ratio/ne non dederit, aut quod eam conſtiterit debere non ante perſoluerit, contra legis huius ordinationẽ ueniens, non ſolum eius bona, ſi debitrix extiterit, filijs teneãtur obnoxia, uerum etiam ſecundi mariti, qui obligatæ perſonæ coniunctus eſt, facul/tas, in eo quod debitũ præceſſerit, loco pignoris teneatur, donec omne debitum, quod ratio tutelæ inuenerit, ſuppleatur. Nam etiam pupillis in ea parte lex iſta præ/ſtat auxilium, ut patre defuncto, ſi filio impuberi, id eſt, infra annũ XIIII. hæ per/ſonæ, quæ ei defuncto poſſunt & legibus & iure ſuccedere, ſi non aut agendam tu/telam ipſius cœperint, aut petierint Tutorem, qui res eius, aut ipſum minorem de/beat gubernare, ab eius ſucceſſione habeantur extranei, illis ſine dubio pro futura ſucceſſione, qui ad petendos Tutores lege continentur adſtricti, & defuncto co/gnationis gradu inueniuntur eſſe propinqui.

CONTRA SENTENTIAS PRAEFECTI PRAE/torij iniuſtas poſt ſucceſſiões intra bienniũ ſupplicandũ. TIT. IIII.

Impp. Theod. & Valent, AA. Thalaſſo PF. P. Illyrici.

SVggeſtio ſublimitatis tuæ & nobis non probatæ legis abro/gandæ materiã miniſtrauit, & quæ ſit in examinandis litigato rum allegationibus tua celſitudo monſtrauit. Quid enim liti/gantibus in ampliſſimo tuæ ſedis iudicio relinquitur, ſi poſt ſenten/tiam, quam nefas eſt appellatione ſuſpendi, nec noſtræ Serenitatis im/

ploretur auxilium. Ideo hac lege perpetuo ualitura litigantibus in am/pliſſimo Prætorianæ Præfecturæ iudicio, ſi contra ius ſe * affir/ment, ſupplicandi licentiam miniſtramus, licet pro Curia, uel alia quali/betpublica utilitate dicatur prolata ſententia: Nec enim publico pro/deſt, ſingulis legum adminicula denegari, Thalaſſe Præfecte chariſſime Auguſtorum. Illuſtris itaq; & magnifica autoritas tua Conſtitutione, quæ aduerſus ſententiam pro Curia latam ſupplicari prohibuit, omni parte caſſata, ſciat preces intra biennium tantum noſtro numini contra cognitionales ſedis tuæ ſententias afferendas, poſt cognitionem uideli/cet iudicis numerandum. Huius legis ne quem latere poſſit utilitas, edi/ctis propoſitis eam ad omnium notitiã uenire præcipiat. Dat. III. Id. Aug. Conſtantinopoli. Theod. A. XVII. & Feſto V. C. COSS. Iut.

Deeſt dictio qualis eſt. oppreſſos.

Contra iudicem, aduerſus cuius potentiam non licuerat appellare, iubet hæc lex, ut cum priuatus effectus fuerit, intra biennium liceat cuicunq;, qui iniuſte op preſſus eſt, rerum dominos ſupplicare, ut illis iterum audientia deputetur. Quod ſi intra biennium poſt ſucceſſionem illius non ſupplicauerint, quæ contra eos fuerãt iudicata, ſeruentur, & perpetuam teneant firmitatem.

DE PATERNIS SEV MATERNIS BONIS. TIT. VI.

Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio PF. V.

OFficium eſt Imperatoriæ maieſtatis, hijs etiam qui nondũ na/ti ſunt prouidere, & in parentum contractibus futuris quoq; liberis fructũ naturæ debitum præparare. Præteritæ conſtitu tiones mulierẽ, morte mariti matrimonio diſſoluto, cõmunibus liberis extantibus, donationẽ ante nuptias, resq; alias certis modis ad eam de/uolutas ex mariti perſona, ijſdem liberis quibuſdam conditionibus ſer/uari præceperãt. Hæc Diuus noſtræ Manſuetudinis auus humana men te uiros quoq;, morte mulierũ matrimonio diſſoluto, extãtibus liberis, circa dotẽ, resq; alias certis modis ad eũ ex pſona mulieris deuolutas, ijſ/dẽ cõditionibus ſuaſerat obſeruari. Nos feliciter uiculo legis hæc auaris obſeruãda cẽſuimus. Nã generaliter quoquo caſu cõſtitutiões ante legẽ hãc, mulierẽ liberis cõmunibus, morte mariti matrimonio diſſoluto, quæ de bonis mariti ad eã deuoluta ſunt, ſeruare ſanxerat. Iiſdẽ caſibus nos q huius legis autoritatẽ maritũ quoq;, quæ de bonis mulieris ad eũ deuolu ta ſunt, morte mulieris matrimonio diſſoluto, cõmunibus liberis ſeruare cẽſemus: nec intereſſe uolumus, ſi alter pro marito donationẽ ante nupti/as, uel pro muliere dotem crediderit offerendã. Hæc obſeruari præcipi mus, licet res ante nuptias donatæ, ut adſolet fieri, in dotẽ à muliere redi gantur. Nam et ſi culpa mulieris repudio matrimonium fuerit diſſolutũ, maritus totam donationẽ, non partes, ut in altera dote, retinebit. Do/

minium

minium autem rerum, quæ liberis, uel huius legis, uel præteritarum cõ
ſtitutionum autoritate ſeruãtur, ad liberos pertinere decernimus. Itaq;
defuncto eo, qui eas liberis reſeruabat, extantes, ab omni poſſeſſore li
beri uindicabunt, conſumptas, ab hæredibus eius exigent, qui eas ſer
uare debuerant. Alienandi ſanè, uel obligandi ſuo nomine eas res, quæ li
beris ſeruari præceptæ ſunt, eis qui reſeruaturi ſunt adempta licentia eſt.
Negocia uero liberorũ patri utiliter adminiſtrare concedimus. Diuiden
di quoq; res inter eos ipſos liberos parentibus pro ſuo arbitrio, uel eli
gendi quem uoluerint licentiam non negamus. In hijs autem caſibus, in
quibus res ut paternas mater liberis cõmunibus ſeruare præcepta eſt,
hoc eſt, ubi morte mariti matrimonio diſſoluto, mulier ad alias nuptias
uenit: uel ubi ut maternas patrẽ liberis cõmunibus ſeruare cenſuimus,
hoc eſt, ubi morte mulieris matrimonio diſſoluto, uir ad alias nuptias
uenit, ſi hæreditatem eius parentis qui prior mortuus eſt, non adierint
liberi, licebit eis, tanquam eius tantum res fuerint, eas ſibimet uindicare.
Scilicet ſi uel eius, qui poſterior moritur, hæreditatẽ crediderint adeun
dam: ne quod fauore liberorũ indictum eſt, quibuſdam caſibus ad læſi
onem eorum uideatur inuentum. Illud etiam humanis ſenſibus huic le
gi credidimus inſerendum, ut eo quoq; caſu quo lucratur uel mulier res,
quæ ad eam à marito perueniunt, uel maritus eas, quæ ex bonis mulie
ris ad eum tranſeunt, hoc eſt, ubi primum matrimonium alterius morte
diſſoluitur, nec ſuperſtes ad ſecundas nuptias uenit, ſi res uel maritus,
uel uxor, hoc eſt, qui ſuperſtes eſt, non conſumpſerit, uel alienauerit,
quod eis ad ſecundas nuptias non uenientibus, quaſi rerum dominis cõ
ceſſum eſſe non dubium eſt, ſi hæreditatem eius qui poſterior moritur
liberi adire noluerint, ut eis liceat res à patre profectas ut paternas, à ma
tre ut maternas accipere. Quod autem Scitis prioribus continetur, nec à
filia quæ in poteſtate eſt, donationẽ ante nuptias patri, nec à filio dotẽ ac
quiri, eo quoq; addito cõfirmamus, ut defunctis hijs adhuc in poteſtate
patris ſi liberis extantibus moriantur, ad liberos eorum eadem res iure
hæreditatis, non ad patrem iure peculij tranſmittatur, ne per nepotes
auo uidelicet acquirendæ Florenti Præfecte chariſſime Auguſtorum.
Illuſtris itaq; ac magnifica autoritas tua legem ſaluberrime promulga
tam edictis propoſitis ad omnẽ notitiã faciat peruenire. Interpretatio.

In tiulo: De maternis bonis, & materni generis excretione.

Hæc lex confirmat, ut ſi qua mulier poſt mortem mariti omnia, quæ ad eam de
rebus mariti quolibet ordine peruenerunt, totum filijs profuturum debeat conſer
uare. Hoc etiam & patres de rebus maternis ſimili obſeruatione cuſtodiant, excep
to quod eis fuerit filiorum morte adquiſitum, ea ratione ſicut lex Theodoſiani
in Octauo libro declarat. Si ad ſecunda uota uenerint, aut forte non uenerint, res
quæ filijs iuſſæ ſunt reſeruari, poſt quorũ obitũ ſi alienatæ, uel obligatæ quoquo
pacto

pacto fuerint, ubicunq; eas potuerint inuenire, ad ſuum dominium filios præcipit
reuocare: Nam permiſit ut mulier de ſponſalitia donatione, quã à marito ſuſcepit,
ſi proprium nihil habeat, dotem exinde ipſi marito poſſit offerre. Cauſas uero fili
orum patres agere utiliter, & cum ſumma ſtrenuitate conſtituit, & diuidere æqua
liter inter filios facultates maternas, aut per ſe, aut per quos elegerint habeant po
teſtatem. Sanè de omnibus rebus uxoris, quæ ad proprietatẽ mariti quolibet titulo
uel nomine, ſeu donatione, ſeu teſtamento, ſeu morte filij peruenerint, etiamſi ad
alias nuptias nõ tranſierit, ſi mortuo eo hæreditatem eius filij adire noluerint, omnia
quæ de maternis bonis maritus quocunq; ordine habuit acquiſita, filij ſibi, ſicut re
liquas maternas facultates, apud quoſcunq; inuenerint uindicabunt. Simili ratio
ne ſi & mater marito mortuo, etiamſi ad ſecundas nuptias nõ uenerit, ſi hæreditatẽ
eius filij adire noluerint, omnia quæ de paternis facultatibus mater eorũ quoquo
modo, ut ſuperius dictum eſt, acquiſiuit, filij poſt mortem matris, cuius hæredita
tem repudiauerint, ad integrum ſibi uindicent & defendant: quia iuſtitiæ intuitu
conſtat eſſe proſpectum, ut quia nihil de illius parentis rebus, qui poſterior mori
tur, habere dinoſcitur, uel ea quæ ex prioris mortui parentis bonis eſſe conſtat, ad
filios debeant integra peruenire. Reliquum uero huius legis in alijs legibus habe
tur expoſitum.

DECVRIO SI AD SENATORIAM DIGNITATEM, VEL ALIQVEM HONOREM ASPIRET. TIT. VI.

Impp. Theod. & Valent. AA. ad Senatum Vrbis Conſtantinop.

Olendiſſimo cœtui ueſtro P. C. placere confidimus, ſi ciuitatũ
commodis conſulatur. Veſtrum eſt nempe uelle ciuitates auge
ri. Vos Curijs peculiariter proſpicere conſueſtis: ſiquidem uo
bis noſtro iudicio reſp. ſoleat gubernanda committi. Nam etſi ocio frui
uos quodam tempore patiamur, ne labore uideamini fatigari continuo,
non tamen ideo cura uos deſerit optime regendæ reip. Quamobrem le
ge Curijs profutura uobis P. C. uel maxime gratulamur. Suggeſtione ui
ri illuſtris atque magnifici præfecti prætorij Orientis exconſulijs Flo
rentij comperimus quoſdam Curiales iniurijs ſe Præſidum ſubtrahere
cupientes, ad ſenatoriæ dignitatis prærogatiuam confugere. Hoc Cu
rias eneruare non dubium eſt: Curialibus quippe præturæ munus poſi
tum patrias etiam functiones, ac ſua quenq; munia ciuitatis, patrimo
nijs eorum eo modo conſumptis, denegare cõpellitur. Et quod hijs mo
ribus ſe iudicum reuerentiæ ſubtrahunt, dignitatis publicis cõmoditati
bus noxiũ eſſe perſpicitis: Ceſſat enim debitorum compulſio, ſi debito
ri deſit executor. Lege itaque perpetuo ualitura decernimus: Nullum
poſthac Curialem ſibimet dignitatis ſenatoriæ infulas uſurpare: Nulli
Curiali licentiam dari clariſſimo ſe permiſcendi conſortio. Sed ne proui
dentiſſime conſtantiſſimeq; conſtituta quibuſdam præteritis ſemiplena
reliquiſſe noſcamur, illis etiã Curialibus, qui iam ſenatoriam adepti ſunt

dignitatem, prætoræ munus remitti decernimus, qui nõdum Prætores sunt nominati, uel quos nominatos nondum amplissimi uestri cœtus sententia prætoræ muneri mancipauit obnoxios. Dat. pridie Id. Septemb. Constantinop. Theod. A. XVII. & Festo V. C. COSS. Interpretatio.

Hæc lex hoc præcepit, ut nullus Curialis natus ad aliquos honores adspiret, nec dignitatem aliquam supplicando tentet adsumere, nisi tantum officia Curiæ debita se nouerit subiturum.

DE TESTAMENTIS. TIT. VII.

Impp. Theod. & Valent. AA. Florentio PF. P.

VT prodest gentes barbaras nostri nominis imperio mancipari, ita nostræ uictoriæ uidebuntur obedientibus fructuosæ, si pacis commoda legum regulis componantur. Ideo diuinis sensibus die noctuq; res humani generis pertractantes, gratum duximus deficientiũ quoq; uolũtatibus subuenire. Vt pro suo quisq; testetur arbitrio. Vt in potestate sua suã habeat uolũtatẽ. Vt inuitus nemo nec taceat, nec loquatur. Illud est quippe proprie testamentũ, quod testantis merã obtinet uoluntatẽ. Natura talis est hominum, ut quosdam diligant, alios timeant. Quibusdam sint officiosæ gratiæ debitores, alios suspicentur. Quorundã fidẽ intelligant eligendam, alijs nihil credendũ existimẽt, nec tamen audeãt de singulis quæ sentiunt confiteri. Ideo ueteres testamenta scripta testibus offerebant, oblatarũq; eis tabularum perhibere testimoniũ postulabant. ✳ Sed dum iuris antiqui cautelã paulatim mutat posteritatis imperita præsumptio, & testes exigãt omnino quæ testamẽto continẽtur agnoscere, eò res processit, ut dum sua quisq; nõnunq; iudicia publicare formidat, dum testibus testamenti sua non audet secreta committere, ne suis facultatibus inhiantes offendat, intestatus mori, quàm sua mentis arcana periculose patiatur exprimere. Hac itaq; consultissima lege sancimus, licere per scripturã conficientibus testamentũ, si nullum scire uolent quæ in eo conscripta sunt, signatã uel ligatã, uel tantũ inclusam inuolutamue proferre scripturã, uel ipsius testatoris, uel cuiuslibet alterius manu conscriptã, eamq; rogatis testibus, septem numero ciuibus Romanis puberibus omnibus simul offerre signãdam & subscribẽdã. Dum tamen testibus præsentibus testator suum esse testamentũ dixerit, quod offertur, eiq; ipse corã testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripserit. Quo facto, & testibus uno eodemq; die ac tempore subscribentibus & signãtibus, ualere testamentũ: Nec ideo infirmari, quod testes nesciant quæ in eo scripta sunt testamento. Quod si literas testator ignoret, uel subscribere nequeat, octauo scriptore pro eo adhibito eadem seruari decernimus. In omnibus autem testamentis, quæ uel absentibus, uel

Testamentum unde dictum.

præsentibus testibus dictantur, superfluũ est, uno eodemq; tẽpore exigere testatorẽ, & testes adhibere, & dictare suum arbitriũ, & finire testamentũ. Sed licet alio tẽpore dictatũ scriptumue proferatur testamentum, sufficiet uno eodẽq; die, nullo actu interueniente, testes omnes uidelicet simul, nec †diuersis subscribere, signaréue testamentũ. Finẽ autẽ testamẽti subscriptiões & signacula testiũ esse decernimus. Nõ subscriptũ nanq; à testibus, atq; signatũ testamentũ pro imperfecto haberi cõuenit. Ex imperfecto autẽ testamento uoluntatẽ teneri defuncti, nisi inter solos liberos habeatur, nõ uolumus. Per nuncupationẽ quoq;, hoc est sine scriptura testamenta non aliàs ualere sancimus, nisi septẽ testes, ut supra dictum est, simul uno eodemq; tẽpore collecti, testatoris uoluntatẽ, aut testamẽtum sine scriptura facientis audierint, non ut suũ, quod adsolet fieri, narrantes arbitriũ. Hoc est, ut manifeste testari se sub ijsdẽ testibus sine scriptura eo ipso tẽpore dicat, non futurũ suæ uoluntatis promittat arbitriũ. Si quis autẽ testamento iure perfecto, postea ad aliud uenerit testamentum, non aliàs quod ante factum infirmari decernimus, quàm id quod secũdo facere testator instituit, in iure fuerit consummatũ: Nisi forte in priore testamento scriptis hijs, qui ab intestato ad testatoris hæreditatẽ successionẽue uenire non poterant, in secunda uoluntate testator eos scribere instituit, qui ab intestato ad eius hæreditatẽ uocantur. Eo enim casu, licet imperfecta uideatur scriptura posterior, infirmato priore testamẽto, secundã eius uoluntatẽ non quasi testamentũ, sed quasi uoluntatẽ intestati ualere censemus: in qua uoluntate quinq; testiũ iuratorũ depositiones sufficient. Quo non facto, ualebit primũ testamentũ, licet in eo scripti uideantur extranei. Illud etiã huic legi perspicimus inserendum, ut quoniã græce iam testatori cõcessum est legata cuiq;, ac directas libertates, Tutores etiã græcis uerbis liceat in testamentis relinquere, ut ita uel legata relicta, uel libertates directæ, Tutoresue dati uideãtur, ac si legitimis uerbis ea testator dari, fieri, obseruariq; iussisset. Florenti Præfecte charissime Augustorũ. Illustris itaq; & magnifica autoritas tua consultissimam legẽ, edictis propositis, ad omniũ notitiã perferri præcipiat. Dat. pridie Id. Febr. Constantinop. Theod. A. XVII. & Festo V. C. COSS. Int.

† *Forte diuisim legendum est.*

Testamenta per nuncupationem.

Hæc lex multa confirmat, quæ de testamentis in Theodosiani corporis autoritate cõscripta sunt. Sed hoc amplius habet, ut si aliquis iure prætorio condiderit testamentũ, id est, quod septẽ testiũ subscriptionibus confirmatur, autor testamenti, si literas scit, octauus ipse subscribat: Sin autẽ aut subscribere non potest, aut literas nescit, tunc octauũ pro se adhibeat scriptorẽ: Nam etsi subscriptores nesciãt quæ in pagina testamenti continentur, testamentũ ex hac re nõ habeatur infirmũ. Testamento uero nihil detrahitur, si per plures dies dicatur fuisse dictatũ, dummodo una die sub præsentia testatoris simul oẽs rogati à testatore subscribãt, ac suis sigillis subscriptũ muniant testamentũ. Per nnucupationẽ quoq;, hoc est sine scriptura qui suam publicare maluerit uoluntatẽ, conuocatis simul una hora septẽ testibus, primũ pro

Iure prætorio testamenta condere.

quæ re eos uenire rogauerit, euidenter explanet, ut quia testamentũ non fecit, illi apud gesta defuncti publicent, & allegẽt uoluntatẽ. Si quis autẽ facto legitimo testamento aliud postea uoluerit facere testamentũ, nõ aliter quod prius factũ est red
† subscriptum datur infirmum, nisi, sequens testamentũ omni firmitate fuerit † conscriptum, & legitimo testiũ numero roboratũ: Nam si imperfecta fuerit forsitan deficientis uoluntas, secũda uoluntas tunc ualeat, si in primo testamẽto, quod fecerat, extraneos scripsit hæredes, & postea in secunda uoluntate illos instituit, uel ad successionẽ uocauit, qui etiãsi non testatus fuisset, poterant in hæreditate defuncti ab intestato succedere, quæ tamen posterior uoluntas defuncti licet non sit perfecta, sic in omnibus quæ scripta sunt ualeant, ut quinq; testes iurisiurandi religione confirment testatorem ad hoc eos conuocasse, ut remoto priore testamento, secundum in propinquis suis, quã perficere nõ ualuit, conderet uoluntatẽ, quæ in omnibus, uel circa omnes firma permaneat.

DE ALLVVIONIB. ET PALVDIB. TIT. IX.

Impp. Theod. & Valent. AA. Cyro PF. P.

SVggestionibus tui Culminis semper magnũ aliquid reip. conferendi materiæ ministrantur, semper nobis aliquid porrigitur emendandũ. Quãta igitur Magnitudinis tuæ prouincialiũ cura est, per eas quoq; non dubie declaratur. Alluuionũ, quæ cõtingere solent in prædijs, quæ ripis quorundam fluminũ terminantur, ea natura est, ut semper incerta possessio, incertum sit eius dominiũ quod possessori per alluuionẽ accrescit: Nam quod hodie possidemus, nonnunq; altero die uicini fundi dominio, in alteram fluminis ripam translatum, acquiritur, nec tamen apud eum cui accrescit semper remanet acquisitum, sed plerunq; redit ad priorẽ dominum cum augmento. Sæpe nec ad posteriorẽ manet, nec ad priorẽ redit, sed in harenã fluminis inũdatione dissoluitur.
† militantum Ideo suggestionẽ tui Culminis admittẽtes, non Aegyptijs solis, nec de †limi tantum alluuionibus loquimur: Sed quod salubre est, orbi terrarum, atq; omnibus prouincijs promulgamus. Et ea, quæ per alluuionem possessoribus acquiruntur, neque ab ærario uendi, neq; à quolibet peti, nec separatim censeri, uel functionem exigi hac perpetuo lege ualitura sancimus, ne per alluuionum ignorantiã uetitã rem, & maxime noxiam possessoribus uideamur indicere. Similiter nec ea quidẽ, quæ paludibus antea uel pascuis uidebantur ascripta, si sumptibus ac laboribus possessorũ nunc ad frugũ fertilitatẽ translata sint, uel uendi, uel peti, uel quasi fertilia separatim censeri, uel functiones exigi cõcedimus: ne doleant diligenter operã suã agri dedisse culturæ, nec diligentiã suam sibi damnosam intelligant. Huius legis temeratores quinquaginta librarum auri condemnatione coherceri decernimus. Inter quos habẽdum est officiũ quoq; tuæ sedis excelsæ, si aliquid eiusmodi suggesserit disponendũ, uel si preces in-
† petitor structerit † petitoris, Cyre Præfecte charissime Augustorũ. Illustris itaq; & ma-

& magnifica autoritas tua suggestione tui Culminis, ac dispositione non admissa tantum, sed etiã collaudata, legẽ hanc edictis propositis ad omniũ notitiam perferri præcipiat. Dat. XI. Cal. Octob. Constantinopoli, Valent. A. V. & Anatholio V. C. COSS. Interpretatio.

Hac lege † censitũ est, ut si fluuius alueũ suũ paulatim in aliam partẽ contulerit, † sancitum terrã ille acquirat, cuius finibus spatiũ terræ dinoscitur cõtulisse. Quã rem beneficio aquæ possessoribus acquisitam nullus uelut fiscalem audeat uindicare, cui rei tributum nullus adijciat. Si quis etiam paludes suo studio deriuauerit, & ad usum fertilitatis adduxerit, similiter hoc is qui excoluit, sine censu perpetuo iure possideat, neque quisquam hoc audeat à nostra munificentia postulare.

DE BONIS DECVRIONVM, ET NATVRALIBVS FILIJS eorum in Curiam mittendis, hæredibusq; scribendis. TIT. X.

Impp. Theod. & Valent. AA. Apollonio PF. P.

NVlla professione uirtutis, nullaq; re alia potius homines deo, quàm prona liberalitate iunguntur. Nam cum beneficiorum fontibus genus amplificetur humanũ, diuinã beneuolentiã nobis credimus obligari, unde spes tota uicissitudinis expectetur. Quod si quis bene de se meritum lædat, ex amore omnium quem liberalitas meruit, cõmuni necesse est odio condemnetur ingratus. Huius iniquissimæ rei acerbitate cõmotam Celsitudinẽ tuam, à nobis remedium postulasse præsens suggestio declarauit. Multi enim sæpe nullam trahẽtes sorte maiorũ Decurionatus originẽ, sua sponte, liberaliq; sententia pietatis quoddam insigne duxerunt, magnificis patriam muneribus beneficijsq; donare. Alij, cum extruendi publici operis nulla eis necessitas immineret, diuersis eam ædificiorum ornatibus extulerunt. Id augendæ patriæ desiderium maximis laudibus ac præconijs efferendum, alios curialibus oneribus, alios discussionũ laqueis implicauit. Et quod ultra omnẽ indignationẽ est, rationes liberalitatis suæ dare cogitur, qui luxuriæ non dedisset. Quod nisi prouida dispositione curetur, quotus quisq; erit, tam sui, suæq; utilitatis ignarus, qui uel in operibus construendis largitatẽ exercere uelit, cui discussor immineat, uel in conferendo aliquo munere gloriari, cum id quod munus fuerat, incipit esse iam debitum? Qui denique sic patriam suam diliget, ut cum frui liceat opibus ociosis, iactura patrimonij sui sollicitã redimat egestatẽ? Quapropter ipsis ciuitatibus potissimum consulentes, quibus suorum ciuiũ beneuolentiam nolumus interclusam, huius æternæ legis saluberrima ratione decernimus, ut si quis sua sponte, nullicq; eiusmodi oneri subditus, in qualibet ciuitate per se, alterius úe personam quodcunq; munus ediderit, uel honorem gesserit, nul-

Liberalitas facit homines dijs ipsis uicinos.

lum ex uoluntaria largitate uel præiudiciũ ſui ſtatus incurrat, uel diſcuſſionis ratiocinijs obligetur: Hoc enim pacto, cũ ex uoluntate præbeatur quod ſi neceſſitas immineat euitetur, nec gratos ſuæ circa patriam benevolentiæ pœnitebit, nec excuſatio relinquetur ingratis. Illi etiam parti, ſollicita nobis circa res humanas prouidentia ſuggerente, conſulendum eſſe credidimus, quantũ fauoris, ſplendoriſq; legitimæ proli ex legũ ſuffragatione præſtatur, tantũ naturali ac degeneri ſoboli derogatur: Nam cum de ſucceſſionibus paternarũ facultatũ quædam ſeueriora, quædam humaniora circa eos iura prolata ſint, nulla lex adeo eis pepercit, ut eiuſmodi ſorte conceptos ſaltẽ in aliorũ loco poneret, quos naturæ cõiunctione proximos inueniſſet. Sed nos, à quibus ſolet in hominũ genus ſemper aliquid procedere quo iuuẽtur, una eademq; ſaluberrima ſanctione & horum conditioni, & Curiarũ cõmoditati ſubueniendũ eſſe perſpeximus, ut cum & naturaliũ liberorum uilitas ſplendidiorẽ fortunam, & Decurionũ nobilitas multitudinẽ deſideret, autori utriuſq; generis, utilitatibus in cõmune perpenſis, ab altero commodetur, quod alteri defecit: lexq; undiq; temperatiſſima collocetur, quæ & naturæ uitium dignitatis impartitione ſoletur, & ordinũ dignitatẽ à corporum exiguitate defendat. Hac igitur perpetuo duratura promulgatione decernimus, ut ſicui & legitimorũ, & naturalium liberorum progenies ſuppetat, uetera illibata conſtitutionũ autoritate ſeruata, iuſtæ ac legitimæ ſobolis iura nulla imminutione decreſcant. Siquis uero parentibus amiſſis, naturalem duntaxat fœcunditatẽ, non etiã legitimã ſortiatur, ſeu liber ipſe, ſeu Curiæ ſit nexibus obligatus, & tradendi filios uel omnes, uel quos, quemũe maluerit, eius ciuitatis Curiæ, unde ipſe oritur, & in ſolidum hæredes ſcribendi liberã ei concedimus facultatẽ. Parentibus uero ſuperſtitibus, ſi naturalis pater uitæ munus impleuerit, quartã partẽ bonorũ contẽplatione gradus legitimi patri matriũe, auo uel auiæ ſaluã intactãq; ſeruamus, ut ſi quis eorũ uel præteritus, uel parũ quàm ei debebatur ex legibus fuerit conſecutus, mouere de inofficioſo teſtamẽto querelã pro iuris ordine concedatur. Quos ex hac noſtra diſpoſitione nec lædi credimus, nec offendi. Nec enim aliquid ex eorũ iure decoquitur, cum neque, ad quoſcunq; hæredes ſorte tranſmiſſa, quicq; amplius ex filiorũ ſuorum nepotũue facultatibus, præter memoratã defenderit quantitatẽ. Niſi forte moleſte ferendũ ſit, natura ſibi cohærẽtes, licet iure nõ iunctæ ſint, alieniſſimis anteferri, rerũq; eſſe participes, quos cõſortes ſanguinis cõfitentur. Qd ſi cui nõ ex urbe, ſed uico, uel poſſeſſione qualibet oriũdo naturales liberi cõtigerint, eosq; uelit ſub definitione prædicta, & Curiæ ſplendore cohoneſtare, & hæreditatis opibus adiuuare, eius ciuitatis adſcribendi ſunt ordini, ſub qua uicus ille ſeu poſſeſſio cenſetur. Quod ſi alterutram

rutram regnantium ciuitatẽ patriam ſortiatur, ſit ei liberum & ſuſceptã ex inæquali coniugio ſobolem cuiuſcunq; ciuitatis Decurionibus immiſcere, dummodo ciuitas quæ eligitur totius prouinciæ teneat principatum. Indignũ eſt em̃, ut qui ſacratiſſ. Vrbis ubere gloriatur, natales ſuos non illuſtri ordine ciuitatis illuminet. Hæc, ſiue cum poſtrema definiat, ſiue cum donatione cuiuslibet quantitatis, habita ratione parentum in liberos, naturalis pater conferat, quod de ſubeunda ſorte curiali, ſeu teſtamento, ſeu actorum fide conſtituant, ita ratum eſſe, ſtabiliterq; uolumus obſeruari. Vt ſiue abſtinendo hæreditatibus, ſiue abdicando dignationes, naturales liberi curialem uoluerint euitare fortunã, poſteaq; paternarũ opum uel in ſolidum, uel ex parte reperti fuerint poſſeſſores, licet eas alienauerint, omni modo ad conditionem, in qua pater eos amplificatis opibus eſſe uoluit, etiam inuiti cogantur accedere. Apolloni Præfecte chariſſ. AA. Illuſtris & magnifica autoritas tua quæ ſanximus edictis propoſitis ad uniuerſorũ noſtro imperio ſubiectorum notitiam cõmeare perficiat. Dat. XVI. Cal. Ian. Conſtantinop. Maximo & Paterio V.C. COSS.

Interpretatio.

Si quis habuerit legitimos filios, & naturales habuerit, id lex iſta conſtituit, ut id obſeruetur, qd eſt in Theodoſiani Corpore conſtitutũ, hoc eſt, ut extãtibus filijs legitimis octaua hæreditatis naturalibus, uel eorũ matribus, pater ſi uoluerit, derelinquat. Si uero legitimos filios non habuerit, & naturales habuerit, & eos hæredes facere uoluerit, nõ aliter poterit, niſi ut primitus eos corpori Curiæ ſub geſtorũ teſtificatione cõiungat, & ſic, ſi uoluerit, integras ad eos ſiue donationes, ſiue teſtamẽto hæredes ſcribẽdo transferre poterit facultates. Quarta uero patri uel matri, auo, auiæ, quibus de inofficioſo teſtamẽto actio ſuppetit, ſpecialiter ſeruata. Hoc ſeu Curialis, ſeu liber à Curia naturalibus filijs ita cõferre legis iſtius ordinatione permittit̃, ita ut in ea ciuitate, in qua, uel in cuius territorio habitat, naturales filios cõſtituat Curiales. Quod ſi, ut adſolet, in duabus prouincijs ei poſſeſſio uel habitatio fuerit, & uoluerit eos in ciuitate ſua facere Curiales, hoc lex iſta permittit, ut in qua prouincia elegerit, dummodo in Metropolitana ciuitate, inſtituendi naturales filios Curiales pater habeat poteſtatem.

Iidem AA. Apollonio PF. P.

Nulla penè res adeo pro utilitate humani generis inuenitur, quæ non callidis hominũ conſilijs ad fraudẽ malitiãq; conuertitur. Nonnulli em̃ Curiales, quorũ corpori ſemper uolumus eſſe cõſultũ, parũ habẽt ſua cõmoda noſtris beneficijs adiuuari, niſi eis ad aliorũ abutãtur incõmodũ. Sed nos, quibus ingenitũ eſt prodeſſe cunctis, obeſſe nemini, ſicut eorũ utilitatibus prouidendũ eſſe cenſemus, ita fraudibus etiã ducimus obſiſtendũ. Hic em̃ eſt expeditiſſimæ ſanctionis effectus, q dum alijs ꝓſpicit, aliorũ iura non minuit. Meminimus quippe, nuper emiſſa lege diuali, portionẽ quartã de facultatibus Curialiũ, fati munus implentiũ, ex qualibet nouiſſima uolũtate, uel ab inteſtato etiã ad quẽcunq;, prætereq; ſi ad filios deferantur,

deferantur, Curiarum deputasse corporibus. Sed multi, tanquam corrũpendi totius patrimonij accusatione captata, uniuscuiusq; rei sibi particulam uindicando, adeo totas dilacerant facultates, ut dum participibus relictarum opum nocere cupiant, sua quoq; iura præcipitent. Quorum nimiam licentiam prouida dispositione frenantes, ipsis quidem Curialibus occupandi sua autoritate res mortui copiam denegamus. Optionẽ uero damus hæredi, ad quẽ uel intestato, uel ex postrema uoluntate derelictis, uel fideicommissarijs uerbis decucurrit hæreditas, utrum existimationem quartæ partis Curiæ uelit offerre, an omne patrimonium, quod relictum est, in partes quatuor pro sua uoluntate diuidere, utrebus totis in sortitum * deductis, uel Curiæ quadrantis, uel hæredi, ac fideicommissario per uniuersitatem dodrantis electio ex sortis cõditione contingat. Ita scilicet & præfati successores, & Curia imprimis ceu rerũ domini liberabũtur incõmodo. Naturale quippe uitium est negligi, quod communiter possidetur, utq; se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur. Deniq; suam quoq; partem corrumpi patitur, dum inuidit alienæ. Sed ubi quarta pars bonorum mortui Curiæ debet offerri, immobiles quidẽ res, quæ nec latere facile possunt, nec quicquã si diuulgentur officiunt, sub aspectu etiam Curialium æstimari, diuidiúe concedimus. Mobiles autem res, uel se mouentes, uel instrumenta, uel si quid etiam in eiusmodi iure consistat, in medium proferri diuulgariq; non patimur: Sed iuratis successoribus, cum apud se diligenter æstimauerint, quæ, quãtiq; sint pretij facultates, credi oportere decernimus. Quid enim tam durum, tamq; inhumanum est, quàm publicatione pompaq; rerum familiarium & paupertatis detegi utilitatẽ, & inuidiæ patere diuitias. In exigendis uero debitis, si pretiũ quod pro quarta parte actionũ Curiæ competit, successores præstare noluerint, cautionibus iurata fide prolatis in mediũ, unusquisq; à debitoribus cõuenientem sibi exigat portionem: Eq; diuerso æs alienũ, si cui defunctus fuerat obligatus, tam ijdẽ successores, quàm Curia per suam sortem restituere cõpellantur. Quod si sæpe dicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum, tum uero ad similitudinẽ rerum immobilium diligenter Curialibus omnium rerũ indago præbetur: scilicet ut uniuersis mortui facultatibus in aperto propositis, uel æstimatio rerum, uel diuisio, prout successores elegerint, sub præsentia Curialium celebretur. In omnibus autem casibus, ubi quarta pars Curiæ cõpetit, transactiones interpositas firmas illibatasq; manere decernimus. Ad filiorum uero numerum, ad quos integras opes uenire censuimus, filium, nepotẽ, patrem, auum & proauum, ad uirilis sexus originẽ pertinentes, etsi alieni sint, Curiæ iubemus adiungi, ut ad has quoque

Visum est in ueteri exemplari deesse uerbũ, quãuis sententiæ id minime officiat.

quoq; personas ex ultima uoluntate, uel ab intestato delapsæ facultates nullius partis imminutione decrescant. Filiam, quinetiam neptem, pronepotẽue Principali eiusdẽ ciuitatis, unde pater, auus uel proauus oritur, nuptam, rerũ uel ab intestato, uel ex dispositione uoluntatis ultimæ quæsitarum, integrum nullaq; parte minutum dominium habere sancimus. Quod si post parentum obitũ inueniantur innuptæ, uel uiduæ, impuberibus quidem post transactam pubertatem, in alijs uero quæ pubertatẽ adeptæ sunt, uel etiam in uiduis post mortem parentis trienniũ duntaxat uolumus expectari, ut interim quarta portio suspensa, uel apud eam, si in matrimonio Curialis eiusdẽ ciuitatis fuerit collocata, perpetuo iure permaneat. Vel si intra id temporis alienum eadem Curia sortiatur maritũ, penitusúe nupta non fuerit, memorata pars Curiæ cum triennij tam urbanorum, quàm rusticorum prædiorum duntaxat fructibus addicatur. Ita tamen, ut & optionis conditio, in offerendis rebus quartæ partis * & sacramenti tam de quantitate, quàm de æstimatione rerum mobilium, deq; actionibus inferendis excipiendisúe, sicut in extraneis personis dictum est, ratio conseruetur: Cæteris uidelicet, quæ super hac re prolata constitutio continet, firmiter duraturis. Sed & si mater mortui uel auia, tempore, quo filius neposúe moritur, in coniugio Curialis inuenta fuerit, ne ipsas quidẽ patimur quartæ portionis subire iacturam. Extraneũ quinetiam hæredem, propinquitatis quidem iure discretum, Curiæ tamen eiusdem ciuitatis obnoxium supradictæ portionis dispendio liberamus. Fœmineo uero sexui non hac tantum prouisione, sed illa insuper iuris adiectione consulimus. Præcipimus nanq;, ut ad similitudinem naturalium filiorũ, quos Decurionatus sorti paterna sententia dedicauit, filia quoq; naturalis, in matrimonium Curialis ascita, si tamen nulla patri eius suppetat legitima soboles, id quod paternæ uisum fuerit uoluntati, & omnes res patrias donationis titulo consequatur, & hæres scribatur ex integro: Ita tamen, ut & parentum, quibus quarta pars matrimonij relinquenda est, & locorũ, unde gener legitur principalis, ad formã nuper emissæ constitutionis ratio consequetur. Quid enim interest, utrum per filios, an per generos ciuitatum commoditatibus cõsulatur? Et utrũ nouos lex faciat Curiales, an foueat quos inuenit? Aliam quoq; de negocio Curialis caliginem, suggestione tui Culminis moti, recenti interpretatione discutimus, & imprimis descriptionis onere siliquarum quatuor, quas lucratiuis iugationibus tantũ non humanis, uel animaliũ censibus, neq; mobilibus rebus iubemus indici, & si Curiales non sint, maiores ac posteros liberamus. Vt si pater, auus, uel proauus, filio, nepoti, pronepotiúe, uel filiæ, neptí, proneptiúe, nec referet nuptæ sint Curialibus

Deest uerbũ, quale est, maneat.

A

rialibus nec ne, postrema uoluntate, uel inter uiuos etiã donatione quicquam de suis opibus largiatur, memoratæ descriptionis cesset indictio. Eóq; diuerso, ut si posteri ad maiores prædicta sibi cõsanguinitate deuinctos, præfatis titulis suas conferant facultates, nullius accessione grauaminis huiusmodi liberalitas oneretur. Ita enim necessarijs sibi coniunctisq; personis sub liberalitatis appellatione debitum naturale persoluitur. Cuius autoritatẽ iuris pariter ualere sancimus, & si ab intestato succedant præfati sibi generis ordine sociati. Ex hijs enim successionibus maxime debiti potius solutio, quàm muneris oblatio comprobatur, quæ non largientibus etiã dominis ipsa propinquitatis serie deferuntur. Cæterum uero licet quadam inter se cognatione iungantur, nunquam tamen Curiale prædium sine prædicto onere lucrabuntur, nisi forte is, cui lucro res cesserit, eiusdẽ ciuitatis ordini sit obstrictus, qui licet inter extraneos numeretur, † uacuum tamen ea functione quod datum est consequitur. Nam cum personæ conditio non mutetur, ne rei quidem statum conuenit immutari. Lucratiuas uero res eas tantũ uolumus appellari, & prædictæ descriptionis grauamine excipere, quæ hæreditatis, legati, fideicõmissi iure, mortis causa donatione, uel cuiuslibet postremæ uoluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur. Inter uiuos etiam donatio simplici liberalitate confecta lucratiuæ merebitur & nomen & sarcinam. Si uero uel socer futuros filij nepotes, uel pronepotes sponsæ affinitatis coeundæ causa donauerit, uel parens etiam filiam, neptem, uel proneptem, Curiali, seu extraneo nubentem dotauerit, licet casus, euentusúe eius cui data est, uertatur ad lucrum, nec inter lucratiuas numerabitur, nec descriptionis oneri subiacebit. Nec enim iuris optimi est matrimonium, cum tot tantisq; suis difficultatibus opprimatur, aduentitijs etiam cumulare ponderibus. Res uero, quæ memoratis causis lucratiuæ semel nomẽ exordiumq; sortita est, licet ab eo qui susceperit, ad alterum emptionis uel cuiuscunq; contractus iure migrauerit, cum prædicto descriptionis grauamine proculdubio transfertur, ut uel sciens sibi imputet, qui accepit oneratam, uel si ignorauerit, quod interest consequatur. Contraq; si cuiuslibet contractus exordio lucratiuæ nomẽ euaserit, & si postea lucriti tulo in dominatum alicuius ceciderit, sarcinam memoratæ descriptionis effugiet: Nulla enim in huiuscemodi causis confusionis intercedit occasio, si ad primordium tituli posterior quoq; formetur euentus: Nisi forte res Decurionis, quæ ad eum cuiuslibet mercimonij iure peruenerit, ad alterum fuerit postrema eius uoluntate ab intestato, uel inter uiuos donatione translata. Tunc enim, quia semel in personam cecidit, principali ueterum titulorum nequaquam ratione perspecta, conditionẽ & onus merebitur

† lucrum

Lucratiuæ res.

merebitur lucratiuæ. Apolloni Præfecte charissime AA. Illustris itaque & magnifica autoritas tua, edictis ex more propositis, sanctionẽ nostræ Clementiæ, quam in perpetuum uolumus obseruari, ad omnium notitiã peruenire constituat. Dat. VII. Id. Mart. Constantinopoli, PC. Dioscore, & Theod. VV. CC. COSS.

Interpretatio.

Lege hac Curiales minime prohibentur testamentũ facere, sed id aut legitimis filijs si uoluerint facultates suas integras sine imminutione aliqua derelinquant. Cæterũ si filij legitimi defuerint, quemlibet etiam extraneum à Curia scribere hæredẽ permittãtur, sed ita ut hæres, qui conditionem Curiæ nullam debet, quartam hæreditatis acceptæ Curiæ sine aliqua imminutione mox refundat. Quod si is qui hæres scriptus est, integram hæreditatem habere uoluerit, pro quarta illa, quæ Curiæ deputatur, pretium quantum ualuerit dare non differat. Agri, domus, uel quicqd latere nõ potest, communi æstimatione taxentur. De † pretio uero, aut quicquid latere potest hæres scriptus, Curiæ præbeat sacramenta, secundum fidem pretium soluturus. Quod si noluerint, prolatis omnibus tres partes hæres, & quartam Curia uindicabit. De cautionibus uero, quæ Testatori Curiali debebantur, simili ratione diuisis etiam quæ Testator Curialis debuisse conuincitur, tres partes hæres, et quartam Curia creditoribus sine dilatione dissoluat. Pactiones quæ inter hæredem & Curiam de hæreditatis diuisione factæ fuerint, firmæ permaneant. Filij uero, nepotes & pronepotes, qui auis & proauis per uirilẽ gradum successerint, seu scripti hæredes sint, seu ab intestato succedant, siue Curiales sint, siue à Curia liberi, de hæreditate sibi debita uel dimissa, quartã partem Curiæ nomine penitus non amittant. Filia etiam Curialis, neptis, proneptis si Curiali ipsius ciuitatis in matrimonio iuncta fuerit, auo, proauo intestatis, in integra hæreditate succedit. Et si testatus fuerit, & has personas relinquat hæredes, quartam portionem Curiæ refundere non coguntur. Quod si filia, neptis, aut proneptis à patre, auo, uel proauo, uel in minore ætate, uel uiduæ relinquantur hæredes, posteaquam ad annos pubertatis accesserint, triennio expectentur, ut si Curiali eius ciuitatis nupserint, integram hæreditatem, sicut eis uel debita est, uel dimissa, sine aliqua imminutione possideant. Si uero nupserint qui Curiæ nihil debebat, quartã partẽ hæreditatis à die mortis autoris Curiæ cum fructibus, sine aliqua dissimulatione restituant. Et si sine maritis uoluerint perdurare, quartam similiter Curiæ cum fructibus reddant. Quod si rem relictam à parentibus tenere maluerint, sacramento præbito de quantitate hæreditatis, quartam partem Curiæ in pretio mox refundant. Matri quoque uel auiæ, si tamen Curiales maritos habuerint, quartam portionem hæreditatis defuncti filij uel nepotis, quæ eis acquisita est, lex ista à Curia non iubet auferri. Nam si quis Curialis quemlibet extraneum, & tamen Curialem scribat hæredem, & ipse quartam, quæ portio Curiæ ipsius est, non refundat, Curialis etiamsi legitimos filios non habuerit, & habuerit naturales, si uoluerit eos Curiæ iungere, & hæredes scribere, uel donatione in eos propriam conferre substantiam, faciendi habeat potestatem. Filia quoque naturalis, si Curiali nupta fuerit, licet proprias & donare & relinquere facultates, ea conditione, ut patrem matremue, uel quibus actio de inofficioso testamento competit, nullatenus prætermittat. Sed eis legibus debitam uel donationis, uel mortis tempore, hoc est quartam portionem reseruet.

† præsidio

NOVELLARVM THEODOSII A.

FINIS.

LEGVM NOVELLARVM DIVI VALENTINIANI A. LIBER.

TITVLI.

De fructibus inter maritum & uxorem expensis, filijs uel hæredibus minime imputandis.
De Manichæis.
De homicidio casu, & uoluntate facto.
De testamentis.
De sepulchris.
De libertis & successionibus eorum.
De indulgentijs reliquorum.
De xxx. annorum præscriptione omnibus causis opponenda.
De colonis uagis, uel agnatione eorum, & de aduenis.
De confirmãdis hijs quæ administrantibus, uel publicum officiũ gerentibus distracta sunt uel donata, & de aduocatis, uel de cæteris negocijs.
De parentibus, qui filios suos per necessitatem distraxerunt: Et ne ingenui Barbaris uenundentur, neq; ad transmarina ducantur: Et qui eos comparant, quale debeant recipere pretium.
De Episcopali iudicio, & diuersis negocijs Clericorum.

DE FRVCTIBVS INTER MARITVM ET uxorem expensis, filijs, uel hæredibus minime imputandis.

TITVLVS I.

Impp. Theod. & Valent. AA. Albino PF. P.

AVctoritatis suæ memorẽ amplissimum Senatum gratanter agnouimus, cuius consiliũ improbis rebus semper occurrit. Hinc est, quod nuper illustribus ac sublimibus uiris, quos euocari ad sacratissimum comitatũ utilitas publicæ necessitatis exegit, nobis suggerenda mandauit, ne abhorrenda usurpatio † ab omni cõuersatione honesta uires diutius obtineret. Comperimus enim quosdam post maritorum obitum filios suos proposita indecora actione nudasse, cum ab hijs patrimonij sui fructus quærerent, quos utiq; stante matrimonio, in illa æqualitate uiuendi in commune consumptos cõuenit æstimari, quorumq; ratiociniũ perplexũ atq; confusum ad ueritatis fidem discuti posse non credimus. Cumq; in illud frequentius nouerimus accidere, ut maiores expensas flagitet matronalis ornatus, & cum nunquam uiri post uxorum obitum huiusmodi aliquid credant communibus filijs opponendum, durum est muliebri tantum licentiæ ista permitti. Et ideo Albine Præfecte charissime Augustorum, illustris ac magnifica autoritas tua hac edicta li sciat nos lege sanxisse,

Videtur deesse uerbum, quale est: alienа.

xisse, ne de coniugij copula corũ alter superstes defuncti hæredes super hac repetitione reddituum æstimet lite pulsandos. Hac enim conditione & uxores teneri uolumus & maritos. Siue enim intercesserit dos, seu oblata non fuerit, omne iurgiũ huiusce repetitionis & ratiocinij conticescat. Hanc autem legem utilitati & concordiæ humani generis profuturã, edictis per prouinciam propositis, Amplitudo tua in omnium notitiam faciet peruenire. Dat. III. Id. Septemb. Rauennæ, D. Theodosio A. XVII. & Albino VC. COSS. Interpretatio.

Si uir uxore superstite moriatur, fructus, quos constante coniugio constat expensos, nullam postea à communibus filijs, seu ab hæredibus mater repetendi habeat facultatem. Quod & si uxor uiuo marito decesserit, maritũ præcipit eadem lege constringi, ut & ipse à filijs uel hæredibus uxoris de ipsis fructibus, qui in commune expensi sunt, penitus nihil requirat.

DE MANICHAEIS. TIT. II.

Impp. Theod. & Valent. AA. Albino PF. P. II.

SVperstitio Paganis quoq; damnata temporibus, inimicã publicæ disciplinæ, & hostis fidei Christianæ, ad excidium sui Clementiam nostram non immerito prouocauit. Manichæos loquimur, quos execrabiles, & toto orbe pellendos, omnium retrò principum statuta iudicarunt: Nec dissimulationẽ crimina nuper detecta patiuntur. Quæ enim, & quàm dictu au dituq; obscœna in iudicio beatissimi Papæ Leonis, coram Senatu amplissimo manifesta ipsorum confessione patefacta sunt? Adeo ut eorũ quoq; qui diceretur Episcopus, & uoce propria proderet, & omnia scelerũ suorũ secreta perscriberet. Quod notitiã nostram latere non potuit, quibus tutũ non est negligere tam detestandam diuinitatis iniuriã, & impunitũ relinquere scelus, quo nõ solũ corpora deceptorũ, sed etiam animæ inexpiabiliter polluuntur. Vnde Albine Præfecte Augustorum, illustris & magnifica autoritas tua hac nos in æternũ uictura lege statuisse cognoscat, quã in omniũ prouinciarum faciet notitiã edictis propositis peruenire. Vt ubicunq; terrarũ quisquã Manichæorũ deprehẽsus, pœnas, quas in sacrilegos iura sanxerunt, autoritate publicæ seueritatis excipiat. Sitq; publicũ crimen, & omni uolenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cuiq; licitũ tutũq; sit aut celare tales, aut talibus conuiuere, cum omnia de hijs à nobis confirmata sint retrò principũ statuta, ut nouerint uniuersi hac edictali lege proposita, Manichæos dignitate militiæ, turbium habitatione priuandos: ne quis innocens talium cõuersatione, aut societate capiatur. Successiões nec capiãt, nec relinquãt, sed fisci nostri uiribus adgregẽtur. Nec eis quod palàm interdicimus ulla fraude quæratur: Iniuriarũ careãt actione, cõtractos liberos omnino nõ habeãt. Primates uniuscuiusq; militiæ

litiæ uel officij mox exigenda per apparitionem noſtram x. libras auri multa percellat, ſi quẽ hac ſuperſtitione pollutum ſiuerint militare: neq; enim aliquid nimiũ in eos uidetur poſſe decerni, quorũ inceſta peruerſitas religionis nomine lupanaribus quoq; ignota uel pudenda committit. Dat. XIII. Cal. Iul. Rom. Valent. A. VII. & Numo VC. COSS. Int.

Ex integro ſic ponenda eſt, quia expoſitione non eget.

DE HOMICIDIO CASV FACTO. TIT. III.

Impp. Theod. & Valent. AA. Maximo II. militi & Patritio.

Riminoſos quidem auerſamur omnes, & præcipue humano polluros ſanguine. Quorũ creſcit audacia, cum impunitas poſt ſupplicia, uel etiã pſonalia reſcripta donãtur. Nefas dictu, per ignorantiam facinora defenſione uallamus. Sed quantum eſt, quod occupationibus noſtris aſtutia plectendæ ſubreptionis illudit, cum reſcripta huiuſmodi etiam uiro illuſtri quæſtore neſciente procedant, quem cuſtodẽ ſtatuimus eſſe iuſtitiæ, qua nullum carere debet oraculum. Merito ergo male uſurpata prohibentes, hac edictali lege ſancimus, ut homicidio, quod tamen caſibus imputauerit confeſſio ſupplicantis, non aliter indulgentia, niſi noſtri nominis adnotatione præſtetur: Quoniam rariora erunt facinora, ſub noſtrũ uentura iudicium, nec ulla, niſi diſcuſſis rebus uenia continget. Poſtquã tamen ad cuiuſcunq; Cognitoris tribunal adnotatio noſtra peruenerit, examinari fidem precum diligenter iubemus, utſi homicidiũ uel caſu, uel uitandæ mortis neceſſitate conſtiterit admiſſum, uenia tribuatur orantibus. Deprehenſos uero in mendacijs ilico pœna percellat. Hijs enim tantũmodo uolumus ignoſci, in quorũ lapſibus ſola poteſt fortuna culpari. Homicidas autẽ, in hominis cædem nefaria uoluntate graſſatos, aliorumue capitalium criminũ reos, nec per annotationes noſtras licebit abſolui. Vir ſpectabilis, magiſter ſcrinij, qui interdicta ſupplicantibus reſponſa præbuerit, quinq; auri librarum multã ſacro ærario noſtro cogatur inferre. Memorialis quoq; cuiuſlibet ſcrinij, qui aduerſus uetitum reſcriptum fuerit executus, ſpoliatus militia quinquennij relegatione plectatur. Quod enim fas non eſt, uel per adnotationes noſtras nocentes mereri, multo magis uetamus reſcriptis ſimplicibus impetrari. Maxime Præfecte chariſſime AA. Illuſtris itaq; & præclara Magnificentia tua neceſſariã humano generi ſanctionem cunctorum notitiæ publicari propoſitis iubebit edictis, ut ſalubria conſtituta nullus ignoret, & manu diuina diuinitas te ſeruet per multos annos, Præfecte chariſſime Auguſtorum. Dat. VI. Id. Decemb. Romæ, D. Valentiniano & Numo V. C. COSS. PP. pridie Id. Decemb.

Magiſtri ſcriniorum.

Memoriales ſcriniorum.

Lex iſta

Lex iſta præcipit, ut ſiquis ad principem conuolauerit, adſerens caſu homicidiũ à ſe fuiſſe commiſſum, & ſi per ſupplicationem à rerum dominis ueniam potuerit impetrare, à † Correctore prouinciæ, ubi caſus cõmiſſus eſt, id ſpecialiter debet inquiri, & ſi certa fuerit ſuggeſtio ſupplicantis ueniam mereatur obtenta. Caterum ſi uoluntarie habita diſcuſſione cõuictus fuerit homicidium cõmiſiſſe, eandem pœnã excipiat, quæ de homicidijs legibus habetur expreſſa. Impetrata non ualeant, & capitali ſententia †teneatur. Reliqua conſtituta lex ipſa declarat.

† Rectore

†feriatur

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO INTERPETATIO.

De interempti pretio principis eſt expectanda ſententia: quia de pretio occiſorũ nihil euidenter lex Romana cõſtituit, Dominus noſter Theodericus, rex Francorũ, ſtatuit obſeruari, ut ſi ingenuus ab ingenuo fuerit interemptus, & homicida ad eccleſiam cõfugerit, ille qui homicidiũ admiſit, cum medietate bonorũ ſuorũ occiſi hæredibus ſeruiturus addicatur, reliqua medietas facultatis eius hæredibus relinquatur. Qui uero armatus ſe in eccleſia tueri tentauerit, qualiter lex Theodoſij in libro IX. * cum conſcientia abſtrahatur. Si ſeruus cuiuſcq; occiſus fuerit ab ingenuo, & ipſe homicida ad eccleſiã conuolauerit, ſecundum ſerui qualitatem eius reſcriptis cogatur exoluere, hoc eſt, pro actore centum, pro aurifice electo centum, pro miniſteriali ſexaginta, pro fabro ferrario quinquaginta, pro carpentario quadraginta, pro aratore triginta, pro porcario aut Birbicario, aut alijs ſeruis triginta ſolidos inferatur. Homicidam tam ingenuum, quàm ſeruũ, ſi extra eccleſiam inuenitur damnari, ſi uoluntarie factum fuerit. Si uero ad eccleſiam ſeruus homicidij reus forte confugerit, indulta uita pro eo quem occidit ipſe. &c.

DE TESTAMENTIS. TIT. IIII.

Impp. Theod. & Valent. AA. Albino PF. P. & Patritio.

Amdudum quidam Diuus auunculus noſter, teſtamentorũ compendia generali lege complexus, formulam iuris antiqui, & inanem uerborum compoſitionẽ non neceſſariã iudicauit, ualidiſſimam ſtatuens uoluntatem, cum de noſtris altaribus coniuges petunt, ut ſuccedenti prius ſuccedat ſuperſtes. Quoniam Leonius, uir Spectabilis, munitus ueteribus conſtitutis, noſtram ſupplex maluit expectare ſententiam: occaſionem nouandæ legis amplectimur, ſalubri definitione cenſentes: ut ſiue inter ſe coniugum, ſeu quorumcunq; conſenſus oblatis Serenitati noſtræ precibus optauerit, morte præuẽtis hæredem ſuperſtitem fieri oportere perſonam, hoc ita ratum firmumq; permaneat, ut nihil robuſtius æſtimetur. Et ad noſtrã notitiã peruenisſe ſufficiat, etiã ſi nullum proceſſerit ex hac parte reſponſum: Nam cum liceat cunctis iure ciuili atq; prætorio, liceat per nuncupationem, liceat municipalibus geſtis iudicia ſuprema cõponere, procul dubio manebit firmior hæc uoluntas, quæ teſtimonio principis, & ſubſcriptione cõditoris firmatur: Si tamen nullũ defuncti poſterius eius extabit arbitrium. Leonius uero & Iucunda uxor eius, tanta uiciſſim charitate certarũt, ut fuſis ſimul precibus ius poſcerent liberorũ, & propter incertũ ſortis humanæ ſuperſtitẽ coniugem

Teſtamentorum genera.

iugẽ precarentur hæredẽ: Licet ſupfluò illud addentes, ut inteſtatæ ſere nitati noſtræ preces pariter obtulerint, ſi ſucceſſionis ius aclicentiã ſorti rẽtur, cũ hocipſum, quod teſtamenti ordo præcipit, præterea ſicut ſupplicationi cõnexa monſtrant, quãuis in unius chartæ uolumine ſupremũ uotis paribus cõdidere iudiciũ, ſeptẽ teſtiũ ſubſcriptionibus roboratũ. Cui nos æternã tribui firmitatẽ legis huius definitione cenſuimus. Quoniã nec captatoriũ dici poteſt, cum duorũ fuerit ſimilis affectus, & ſimplex religio teſtamenta condentiũ: Cunctiſq; iam liceat quoquo modo, & quibuſcũq; uerbis ultimũ dictare iudiciũ, ſicut eorũ principũ ſtatuta declamant, qui remouere ſanctionibus ſuis meliore prudẽtia uetuſti iuris ambages. Idcirco quia minutijs priſcæ conſuetudinis, & obſcuritate ſubmota, ſolam defunctorũ conuenit inſpici uoluntatem, cui multum roboris erit, ſi uel ſeptem, uel quinq; teſtibus muniatur, & uirum Spectabilem Leonium, præter fiduciam precum cum uxore communiũ, uoluntas quoq; alia, & ſubſcriptionibus teſtium munita defendit, apud eundem ſolidã ſucceſſionẽ & Iucundæ coniugis ſuæ iugiter permanentem, quiſquis maluerit delata nobis ſupplicatione teſtari, liberam habeat facultatem. Cuius hæres ex edicto Diui Hadriani hæreditaria corpora conſequitur, nec bonorum poſſeſſionis petendæ ſuſtinebit neceſſitatem, quam generaliter omnibus relaxamus. Ne tamen hoc teſtamenti genus plus iuſto munijſſe credamur, ſi quis ſibi uel inofficioſi querelã, uel præteriti competere duxerit actionẽ, hanc utranq; ſecundum iuris & legũ ſtatuta ſeruamus. Albine Præfecte chariſſime AA. Idcirco illuſtris & præclara Magnificentia tua ſaluberrimã ſanctionem mox in omniũ peruenire notitiam propoſitis iubebit edictis, ut poſſit facile cognoſci condendarum, conſeruandarumq; legum curã eſſe nobis præcipuam. Dat. XII. Cal. Nouẽb. Rom. Aëtio III. & Q. Aurelio Symmacho VV. CC. COSS. PP. in foro Diui Traiani. Antelata edicto Albini iterum Præf. præt. & Patricij.

Interpretatio.

Hæc lex de alijs titulis teſtamentorũ id amplius habet, ut in coniugio poſiti ſi filios non habeant, ſeu maritus uxorem, ſeu uxor maritum uoluerit, relinquat hæredem, quod ius dicitur liberorum: quia etiamſi una charta ſua cõdere maluerint uoluntatẽ, aut inuicem ſe hæredes ſcribant, qui alteri ſuperſtes extiterit, dimiſſam rem iuxta legis huius ordinem uindicabit: ita tamen, ut hijs perſonis, quibus lex concedit, ſi fuerit de inofficioſi querela, actio reſeruetur.

Ius liberorum

Impp. Theod. & Valent. AA. Albino II. PF. P. & Patricio.

Cum ſciamus & Diuos principes, & Clementiam noſtram condendarũ legum fomitẽ frequenter inueniſſe de precibus, iuuat ex facto quod nuper euenit, cunctis profutura ſancire. Illuſtrẽ fœminã Pelagiam † cum illuſtrem fœminam dictare uellet hæredem, ſed teſtium copiam non haberet,

† *Cummicæ*

beret, per holographam ſcripturã uotum circa prædictã ſupremæ proditit uoluntatis. Nam quod ſolum potuit, ſecretius licere morientẽ indicem iudicij ſui paginam Cæſario uiro ſpectabili, Tribuno & Notario fratris ſui filio ſecura cõmiſit, quem natalium decus, & propinquitatis religio fidem cogerẽt ſeruare defunctæ. Nec ſanè electionis ſuæ cura teſtatricem fefellit. Deſiderijs amicæ Cæſarius obſecutus, chartã fidei ſuæ creditam, iuris & conſcientiæ memor, eadem qua ſumpſerat ſimplicitate uulgauit. Sed illuſtris hæres ab ambitu cupiditatis alienus, nihil de ſucceſſione præſumpſit, nihil de corporibus hæreditarijs uindicauit: intra hos modeſtiæ terminos manens, ut ſubdito precibus ultimæ uoluntatis arbitrio, non prius ſe putaret hæredem, niſi nos cauſæ iuſtitiam probaremus. Receſitis igitur omnibus, defunctæ iudiciũ roboramus, cui præter filium fratris, & literas ſuas teſtes habere non licuit. Idcirco illuſtris fœmina Pelagia, pro ea parte qua hæres ſcripta eſt, defunctæ potietur arbitrio. Ne tamen huius ſtatuti ſalubritatẽ generi negemus humano, manſura iugiter lege decernimus, ut quiſquis per holographam ſcripturã ſupremum maluerit ordinare iudicium, habeat liberam facultatem. Multis enim caſibus ſæpe cõtingit, ut moriẽtibus teſtium numerus & copia denegetur. Quibus erit de legibus noſtris inter ipſa uitæ deficientis pericula cauſatio, ſi propriæ manus literis ſcribere, quos uoluerint, non ſinantur hæredes. Alijs teſtes itinerũ neceſſitas, alijs ſollicitudo uillarũ, alijs nauigatio ſeruis tantum comitibus expetita ſubducit. Aliorum teſtatas prohibent eſſe uoluntates hij, qui uelut obſeſſos conclauibus ſuis ſolent cuſtodire languẽtes. Noſtræ poſthac beneficio ſanctionis inteſtatus nemo morietur, cui fuerit ſollicitudo teſtandi, late uiam ſupremis aperimus arbitrijs, ſi holographa manu teſtamenta condantur, teſtes neceſſarios non putamus. Scripto enim taliter ſufficiat hæredi, aſſerere etiam ſine teſtibus fidem rerum, dummodo reliqua congruere demonſtret, quæ in teſtamentis debere ſeruari, tam ueterum principum, quàm noſtræ præcipiunt ſanctiones, ut in hæreditariorum corporũ poſſeſſionẽ probata ſcripturæ ueritate mittatur. Cum tamen teſtium præſentiam teſtator elegerit, legitimũ numerũ ſemper oportebit adhiberi: Neceſſitatem quoq; præcipitem ſubmouemus, quæ teſtatores hactenus compulit, ſub unius dici ſpatio ſupremum feſtinato nimis ordinare & implere iudiciũ. Quibus nos licentiam, tempuſq; largimur, ut uoluntatem, quam de rebus propriſ mente conceperint, frequenter ſcribant, frequenter retractent, frequenter emendent, & quot uoluerint diebus, in tantæ præſertim cauſæ meditatione, uerſentur. Hæc enim deliberatio nihil immaturum relinquit, cui licebit ſæpe dictata corrigere. Teſtes autẽ ſubſcriptiones ſuas

ùno die uel omnes pariter, uel si legitimus numerus exiguã moram fecerit, horis præbere diuersis sub obtutibus testatoris iubemus. Præterea quoniam plericq; deficientiũ uoluntates suas cupiunt esse secretas, nec ante uulgari, quàm luce priuentur, statuimus ac iubemus, ut si testes rogati paginæ, cuius arcana nescierint, coram * testamentorũ firmitatibus derogetur. Albine Præfecte charissime Augustorum. Idcirco illustris ac magnifica autoritas tua iustissimã legem, & cunctis generaliter profuturam in omnium celeriter ire notitiam propositis iubebit edictis, ut facile possit agnosci nostrarum salubritas sanctionum. Dat. * IIII. COSS. Acc. III. Cal. Iun. Romæ. PP. V. Cal. Ian. in foro Traiani.

Interpretatio.

Hæc lex licet alia replicet, quæ in alijs legibus habentur expressa, tamen hoc amplius obseruandum esse præcipit, ut si cui fuerit testandi uoluntas, & testes forsitan defuerint, uoluntatẽ suam propria manu perscribat, quæ prolata post defuncti obitum plenam obtineat firmitatem.

DE SEPVLCHRIS. TIT. V.

Impp. Theod. & Valent. AA. Albino II. PF. P. & Patritio.

DIligenter quidem legum ueterum conditores prospexerũt miseris & post fata mortalibus, eorum qui sepulchra uiolassent capita persequenda. Sed quoniã noxiæ mentes cæco semper in facinus furore rapiuntur, & se ad pœnas dudum statutas existimant nõ teneri, necesse est seueritatẽ nouari, quam uidemus hactenus impune cõtemptam: Quis enim nescit quietos sollicitari funestis ausibus manes? & horribilẽ uiolentiã defunctorũ cineribus inferri? Luce palàm sepulchra cæduntur, & quicquid religio uetat, in usum licẽtiæ traxit sacrilega præsumptio. Finis malorum nec iam mortuis datur, in quorum supplicia cõstructio miserandæ sedis eripitur. Scimus enim, nec uana fides est, solutas membris animas habere sensum, & in originem suam spiritum redire cœlestem. Hoc libris ueteris sapientiæ, hoc religionis, quam ueneramur & colimus, declaratur arcanis. Et licet occasus necessitatem mens diuina non sentiat, amant tamen animæ sedem corporum relictorum, & nescio qua sorte rationis occultæ sepulchri honore lætãtur: cuius tanta permanet cunctis cura temporibus, ut uideamus in hos usus sumptu nimio pretiosa montiũ metalla transferri, operosasq; moles censu laborante cõponi. Quod prudentiũ certe intelligẽtia recusaret, si nihil crederet esse post mortem. Nimis barbara est & † insana crudelitas, munus extremũ luce carẽtibus inuidere, & dirutis per inexpiabile crimen sepulchris, mõstrare cœlo corporum reliquias humato rũ. Huius nefandi sceleris inter cæteros reos uehementior Clericos querela persequitur, quos portentis talibus

† uæsana

libus immorantes frequenter aspexit † districtio. Ferro accincti uexant sepultos, & obliti nominis, cœlo ac syderibus præsidentes, cinerum contagione pollutas sacris altaribus manus inferunt: Tanto in profundã caliginem conscientiæ suæ stupore demersi, ut reuerendis audeant interesse mysterijs, & post excidia funerum credant deum posse placari, quẽ nocentes precantur incassum, quem uita melior exorat. Commissorum talium fœditatẽ, ne diutius tempora nostra maculentur, hac edictali lege damnamus. Quisquis igitur sepulchra, profundæ uiolator quietis, & lucis hostis effoderit, quisquis ex hijs quælibet marmora, aut saxa sustulerit, pœnæ mox habeatur obnoxius. Seruos, colonosúe, in hoc facinore deprehensos, duci protinus ad tormenta conuenit. Si de sua tantum fuerint temeritate confessi, soluant commissa sanguine suo. Si dominos inter supplicia nullo interrogante nexuerint, pariter puniantur. Ingenui quoque, quos similis præsumptio reos fecerit, si fortasse plebei, & nullarum fuerint facultatũ, pœnas morte persoluant. Splendidiores autem, uel dignitatibus noti, bonorum suorum medietate multati, perpetua notentur infamia. Clericos uero, quos tam diri operis cõstiterit autores, dignos credimus maiore supplicio: Vehementius enim cohercendus est, quem peccasse miseris scelus omne grauius facit claritudo personæ. Intoleranda, nimis execrabile, non ferendũ, induere nomen & titulũ sanctitatis, & abũdare criminibus. Quisqs igitur ex hoc numero sepulchrorũ uiolator extiterit, ilico clerici nomen amittat, & sic stilo proscriptionis addictus, perpetua deportatione plectatur. Quod ita seruari oportere cẽsemus, ut nec ministris, nec Antistibus sacræ religionis in tali casu statuamus esse parcendum. Facessant querelæ, nullius innocentiam sauciamus: Nocẽtes tantum lex nostra persequitur. Sed quoniã plerunq; statutis salubribus dissimulatione uenalium iudicũ negatur effectus, præsenti iubemus edicto, ut prouinciæ moderator, adminiculo municipum fultus, censurã nostræ legis exerceat. Et licet nemo reus possit fascibus ac securibus reluctari: si quis tamen extiterit sic superbus, sic impotens, sic rebellis, in cuius nequeat ire suppliciũ, amplissimas potestates directa relatione mox instruat, ne seueritas iusta lentetur. Qd' si uiolatores sepulchri, quos potuerint secundũ formã sanctionis huius punire, nelgexerint, uel de superioríb. referre distulerint, facultatibus & honore priuẽtur. Cuius quisq;, siue adhuc in potestate positi, siue priuati, propter omissam pœnam uiolatoris sepulchri uoluerit accusator emergere, habeat liberam facultatem. Nec delatoris formidet inuidiam, cum præmio magis dignus sit, qui se constanter improbũ odisse monstrauerit. Albine Præfecte charissime Augustorum, illustris & præcelsa magnificentia tua legem, quam pieta

† dies tristior

vita innocẽs deum exorat.

Venales iudices.

tis & religionis amore concepimus, prouincijs, prouinciarumq; rectoribus celeriter innotescere propositis iubebit edictis, ut criminosis pœna reddatur: Innocenter uiuentibus gratulatio: pax sepultis. Dat. III. Id. Mar. Romæ. Acc. VI. Cal. April. Romæ, Callypio V. C. COS. PP. in foro Traiani, VIII. Id. April. Antelata edicto Albini uiri inclyti, PF. P. & Patritij. Ista lex interpretatione non indiget.

DE LIBERTIS ET SVCCESSIONIBVS EORVM. TIT. VI.

Impp. Theod. & Valent. AA. ad Albinũ PF. P. II. & Patritiũ.

VM iuris æquitas omnibus dominis in cõmune permiserit, fructu libertatis & præmio fortunam mutare seruorũ, nec manumissoris posteros hijs graues esse conueniat, quos meliore iudicio tanti muneris autor euexerit: duras nimis benemeritis sanctiones credimus, quæ sic opprimũt sub ingrati actione libertos, ut ab hæredibus defunctorũ præcipiant in seruitutẽ uocari, tanquã cõtra iniuriarũ, uel superbiæ reos, nulla nisi abrogandæ libertatis pœna sufficiat. Huius ergo statuti uigorẽ benignius corrigentes, mansura iugiter lege decernimus, ut siquis ex familia sua cuiuslibet sexus homines libertate donauerit, eius hæredes siue extranei, siue filij, siue filiæ, siue nepotes neptesúe fuerint, uel propinqui cuiuscunq; cognationis & nominis, manumissos non teneant ad obsequiorum necessitatem, nullamq; contra ingratos habeant actionẽ. Sed quod minime remorsi contumeliam fortasse pertulerint, ad cohercendos iniuriarũ reos utantur iure communi. Nemo sibi nostræ legis obstaculo credat perire uindictam, data aduersum noxios seueritas patet. Hoc unum ultionis genus nostro sæculo, uenturisq; temporibus nulli prorsus sperari permittimus, ut in ius uocati postulet seruitutẽ. Iustitiam præsentis edicti, si bene sentiant, famæ præstamus hæredum, ne uideantur non agere causam doloris, sed exercere potius cupiditatis ardorẽ. De successionibus etiam, quas latius & obscurius ueteres protulerunt, compendiũ lucidæ definitionis adhibemus. Itaq; libertus, qui ciuis Romani priuilegiũ fuerit consecutus, siue unicũ pignus, siue plures cuiuslibet sexus habeat filios, cũ mori cœperit, soboli suæ omnes proprias, si maluerit facultates, supremo securus dimittat arbitrio. Quod si nulla prole gaudebit, quatuor uncias bonorũ suorum manumissoris filio, uel si plures erũt, filijs derelinquat: aut si filiorũ nullus extiterit, nepoti ex filio, uel nepotibus eandẽ deputet portionẽ. Filias uero manumissoris, earũq; filios & nepotes impune prætereat: nisi forsitan aliud amor suaserit, uoluntasq; moriẽtis. Ne quid autem† interpretationibus calumniantũ moliantur

Deerat in exemplari uerbum, cuiusmodi est, iniquis.

liantur insidiæ, quod pro liberto statuimus pari sibi munere etiam liberta defendat. Præterea intestatis libertis, filius filiáue, nepos neptisq;, uel si plures fuerint, dummodo liberi ciuesq; Romani, pro totius patrimonij soliditate succedãt. Nam si nec filios habuerint, nec nepotes reliquerint, tamen patrem, matrẽ, sororem, pari libertate gaudentes, medietatem sibi intestatam successionis hæc de supradictis persona defendat, quæ gradu potior inuenitur. Aliã uero medietatẽ manumissorũ reseruamus hæredibus, quos tunc respiciet omnis hæreditas, si intestato expressa necessitudinũ nomina defuisse cõstiterit: Ipsis uero manumissoribus nihil penitus derogamus, quibus ius patronatus integrum semper manebit, saluumq; durabit quicquid uel prisci iuris autoritas, uel superiorum Principum sanctiones contra ingratos detulere libertos. Sed ne penitus sibi reuerentiam causentur posteri negatam, statuimus & iubemus, ut aduersum manumissoris filios & nepotes, liberti, libertæúe in nullis omnino causis testimonium dicant. Quod si nihil ualiturum dixerint, puniantur. Albine Præfecte charissime Augustorum. Illustris & præcelsa magnificentia autoritatis tuæ propríjs reuerenter edictis cunctorum sensibus æquitatem nostræ legis insinuet, ut quãto studio & detestemur iniustos, & libertati tribuamus fauorem, totus ubi noster est orbis agnoscat. Dat. III. Non. Iun. Romæ, Callypio & Ardabure VV. CC. COSS. PP. in foro Traiani, V. Id. Iun. Antelata edicto Albini. Interpretatio.

Lex ista constituit, ut liberti qui ciues Romani effecti sunt, ab hæredibus manumissorũ siue filij sint, siue extranei, proposita iniuriæ actione, qua se dicant læsos, p occasione istius ingratitudinis ad seruitiũ nullatenus reuocẽtur. Sed si talis casus emerserit, quasi cõtra alios ingenuos, sic de iniurijs apud iudicem actio deponatur. De successionibus uero libertorum, hoc est ciuiũ Romanorũ, id censuit obseruandum, ut libertus, siue liberta, si unum filiũ seu plures habuerint, ipsis facultatẽ suã morientes, si uoluerint, integram derelinquant. Contra cuius uoluntatẽ nec filij ex patrono, nec nepotes ex filio ulla uenire poterunt ratione. Quod si libertus libertáue, qui defuncti fuerint, filios non habebũt, & testari forsitan uoluerint, tertiã facultatis suæ manumissorũ filijs uel nepotibus, qui ex masculis nati fuerint, derelinquant. Filias uerò manumissoris, earũq; filios & nepotes ab hac hæreditate, salua pagina testamenti, securi si uoluerint prætermittant: Quia fœminæ ad istas hæreditates penitus non uocantur: nisi forte illi liberti de duabus partibus prærogatiuam aliquã filiabus, uel nepotibus ex filia patronorũ suo uoluerint cõferre iudicio. Si uero liberti nec filios dimiserint, nec nepotes, si patrem, matrẽ, fratrem, sororẽ, & ipsos libertos ciues Romanos factos esse constiterit, quos superstites derelinquũt, tunc medietatẽ sibi patroni hæredes uindicẽt, & medietatẽ suprascriptis personis de gradu defuncti liberti qui proximior inuenitur. Nam si liberti, qui ciues Romani fuerint, uiuo manumissore decesserint, si sine uoluntate patroni condere uoluerint testamenta, penitus non ualebunt: quia autoritati manumissorũ omnia lex ista seruabit. Contra filios uel nepotes libertus libertáue testimoniũ dicere in quacunq; causa non præsumant: quod si fecerint, licet recipi nulla † debeat ratione, tamen qui

† licea

cunq; liberti contra filios uel nepotes patroni contrarium testimonium dederint, puniantur.

DE INDVLGENTIIS RELIQVORVM. TIT. VII.

Impp. Theod. & Valent. AA. Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis, Senatui suo salutem dicunt.

Mendacij genus promissa tardare.

SI uos liberiq; uestri ualetis, bene est: nos exercitusq; noster ualemus. Licet aliæ occupationes extiterint, ultra differri nõ potuit: apud uerecundam enim conscientiã mendacij genus est, promissa tardare. Sciamus licet deuotionum possessorũ fiscalia nulla uel parua deberi: tamen quod in huius discussionis officio, & nullius & modici una eademq; conditio est, euidẽter exponimus, † cui designata necessitate placeat subueniri. Putabitur enim conniuentia, nisi nostro studio corrigatur. Quantũ ad propositũ nostrũ attinet, prouincialibus undiq; uolumus esse consultum, & diuersis fessos incõmodis, sufficientibus beneficijs adiuuare. Verum obstitit inuida plerunq; subreptio, quoniam iam non potest tantum, quantũ libet intenta cogitatio prouidere, ut improbis etiam latentes nocendi aditus obstruantur. Discussores ad prouincias non electi, sicut comperimus, sed ambientes ire dicuntur, quod nobis & proceribus nostris aliarum sollicitudinũ mole constrictis, efficere inueniũtur ociosi. Hoc modo facultates possessorũ miserabiliter cõciderunt. Et hinc maius incõmodum, unde remedia certa debuere prouenire. Vbi trepidã prouinciã talis Discussor adierit, stipatus calumniarũ ministris, supbit elatus inter obseqa sumptuosa, expetit adminicula prouincialis officij, scalares etiam sæpe coniungit, multiplicato & hominum numero, & officiorũ, ut quantũ auaritiæ libuerit error extorqueat. Prima sunt uenientis exordia, ut proferat & reuoluat super diuersis numerosis q; titulis terribiles iussiones, prætendit minutarum supputationum caligines, inexplicabili obscuritate cõfusas: quæ inter homines uersutiarum nescios hoc amplius † habent, quò minus intelligi possunt. Securitates expetunt, annorum serie & uetustate consumptas, quas seruare nescit simplicitas, & fiducia nihil debẽtis: Reuera em̃ aut quoquomodo pereunt, aut quasi iusta cõtingit occasio deprædãdi, † aut si extant, redimendum est ut ferãtur accepta. Ita fit ut apud improbum rei arbitriũ merito noceat, chartula cum perit: nihil proficiat, nõ perisse in † munere. Deinde clades, sæua custodia, suspendiorũ crudelitas, & uniuersa tormenta, quæ interea lætus, & crudelitatis ptinax egregius quæsitor expectat. Collega furtorum Palatinus † oratur, instat apparitio turbulenta, urget immitis exactio militaris. Indignum facinus, hæc de ciuibus uelut inter hostes

Scalares.

† *agunt*

† *ut*

† *numero*

† *hortatur*

hostes pecuniæ placitis, non allegationum iustitia, nõ miseratione finiri. Tanta uexatio cũ nihil unq; fisci utilitatibus prosit, tamen nõ desinit iterari, quasi aliquid efficaciter gestũ, uix dum uno è prouincia decedẽte, cum nouis autoritatibus alter excurrit. Si utilis publico esse non potuit qui ante perrexit, superfluum est ire alterum, æque prouincialibus obfuturum. Hunc nos PC. fomitem pernicioſi ardoris extinguimus, nec patimur ulterius ad exhaustorũ interitũ desæuire. Nobis perit deterior possessor effectus, nobis proficit, nõ † ingratis. Vendũtur inducię hijs qui nõ possunt esse soluendo, cum dilationis redemptio publicã magis attenuet functionem. Amittit sine dubio fiscus, quod cõmodo suo exactor augmẽtat. Superiorũ igitur PC. omnium temporũ Reliqua tam arcaliũ, quàm utriusq; ærarij, usq; ad incipientẽ primam indictionẽ iubemus ad indulgentiam pertinere: Nemo prorsus quælibet usq; ad designatum tempus transacta discutiat. Sola est nunquã calumnianda securitas, quam Aeternitas nostra concedit. Licet hanc humanitatem cunctis ad quietem sciamus posse sufficere, tamen addimus, quo prouisio nostra magis possit grata præstari, nemini deinceps licebit ad hoc negociũ arbitrio unius iudicis adspirare. Vtrum mitti debeat inspector publicus, tractatus ante deliberet sublimis uiri parentis patritij q; nostri, necnon magnificus uir Præfectus prætorio, qui cõmunionis utilitatẽ uirtutum suarum magnitudine nobiscum peruigiles & cogitant & tuentur: cum aulicis potestatibus pro sua moderatione disponãt, si iusta necessitas cogit, qualis persona mittatur. Nihil impudenter audebit, quem elegit talium uirorũ examinatus adsensus. Necesse est ab eo integritatis reuerentiã custodiri, qui nouit tot se custodes habere, quot iudices. Aliter pergenti ad prouinciã, & fortunarũ, & famæ iubemus esse discrimen, reuocatus publici timore periculi, quẽ occulta cupiditas festinare compellit. Similis conditio manebit officium eius potestatis, quæ discussorẽ mittere cupiens, nõ fideliter suggesserit attestatione gestorum † normã mittendi, quam statuimus debere seruari. Sardiniã ab hoc excipi placuit, quoniam apud nonnullos calliditate quadã maxima pars pecuniæ residet, quam exactam publicis oportuit erogationibus applicari: Cũ satisfecerit, ad ipsam quoq; beneficia nostra perueniant. Illustris uiri Comitis rei priuatæ insinuatio patefecit, dudũ nostrã Clementiã præcepisse, intra Africã, sicut per alias prouincias adiectione quinquẽnij pretium distractorũ prædiorũ ab emptoribus debere suppleri. Palatinus super hac re olim directus, necdũ quid profecerit retulisse. Quare nolumus hunc † articulũ interpretationis huiusce † rationis adiungi, ne sub occasione orationis accepta cõsumant: Dici enim reliqua nõ possunt. Vnde nõ residua pars, sed omnis quæ sperari potest

† *gratuitos*

† *formam*

† *titulum*

† *iussionis*

poteſt ſumma debetur. Dat. III. Non. Mar. Valent. VII. & Auieno V. C. COSS. Iſta lex interpretatione non indiget.

DE TRIGINTA ANNORVM PRAESCRIPTIONE OMNIBVS CAVSIS OPPONENDA. TIT. VIII.

Impp. †Honorius & Theodoſius AA. Firmino PF. P. *† Theod. & Valent.*

BOni principis cura uel prima uel maxima eſt, quietem Prouincialium propitia ſollicitius mente tractare, quibus quanto plus fuerit humanitatis impenſum, tanto pronius amor deuotionis incumbit: Hæc eſt enim natura mentis humanæ, ut quod admittit ex commodo compenſet in gratia, & animum præſtita largitas interiore quodam uinculo charitatis obſtringat. Iuuat itaq; iuris perpetui emphyteutici, patrimonialis, iuris reip. uagas æternas q; calumnias, et nullo temporũ fine concluſas, certis & deſignatis terminis limitare. Quam nobis neceſſitatem ferendæ legis iuſta impoſuit querimonia plurimorũ. Quis ferat inſtitui iurgia, quæ aui ac proaui neſcierunt? Et quæ alia improbum litigatorem tam ualida defenſio ſubmouebit, ſi poſſeſſorem nec ſecula in infinitum tranſacta defendunt? Præter tantæ ætatis iniuriam uehementer offendit, quod quibuſdam nec militiæ ſuæ priuilegia ſuffragantur. Diuturno excubiarum labore perfunctis impingi contumelioſam ſtatus comperimus quæſtionem, & quos uerecundiæ atteſtatione natalium ſplendore cõſpicuos præclara ſcriniorum officia probauerunt, næ- *† oneribus* uo erubeſcendæ obiectionis urgeri. Emeritos aulicis † honoribus uiros trahi ad laqueos uiliſſimi colonatus. Et tunc perniciоſius laborare, quando poſt continuos obſeruationum labores reſiduo uitæ optata debeant quiete gaudere. Domini uernulas ſuos fideliter ſeruientes, cum libuerit iugo ſeruitutis abſoluunt, & quod eſſe non poterant qualitate naſcendi, manumiſſionis beneficio conſequũtur. Indignum facinus, deteriorẽ *† ut* conditionem liberis eſſe, quàm ſeruis, † & humilis, abiectaq; fortuna legibus, quod non habebat, adquirat: nobilior quod habuit obtinere non poſſit. Abſit à temporibus noſtris, ut id conſcientia noſtra permittat. Quinimo hũc nobis gloriæ titulũ uindicamus, ut noſtro ſtudio grauiſſimæ conſuetudinis licẽtia comprimatur: Decet nos enim noſtris ſpecialiter remediis ueternoſæ ualetudinis aduerſa curare medicina. Huius *† autoris ætas* laus æterna contínget, cum noſtra ſalubris æquitatis † autoritas & præſens & futura declarat. Ad quam beneuolentiam præcipua nos hortata eſt lex Domini patris Clemẽtiæ meæ, Theodoſij perennis Auguſti, qua uirtutum ſuarum morẽ ſecutus, humano generi profunda quiete proſpexit:

xit: Conſtituens, poſt XXX. annos nulla penitus iurgia, quæ medio tẽpore mota non fuerant, excitari. Cuius inuicti principis laudibus etiã præſentem legem neceſſe eſt applicari. Illa nanque pia mẽte præſtando, uiam huic alteri præbuit, qua beneficia eius latius panderentur. Præcipimus itaq; propter quorundam pranas interpretationes, quibus ſanctio memorata non ſufficit, dum minutias iuris, & captioſa uerba ſectantur, ut quæ ſpecialiter iuſſa ſunt, ſpecialiter abrogẽtur: cum generalitatis deſignatio uniuerſa conſumat, nec aliquid poſſit eſſe exceptum, quod non per illud uenerabile conſtitutum hoc peremptorio uocabulo concludatur: Dicendo enim, omnia, nullum penitus cuiuſlibet litis aut cauſationis fomitem dereliquit. De originarijs, & colonis, inquilinis, ac ſeruis utriuſq; ſexus, peculijs atq; agnationibus deſignati iuris, id eſt perpetui, patrimonialis, emphyteuticarij, & reipublicæ poſt XXX. annorũ curricula, nulla deinceps actio moueatur. Et negocium, de quo per expreſſa tẽpora nemo pulſauit ſolenniter, nouũ nemo proponet. Quod in omniũ cõſummatione cauſarũ iuſſum eſt debere ſeruari: Aequũ eſt enim, tot annos ſine interpellatione decurſos, nullo nomine, nulla prorſus occaſione ſubuerti. Ac ſi conſtiterit memorati temporis interceſſiſſe ſilentium, etiã has cauſas, quæ ſub fiducia legũ præſenti ſanctione ablatarũ motæ ſunt, nec finitæ, huius ſacræ præceptionis autoritate uolumus aboleri: Quia ſicut tales inchoari nolumus actiones, ita male inchoatas habere oportet extinctas. Intra hæc ſanè tempora, ſi cœpta lis fuerit de originarijs uel agnatione ceſpitis deſignati, hanc formã erga poſſidentes ſeruari præcepimus, quæ lege Diui parentis noſtri Honorij, de colonis utriuſq; ſexus iuris priuati euidẽti definitione cõſcripta eſt: Scilicet ut à perſona fœminæ XX. annorũ, à uirili XXX. repetentẽ præſcriptio obiecta ſubmoueat. Quod & in illa parte obſeruari conuenit, quæ ſtatuta eſt de agnatione taliũ perſonarũ. Et licet rem omnibus cauſis generaliter profuturã à nemine temerari poſſe credamus: tamen ne quos ſacrilega temeritas ad ſubreptionẽ quãcunq; compellat, audaciã præſumẽtes XXX. librarum auri pœna percellat. Eadem manebit Palatinũ officium utriuſq; ærarij, nec nõ officiũ Culminis tui, uel cunctarum iudicium prouinciarũ, ut pari ſorte quæ ſalubriter cõſtituimus, periculo etiam ſalutis ſuæ illibata conſeruẽt. Firmine Præfecte chariſſime Auguſtorum. Illuſtris & præcelſa magnificentia tua, per quam nouimus uniuerſitatis quietem ſtudioſa diligentia cuſtodiri, legem cunctis prouincijs, uniuerſis litibus adplicandã, propoſitis uulgabit edictis. Vt poſt XXX. ſicut dictum eſt, annos, pernicioſa diuerſarum cauſarum propoſitio cõquieſcat. Dat. XV. Cal. Iul. Rauennæ, Aſturio, & Protogene VV. CC. COSS.

Ista lex ideo interpretata nō est, quia sequens sub titulo, De Episcopali iudicio & diuersis negocijs Clericorū, & de tricennio loquitur, & omnia quæ hic comprehensa non sunt, euidenter habet expressa.

DE COLONIS VAGIS, VEL AGNATIONE EORVM, ET DE ADVENIS. TIT. IX.

Impp. Theod. & Valent. AA. Firmino PF. P. & Patritio.

CVm pure & fideliter obseruari debeant, quæ cauentur in legibus, latam dudum de colonis originarijs, fucari quorundam maligna mente cognouimus. Nam cum is, à quo discesserit obnoxius, XXX. annorum repellatur obiectu, eundo per hos atq; †alios designatum tempus assumit, ita contingit, ut cum illi pereat à quo fugit, nec huic ad quem uenit possit acquiri, mansionum permutatione desinat esse quod natus est: libertatē, quam nascendo non habuit, fugæ sibi assiduitate defendens. Nulli unquam nisi colono fugitiuo culpa sua præmiū fuit. Ea causa incipit melior esse, qua pœnam meretur. Quod tamen sufficit hucusq; licuisse. Nam cum prior dominus obice legis excludetur, illi eum iubemus acquiri, apud quem eosdem annos statuti temporis probatur implesse. Quod si propter conclusionē tricennalem, & aduim præscriptionis eludēdam æqualiter habitet per diuersos, is autem uindicet iure colonario seruiturum, penes quem à die primæ fugæ triginta annorum posteriora tempora concludantur, aliās huic lucro cedat, cum quo maxima tricennij parte uagus & infidus habeatur, efficit quod etiam de mulieribus originarijs æque uagantibus præcipit custodiri. Colona uero, quæ petitori post XX. annorū curricula denegatur, si quem partum ante designatū tempus edidit, priori domino conuenit non perire. Aequum est ut ad eum soboles redeat suscepta tunc temporis, cum adhuc mulier competebat, ut damnū amissæ matris, quod processu contingit annorum, prolis saltem uindicatio cōsoletur. Quem casum iubemus uicariorum compensatione finiri. Nec, quod impiū est, filij à parentibus diuidantur. Itē placet, ut pars cuius maritū esse constiterit, pro uxore eiusdem mariti uicariā reddat, quatenus praua forsitan dominorum obstinatio à faciendo diuortio conquiescat: quia & in eiusmodi personis salua & inconuulsa debet cōiunctionis affectio permanere. Sanè sicut colonas cōmutari posse priora statuta iusserunt, ita etiā diuersis licentiā. † Si igitur commutationis facta lex nostra confirmat, ac si aliqua cessione, siue personarū cōmutatione processit, uel deinceps facta fuerit, non ualebit: ne ad alterum coloni, ad alterum possessio exhausta perueniat. Aduenæ plerūq; tenues, abiectæq; fortunæ quorundā se obsequijs iungunt, ut simulata laboris & obsequiorum patientia, accepto sumptu

† illos

† Deest quidpiam.

sumptu ac uestitu, illuuiem & squalorem egestatis euadant. Vbi de angustijs cladis suæ, & humanitate & miseratione colligentes fuerint liberati, iam repleti, iam nihil de miseria cogitantes, eligunt fœminas ad patrefamiliās pertinentes, sollertia, forma, utilitate meliores: cum satiasse se cœperint, derelinquunt, non statu priore perpenso, non ad consuetudinē cōiunctionis, non dulcedine filiorum, nulla lege prohibente discedunt. Itaq; si nulli quolibet modo obnoxius ciuitati, ad prædium se cuiuscunq; rusticanum, urbanumq; collegerit, & mulieri obnoxiæ sociari uoluerit, gestis municipalibus profiteatur habitandi, ubi elegerit, uoluntatem. Vt hoc uinculo præcedente, nec habitaculum, quod placuit, deserat, nec consortium mulieris abrumpat. Qua professione deprompta, salua ingenuitate, licentiam non habeat recedendi. Pari lege mulieres ingenuas iubeo detineri, à quibus coniunctio appetita est, & electa seruorum uel colonorum, ut hijs abire non liceat. Filij earum si denuntiationē præcesserint, in eorum iure & dominio, aquod quos creati sunt uel creantur, colonario nomine perseuerent. Post denuntiationem uero editos, secundum scita diualia seruos esse censemus, ut illos nexus, sicut dictū est, colonarius semper teneat obnoxios, hos conditio seruitutis. Firmine Præfecte charissime Augustorum. Illustris & præcelsa Magnificentia tua huius generalis cōstitutionis formam, edictis propositis, ad omnium faciat notitiā peruenire. Dat. pridie † Cal. Febr. Romæ, Adelphio v. c. cos. Int. †Id.

Lex ista constituit, ut si colonus proprium dominum fugerit, & XXX. annis per diuersorum domos aut agros fortasse latuerit, & nō nisi impletis XXX. annis à die fugæ suæ prædictum colonum dominus potuerit inuenire, ab eo apud quem inuentus est, in tricennali annorum præscriptione dominus, qui coloni fugam sequitur, excludatur. Secunda iterū conditione currente, ut si forte apud tres personas denis annis colonus ipse habitauerit, ille eū uindicet, apud quē posteriori tēpore inuenit. Tertia cōditio est, ut si inter eos apud quos per tricenniū habitauerit, fuerit orta cōtētio, ipsi prædictus colonus addicat, apud quem per illos XXX. annos maiori annorum numero dinoscitur habitasse. De colonæ uero fuga, par apud quoscunq; habitauerit forma seruetur, ea tamen conditione seruata, ut sicut de coloni iure proprius dominus XXX. annorum præscriptione excluditur, ita & impleto XXX. annorum numero de repetitione colonæ domini repetitio repellatur. Ita tamē, ut filij, qui infra XX. annos nati fuerint, quādo adhuc colona domino cōpetebat, †ad dominū, qui colonā præiudicio tēporis perdidit, secundū consuetudinē, quæ sub titulo, De Episcopali iudicio, processit, debeant reuocari. Post XX. autē annos nati, illius domino acquirentur, cui colonā tempus addixit. Iubetur etiā ut de talibus personis cōmutatio non negetur, ita ut uicaria mancipia tam pro colona, quàm pro portione filiorū dare colonæ dominus mox procuret, quod etiāsi cōuenerit, & pro colono is cui colona est, pari † consuetudine debebit implere. Aduenæ ingenui, qui se colonæ iungi uoluerint alienæ: quia sæpe fit, ut contubernia electa contemnant, gestis profiteantur, se de domo domini colonæ, cui iunctus fuerit, nulla ratione discedere, & ingenuitate manente nullam habeat licentiā euagandi, aut cui coniunctus fuerit, deserendi. Ingenua itemq; mulier, si contubernium coloni elegerit alieni,

† à domino

† cōstitutione

si ei denuntiatum non fuerit, coloni sint domino profuturi, quoscunq; eius fœtus ediderit. Post denuntiationem uero quoscunq; ediderit, non colonos, sed seruos nouerit esse futuros.

DE CONFIRMANDIS HIIS, QVAE ADMINIstrantibus, uel publicum officium gerentibus distracta sunt, uel donata, & de aduocatis, uel de cæteris negocijs.

TIT. X.

Imp. Valent. A. Firmino PF. P. & Patritio.

QVæ plerique in legibus constituta dissimulant, necesse est præsenti iussione sanciri, ut omni ambiguitate submota, instauratione solidiora reddantur. In administratione enim & in militia positis, emendi licentiam denegatam, superflua nonnullorũ dicitur esse persuasio, cum lex Diui Honorij ad Palladium Præfectum Prætorij missa, in Theodosianum redacta corpus, hanc copiam talibus legatur dedisse personis. Quem non tædeat alioqui ista concedi, hijs solis qui ad honores aliquos euehuntur, libertatẽ in contractibus nõ patere? Et cum huic obstaculo nulla fortuna subiaceat, non mediocris, non nobilis, non plebeia, uniuersitatis huius & commodum in solis militibus negari. Censeo igitur ut in quibuslibet administrationibus, officijs, in quocunq; militiæ gradu positis, emendi quæ cæteris copia sit: dummodo emptio & uenditio celebretur iure communi. Neminem uolo potestatis iussu & impressione compelli. Volenti uendere, definitam & conscriptam pecuniã oportet inferri. Videat instrumentorum scriptor, sciat apud quos uenditionis documentum necesse est allegari. Nihil refert quis emat, cum publica fide pretium uenditor consequatur. Quod si emptor officio, & administratione perfunctus, intra anni metas, aut superillata uiolentia lege conscripta, carceris, catenarumq;, custodiæ publicæ uel priuatæ, uel in quolibet genere factionis, aut non annumerato pretio, euidenter fuerit computatus: uel se de iudicio tergiuersatione subtraxerit, & agat ne gestæ rei ueritas possit agnosci, uenditori solidorum numerũ inferat, quitabulis continetur, possessionem nihilominus perditurus, ut ad dominum redeat, cui taliter probatur ablata. Item si uenditor nihil horum sustineat quæ ponimus, sed callida refragatione causetur manente contractu, perpetua firmitate, & pecuniam reddat emptori, quam eum in pretium constiterit accepisse. Hac sanctione eos quoque iubemus esse munitos, quos administrantes, & ulla gerentes officia, prædia rustica uel urbana certum est dato pretio comparasse. Donationes quoq; habitas & cõmutationes, circa eas personas, quarum immerito hactenus emptio fluctuabat, similiter roboramus. Ita fit, ut in actu publico positus fidelius laborare

rare delectetur, cũ uideat seu emptione, seu cõmutatione, quæ instãr obtinet emptionis, seu donatione, seu alio quolibet titulo uenientia, apud se posterosq; suos inconuulsa mansura. Non patimur præterea nonnullorum alio genere iura turbari. Notum est post fatalem hostium ruinam, qua Italia laborauit, in quibusdã regionibus & causidicos & iudices defuisse, hodieq; ignaros iuris & legum, aut raro, aut minime reperiri. Nam hæc necessitas fecit perpetuitatẽ dari prouincialibus aduocatis. Si quis Curiali uenditori aliqua laboranti necessitate subuenit, cum modo ad exactores fiscaliũ functionũ, modo à creditoribus argueretur, & sine cautela uendidit, quam premente iniuria quærere non uacabat, ne diutius suspendijs, squalore custodiæ, sportulæ concussione, usuris in maiorem cumulum crescentibus, uexaretur, cur non maneat uenditio, quæ præstitit obnoxium à dispendijs & supplicijs liberari. Alij destituta & inculta propterea uendiderunt, quia ieiuni cespitis onerosam professionem non poterant sustinere. Iniquum est, tam iustis præcedentibus causis, confectæ uenditioni, ob hoc solum, quia decreti interpositio defuit, adimi firmitatẽ. Statuo igitur à tempore, quo Italiã Halaricus intrauit, nullam moueri quæstionẽ hijs, quæ Curiales taliter de facultatibus propijs uendiderunt. A die sanè latæ huius saluberrimæ iussionis, cum prædia sua distrahunt Curiales, primores etiam Curiæ, qui uendendi necessitatem ignorare non possunt, hac lege uenditioni subscribant. Hoc ordine omnis accusatio sopietur, nec emptor hijs autoribus quicquam de resultatione formidet: nec uenditor potest sub tali assertione fraudari. Quẽ si deceptum oppressumue claruerit, ab ipsis etiam subscriptionibus reddi iubemus indemnem, ut utilitati eius cum emptore improbo pariter addicãtur. In diuersis prouincijs uacuas Curias derelinquũt, qui certatim ad priuilegia, Causidicis illustris prætorianæ sedis atq; urbanæ delata festinant: cum meliores natalibus suis effici uolunt. Nõ curant urbis propijs spoliatas ministerijs & officijs debitis interire. Nos neq; meliora desideria uolumus impedire, neq; passim destitui ciuitates. Quisquis ergo ad hoc officium uenire contendit, non ante sibi sciat esse permissum, quàm si uniuersa munia, quæ patriæ suæ debet, exoluat. Cuius tamen indulgemus arbitrio, ut si ad togam properat, suffectum Curiæ præstet, cuius studio perficiat uniuersa, quæ per seipsum fuerant procuranda. Nec absolutum statim credat, appositione subiecti: Quia si inefficax ullo debito actu fuerit recursum ad ipsum præbemus autorem. Nihilominus ad eos cum Curiales, qui minus idoneum susceperunt. Professurus igitur, gesta secum deferat apud moderatorem confecta prouinciæ, ut & officio iudicis notum sit, locum absentis quæ perso-

na ſuſceperit, quæ poſſit publicis neceſſitatibus ſufficiens dare reſpõſum, ac prudentia nihil negligens & in totũ poteſt urbibus euenire. Iubeo ſanè, ut ſi in prouinciali foro quatuor conſtat eſſe cauſidicos, quorũ patrocinium in controuerſiã parti poſſit utriq; ſufficere, cum uoluerit is, qui ultra memoratũ modum potuerit inueniri, ueniat ad prædictas ſedes obnegocia peroranda. Alioqui licentiam non habebit, ſi illic non fuerit numerus deſignatus. Prouidere enim decet, ne prouinciales tenues homines defenſionis inopia ad requirenda auditoria ſumptuoſa uenire cogantur. Is ergo illuſtribus iudicijs ad actionẽ cauſarum debebit admitti, qui probat relatione iudicis competente tantos intra prouinciam ſibi creditam eſſe cauſidicos, qui poſſint controuerſiæ ſuſtinere conflictum. Firmine Præfecte chariſſime AA. Illuſtris itaq; & præcelſa Magnificentia tua hanc ſaluberrimã ſanctionẽ programmate ſuo ad uniuerſorũ faciet notitiam peruenire. Dat. pridie Cal. † Febr. Rom. Adelphio v.c. cos.

† Septemb.

Interpretatio.

Hæc lex præcipit, ut quia in ad miniſtratione poſitis, uel quolibet officio militãtibus leges anteriores id ſpecialiter præſcribebãt, ut nihil aut cõparare, aut cõmutare aut donatũ ſuſcipie tẽpore militiæ, uel adminiſtratiõis eis ulla ratione liceret, Sed nũc Valẽtiniani Impatoris hac lege præceptũ eſt, ut oẽs adminiſtrãtes uel militãtes, aut in quocũq; officio cõſtituti ſunt publico, & cõparandi, et cõmutandi, & accipiẽdi donationis titulo habeant liberam poteſtatẽ. Solum eſt, ut nullus probet huiuſmodi ſcripturas, aut per metum, aut per fraudem ſuppoſitæ perſonæ, aut uiolenter extortas, id eſt, aut in carcere conſtituto, aut in quibuslibet uinculis poſito, aut aliquod ſe formentorũ genus ſuppliciorumq; perpeſſo, aut forſitan pretium ſe, quod inſtrumentis inſcriptum eſt, non docuerit percepiſſe. Tũc uero non ſolum inſtrumentum, ſi fuerit, uacuatur, ſed & talis emptor & poſſeſſionem reddat, & pretium uenditori, quod inſtrumentis continetur inſertum cogatur implere. Si uero nihil horum uenditor, ut dictum eſt, fortaſſe protulerit, & contra uenditionem hanc uoluntarie factam, ſub tali obiectione uenire tentauerit, cum propoſita pœna quæ non ualuerit comprobare, merito durante poſſeſſione in iure illius, à quo fuerat cõparata pretiũ uenditor emptori, cui calumniã intulit, abſq; ulla dilatione reſtituat. Curiales etiã, quibus hucuſq; ſine decreti interpoſitione res ſuas uẽdere aut alienare à corpore Curiæ non licebat, ſi certa fuerint neceſſitate conſtricti, debitũ, quod pro utilitate publica cõtraxit, dum creditorũ pœnas metuit, ſupplere feſtinet. Quicquid ſub tali neceſſitate uẽdiderit, omni firmitate ſubſiſtat. Nec interpoſitio decreti quæratur, ſed tantũ Curiales ſui, quos neceſſitas eius poterit non latere, in ea uenditione ſubſcribant, & nihil emptori de empta re calumniæ penitus opponatur, ſed rem corporatam emptor perpetuo iure poſſideat. Ita tamen, ut ſi forſitan ſe aliqua fraude, intercedentibus Curialibus ſuis, qui ſubſcriptores uidẽtur accedere, uenditor ſe probauerit fuiſſe deceptũ, tam emptoris, quàm ſubſcriptoris diſpendio uenditor reddatur indemnis. Curiales uero ſi ad aduocationem uenire uoluerint, aut aliquam militiã ſperare, prouideant huiuſmodi perſonas, quæ munia ipſorũ debeant expedire, prouiſuri ut nihil per eos reip. poſſit imminui: nam ad ſe omne diſpendiũ nouerint pertinere, & ſe ad locum, in quo alium † inſtituerat, reuocandum. Reliquum uero huius legis ideo interpretatum non eſt, quia hoc in uſu prouinciæ iſta non habent.

† ſubſtituerat

DE PAREN-

DE PARENTIBVS QVI FILIOS SVOS diſtraxerint per neceſſitatem, & ne ingenui Barbaris uenundẽtur, neq; ad tranſmarina ducãtur. TIT. XI.

Imp. Valent. A. Aëtio Patritio.

CVm diebus omnibus & momentis, ſtudium Celſitudinis tuæ, & ſollicitudinem peruigilem circa utilitatem publicam comprobemus, etiam præſenti inſinuatione monſtraſti, qua nullum pateris benigna & ſalubri prouidentia aditæ per neceſſitatem ingenuitati præiudicium prouenire. Oſtendis non omnia ſiniſtræ licere fortunæ, ut ſtatus, quem illa uoluit, inopia cogente, mutare, ad ſplendorem ſuum humanitatis noſtræ beneficio reducatur. Notum eſt proxime obſcœniſſimam famem per totam Italiã deſæuiſſe, coactoſq; homines filios & parentes uendere, ut diſcrimen inſtantis mortis effugerent. Tantũ unicuiq; miſeranda macies, & letalis pereuntium pallor extorſit, ut totius, quem natura conceſſit, amoris obliti, alienare ſuos pietatis genus putarent: nihil eſt enim ad quod non deſperatio ſalutis impellat. Nil turpe, nil uetitũ credit eſuriens. Sola cura eſt, ut qualicunq; ſorte iuuetur. Sed iniquum iudico ideo libertatẽ perire, quia uita non perit, & agri horrore uiliſſimæ ſeruitutis, ut exitium puderet euaſiſſe. Cui non ingenuo mori ſatius eſt, quàm iugũ ſeruile perferre? Illa ſunt dulcia, quæ præſtita non deformãt, quæ accepiſſe delectet, quibus uti non turpe ſit. Dici beneficium non poteſt, ſi pereat quod ſeruis pro ſumma remuneratione præſtatur. Igitur libero ſtatui, cui ſpecialiter ſapientiſſimi conditores iuris, legesq; uoluerunt eſſe conſultum, nullum præiudicium patior irrogari: renouans ſtatuta maiorum. Venditionẽ cenſeo ſubmoueri, quam prædicta fames de ingenuis fieri perſuaſit. Ita ſanè, ut emptor pretium ſub quintæ adiectione percipiat, hoc eſt, ut quinto ſolido unus addatur: decem, duo. Similiter creſcente numero, quamcunq; ſummam uenditio facta deſignat. Ita fit ut neq; illum rebus adflictis ac deſperatis emiſſe pœniteat, qui amplius recipiat, quàm ad pretium dederat: Nec pereat ſub tanta clade diſtracta libertas. Si quis ſanè Barbaris uenditionẽ prohibitam fecerit, uel emptũ ingenuum ad tranſmarina tranſtulerit, ſciat ſe ſex auri uncias fiſci uiribus illaturum. Quam ſaluberrimam legem Aëti Præfecte chariſſime, illuſtris & præcelſa Magnificẽtia tua notitiæ omniũ propoſitis uulgabit edictis. Dat. pridie Cal. Feb. Romæ, Adelphio v.c. cos.

Fames.

Beneficia uera.

Interpretatio.

Hoc præcepit hæc lex: Quicunq; ingenui filios ſuos in qualibet neceſſitate, ſeu famis † timore uendiderint, ipſa neceſſitate cõpulſi, emptor ſi v. ſolidis emit, ſex recipiat, aut ſi amplius, ſecundũ ſupraſcriptã rationẽ augmentũ pretij conſequatur. Nam ſi huiuſmodi perſonas aliquis aut ad extraneas gentes, aut tranſmarina loca transferre

† tempore

transferre, aut uenundare præsumpserit, ipse qui contra statuta uenit, VI. auri uncias fisco nostro se nouerit illaturum.

DE EPISCOPALI IVDICIO, ET DIVERSIS NEGOCIIS CLERICORVM.

TIT. XII.

Imp. Valent. A. Firmino PF. P. & Patritio.

DE Episcopali iudicio diuersorum sæpe causatio est. Ne ulterius querela procedat, necesse est præsenti lege sanciri. Itaque cum inter Clericos iurgium uertitur, & ipsis litigatoribus cõuenit, habeat Episcopus licentiam iudicandi: præeunte tamen uinculo compromissi. Quod & de laicis, si cõsentiant, autoritas nostra permittit. Aliter eos iudices esse non patimur, nisi uoluntas iurgantium interposita, sicut dictum est, conditione præcedat. Quoniam constat Episcopos & Presbyteros forum legibus non habere, nec de alijs causis, secundum Arcadij & Honorij diualia constituta, quæ Theodosianum corpus ostendit, præter religionem posse cognoscere. Si ambo eiusdem officij litigatores nolint, uel alteruter, agunt publicis legibus & iure communi. Sin uero petitor laicus seu in ciuili, seu criminali causa cuiuslibet loci Clericum aduersarium suum, si id magis eligat, per autoritatem legitimam in publico iudicio respondere compellat. Quam formam etiam Episcoporũ personam obseruari oportere censemus. Vt si in huiuscemodi ordinis homines actionem persuasionis, & atrocium iniuriarum dirigi necesse fuerit, per Procuratorem solenniter ordinatum apud iudicẽ publicum inter leges, & iura conflígunt: iudicati exitu ad mandatores sine dubio reuersuro. Quod hijs religionis & sacerdotij ueneratione permittimus. Nam notum est procurationẽ in criminalibus negocijs non posse cõcedi. Sed ut sit ulla discretio meritorum, Episcopis & presbyteris tantum id oportet impendi. In reliquis negocijs criminalibus, iuxta legum ordinẽ, per se iudicium subire coguntur. Si ab executore conuenti, parere detrectẽt, seruato iuris ordine sententia teneat cõtumaces. In Clerico petitore consequens erit, ut secundum leges pulsati forum sequatur, si, ut dictum est, aduersarius suus ad Episcopi uel Presbyteri audientiam non præstat adsensum. Pœna defensoribus negocij, qui in eadẽ extraordinario iudicio adfuerint atq; egerint, huiusmodi constituta, ut causidicum officij amissio † iurisconsultum æstimationis & interdictæ ciuitatis damna percellant. Nullus originarius, inquilinus, seruus, uel colonus, ad clericale munus accedat, neq; monachis & monasterijs adgregetur, ut uinculum debitæ conditionis euadat. Non corporatur urbis Romæ, uel cuiuslibet urbis alterius, non Curialis, non ex primario, non aurarius, cuius collegiatus sit uir

Non satis cohærent.

Procuratio locum habet in ciuilibus negocijs.

† *Forte legendum: iurisconsultorum æstimationc.*

sit uir aut publicus seruus. Iubemus, ut Clerici nihil prorsus negociationis exerceant. Si uelint negociari, sciant se iudicibus subditos, Clericorũ priuilegio non muniri. Defensores ecclesiæ de expressis urbium ministerijs non liceat ordinari, acquiescentes huic officio, rerum suarum amissio comitetur. Quas Curiæ uel corpori suo præcipimus applicari. Si custodire hæc & exequi neglexerint iudices competentes, facultatibus suis & status priuilegijs exuantur, primoribus officij capitali discrimine cõstituto, ipsis nihilominus à tali officio repellendis, ut ab urbis suæ competentibus obsequijs non recedant. Hij autem, qui intra decenniũ transactum à die latæ huius legis Diacones ordinati sunt, Suffectos pro se dare debebũt: Si non habent unde sibi hac ratione prospiciant, ipsi ad nexũ propriũ reducãtur. Cæteris inferioris gradus ad cõpetentia ministeria retrahendis: Exceptis Episcopis atq; presbyteris: Seruatis tamen quæ de patrimonio talium personarum legum præcedentiũ statuta sanxerũt. Originarij sanè uel serui, qui iugum natalium declinantes, ad ecclesiasticum se ordinem transtulerunt, exceptis Episcopis, ut dictum est, & presbyteris, ad dominorum iura redeant, si nõ in eodem officio annum tricesimum compleuerunt. Ita ut huius conditionis Diaconus domino pro se uicarium reddat, omni pariter peculio restituto. Circa quem nihilominus si copia uicarij dandi non suppetat, quæ de ministerijs urbium superius sunt statuta, seruẽtur. Vniuersis Clericis, præter ecclesiasticos actus nihil omnino cum alijs causis decet esse commune. Nec cum locis iuris publici, quæ quasi destituta plerunq;, & non necessaria elicitis supplicationibus, uelut ad usum quendam religionis euertunt, pœna XX. auri librarũ scriniorum † proximis interposita, si aditus huic supplicationi fuerit attributus. Oportunum duximus, occasione legis ea de successione decernere, quæ anterioribus cõstitutis non sint euidenter expressa. Itaq; si uir sine liberis, uxore superstite moriatur, sponsalium quæ mulier accepit abeuntis patri matriue mediam restituat portionem, sibi residuam reseruatura. Si desint personæ quas loquimur, ipsi uniuersa proficiant pro pudore percepta, quæ non extantibus tam charis religiosis q; nominibus imminui non oportet. Similis erit de dote conditio, quã dare præsentis oraculi decernit autoritas, ut si nullis interpositis conditionibus uiro fuerit attributa, quæ lucratiua esse potest, uxoriæ mortis euentu, patri matriue defunctæ maritus acceptæ dotis mediam restituat quantitatẽ. Pars uero fœminæ tanta dari debebit, quantã in sponsalibus maritus intulerit: ne dantis & accipientis nõ sit æqua cõditio, nec placita futuraq; conditio, uni lucrum, alteri faciat detrimentũ. Muliere in matrimonio intestata deficiente, superstitibus filijs derelictis pater ususfructus

† *præpositis*

totius patrimonij habeat poteſtatem, uſq; ad uiceſimum filiorum ætatis annum: Poſt medietatem reſtitutã filio filiæue, ſibi in diem uitæ ſuæ medietate detenta. Si expleto filiorum uiceſimo anno medietatẽ portionis ſuæ unicuiq; dare uoluerit, ſoboli quæ medietatem ex bonis maternis à patre non fuerit conſecuta, poſt obitum patris à ſucceſſoribus æſtimatione habita iubemus exolui, ut quod in familia quis conſtitutus amiſit, futura ſaltem compenſetur ætate. In ipſorum autẽ matrimoniorũ reuerentia & uinculo, ne paſſim & temere deferãtur, antiquata Nouella lege, quæ exolui coniugia ſola contraria uoluntate permiſerat, & ea quæ à Diuo patre noſtro Conſtantio decreta ſunt intemerata ſeruẽtur. Tricennali temporum definitione concludi ea præcipimus, quæ perpetuis aut infinitis ſeculis ſeruabuntur: Exceptis Afrorum negocijs, qui ſe probauerint neceſſitatem Vandalicam pertuliſſe: ut de eorum cauſis illa tempora præfixo tricennio ſubtrahantur, quæ claruerit ſub hoſtilitate conſumpta. Cæterum alia intra expreſſa metarum ſuarum cenſemus ſpatia contineri. Sanè ſicut non cœptam intra tricennium quamlibet cauſam uetuimus inchoari, ita quæ conteſtatæ litis ſumpſit exordiũ, excepto priuilegio pupillaris ætatis, quod Diuæ memoriæ patris noſtri Theodoſij lege conceſſum eſt, intra eadem tempora terminetur: Niſi forte poſt uiceſimum quintum annum, ex eo quo competere actio cœperat, conteſtata lis fuerit: Cuiſi is caſus eueniat, emenſo hoc tricennio quod ſtatutum eſt, aliud quinquennium prorogamus, intra quod debeant negocia uniuerſa conſumi: ne à malitioſis ingenijs calumniando legem priorem conteſtatis litibus aliud tricenniũ uindicetur. Abunde enim ſufficiet quinquennij adiectio: qua euoluta, nulli penitus actioni copia tribuetur. Quæ autem intra uiceſimũ quintum annũ conteſtata lis fuerit, ſtatuto tricennio modis omnibus conſumatur. Petitorem iubemus, poſtquam edito actionis genere aduerſarium ſuum tenuit, & ad reſpondendum coëgit, propoſitæ litis probationibus imminere: quoniam ad damnoſam iudicij obſeruationem quenquam prius non debet ullus attrahere, quàm omnia documenta præpararit, quibus exhibitum in diſceptatione cõuincat. Quod & ſcitis ueterum principum continetur. Aliàs ſi quis ad iudicium quem uenire compulerit, & in eodem officio uel fideiuſſionis titulo conſtituto non urgeat, quo intra quatuor menſes inſtitutas peragat actiones, & conſtiterit iudicem cauſas alias cognouiſſe, petitor qui ſecretariũ ſuo uitio noluit introire, ſumptus expenſasq; reſtituat: quoniam actoris tergiuerſationem eſſe non conuenit impunitam. Pulſatus hijs recuperatis, ab obſeruationis neceſſitate integro petitoris negocio liber abſcedat. Quod ſi pulſatus is adeſſe neglexerit, euocatus ſecũdum ordinem iuris, ſententiã excipiat contumacis. Exhibitus ſanè ſi de ſolo pulſatus fuerit, ceſſante fideiuſſionis

deiuſſionis neceſſitate, periculo negocij obſeruationem ſe ſubiturum promittat. In pecuniarijs autem cauſis, non niſi pro quantitate debiti, quod fuerit poſtulatum, præſentiæ ſuæ fideiuſſorem debet, ſi màluerit ſubire conflictum. Si tamen eum in hijs locis, in quibus pulſatus fuerit, patrimonium petitæ ſummæ conueniens conſtiterit non habere. Si quis à ſuſpecto iudice illuſtri uiro, Præfecto urbis Romæ, propter aliquas domeſticas & priuatas ſimultates uocem appellationis emiſerit, apud ſucceſſorem eius ſequentem mox quas ante timuit exerat actiones: ut relationibus difficultatum, ac morarum, quas intercedere ad reſpondendum nolumus, neceſſitas auferatur. Nec quiſquam prouocet à præfato Cognitore in cauſa cuius meritum intra centum ſolidos continetur. Si forte duorum prædiorum unus dominus atq; poſſeſſor ex referto originarijs & colonis agro, ad alterum rus aliquos homines propria uoluntate & ordinatione tranſtulerit, ita id maneat, ut ſiue uenditione, ſeu donatione, ſeu quolibet alio modo ad diuerſos dominos res utraq; peruenerit, tranſlatos & originis, & iuris titulo reuocari non liceat. Indecorũ eſt, autoris facta conuelli, quæ pro conſilio ſuo & tractatu neceſſaria iudicauit. Cum magis deceat id eius reuerentiam, quæ illi uiſa ſunt, inuiolata ſeruari. Quod autem ante hac promulgata lege cenſuimus, amiſſæ temporibus originariæ ſobolem priori domino non perire, id in argumentum trahi aperta definitione prohibemus. Scilicet ut ſecundum legem ad Palladium datam, ſobolem diuidi cenſeamus, quæ de originario ſuſcepta fuerit alieno. Firmine Præfecte chariſſime Auguſtorum. Quare illuſtris & præcelſa Magnificentia tua hanc ſaluberrimam edictalem legem, etiam pendentibus in foro negocijs, profuturam, propoſitis uulgabit edictis: ut quanta nobis diſponendæ quietis publicæ cura ſit, omnibus innoteſcat. Dat. XVII. Cal. Maij, Romæ, Herculano V. C. COS. Int.

Lex iſta de diuerſis rebus multa conſtituit, ſed imprimis de Clericis quod dictũ eſt, ut niſi pro compromiſſi uinculo iudicium Epiſcopale non adeant. Poſteriori lege Maioriani abrogatũ eſt. De reliquis præcepit, ut ſi quis laicus Clericum ſiue in ciuili, ſeu in criminali negocio per autoritatem iudicis ad publicum prouocauerit, pulſatus ſine dilatione reſpondeat. Epiſcopi etiã ſiue pro † peruaſione rei alicuius, ſiue pro quibuſcunq; grauibus iniurijs ad iudicium fuerint prouocati, licet in criminalibus cauſis per alium nulli liceat reſpondere, Epiſcopis tamen & presbyteris hac lege præſtatur, ut in talibus cauſis miſſo Procuratore reſpondeant, ſine dubio ut ad eos redeat ſententia iudicati. In reliquis uero criminalibus cauſis, ubi de ſcelere perſona conuincenda eſt, ſuã in iudicio præſentiã exhibere procurẽt. Quod ſi tertio conuenti per executorẽ ad iudiciũ uenire noluerint, ſententiã excipiãt contumacis. Clericus ſi aliquẽ lite pulſauerit, in foro illius quẽ in iudiciũ, puocat, audiatur: ſi tamen pulſatus nõ acquieuerit, ad Epiſcopi uel presbyteri uenire iudiciũ. Quod ſi aliud fecerit ille q pulſat, defenſores cauſæ ipſius taliter notari præcepit, ut ab omni officio & perſecutione cauſarũ habeantur extranei. Nullũ etiam originariũ, inquilinũ uel ſeruum, ſiue colonum ad clericatus officium iubet accedere, neq; in mona-

† perſuaſioni

ſterijs recipi, ne per hanc occaſionẽ debitam conditionẽ poſſint euadere. Nam nec corporatus ciuitatis alicuius, qui publicum ſeruitium debet, nec Curialis uel collegiatus Clericus eſſe præſumat. Clericos quoq; præcepit, ut negociationes nullatenus exercere præſumant: quod ſi fecerint, uelut alij negociatores à iudicibus emendentur. De corporibus nanq; publicis nullum fieri defenſorem eccleſiæ lex iſta cõſtituit. Quod ſi quis ex Curia adquieuerit, ut fiat defenſor eccleſiæ, nouerit res ſuas omnes Curiæ, aut illi corpori unde diſceſſerat applicandas, & ſe ad ſeruitium ciuitatis in ſuo corpore reuocandũ. Nam & iudicem, & officiũ eius prouinciæ, ſi eos nõ reuocauerint, graui, ſicut ipſa lex loquitur, dicit pœna feriẽdos. Diaconi, qui ex Curialibus, uel ex q̃libet corpore publico facti ſunt, præcepit, ut pro ſe ad agenda quæ utilitati publicæ debentur Suffectos dare debeant. Quod ſi non dederint, ipſi ad cõditionẽ debitam reuocentur. Nam Epiſcopos atq; presbyteros non iubet hac lege conſtringi, niſi tantum ut de patrimonijs ſuis, quæ ſunt Maioriana lege cõſtituta, euidenter obſeruent. Originarios uero uel ſeruos, qui ad honorem eccleſiaſticum adſpiraverint, debere intra xxx. annos à dominis reuocari. Ita tamen, ut diaconus pro ſe uicarium ſi habuerit reddat, & omne peculium ſuum dominus eius uſurpet. Quod ſi uicarium non habuerit unde reddat, ipſe ad conditionem propriam reuocetur: Nam omnes Clericos iubet, ut nullas alias cauſas, præter actus tantum eccleſiaſticos agant, & ut publica loca pro eccleſiarum reparatione non deſtruant. De ſucceſſione uero hoc quoq; ſpecialiter credidit inſerendum, ut ſi uir uxore uiua moriatur, & filios non habeat, ſed aut patrem, aut matrem dimittat, de ſponſalitia donatione quã fecit medietatẽ ſibi uxor uendicet, & medietatẽ patri aut matri defuncti mariti, qui ſuperſtes eorũ fuerit, ſine difficultate reſtituat. Quod etiãſi uxori talis caſus euenerit, de dote quã ab uxore maritus accepit, ſimili ratione, id eſt, medietatem parẽtibus, aut ſi unus eorum ſuperſtes fuerit, ſe nouerit reddituru. Quod ſi nec parentes ſuperſtites fuerint, nec filij, perſona coniugis quæ altero ſuperuixerit, & dotẽ, & donationẽ ſibi iure ꝑpetuo uindicabit. Ita ut faciẽdi de hijs quicquid uoluerit habeat liberam poteſtatẽ. Mulier uero quæ filium derelinquet, †& marito

†ſi

ſuperſtite inteſtata defecerit, maritus eius, hoc eſt pater eorum, facultates ab uxore dimiſſas pro uſufructu in ſua habeat poteſtate: Ita ut cum unuſquiſq; filiorum

†dilatione

ad uiceſimũ ætatis ſuæ annum peruenerit, medietatem portionis ſuæ ſine †dubitatione recipiat, & medietatem ſibi pater in diem uitæ ſuæ ad uſumfructum retineat. Quod ſi alicui tranſacto uiceſimo anno medietatem portionis ſuæ dare noluerit, fructus eius medietatis, quam daturus erat, poſt mortem patris filius de paterna hæreditate à ſucceſſoribus eius habita æſtimatione recipiat, quos patri exigere pro ſua poteſtate nõ ualuit. De diuortijs uero intercõiuges ſublata Nouella lege, quæ ſunt à Diuo Conſtantio ordinata præcepit obſeruari. Tricennalem uero legẽ in omnibus negocijs ita iubet euidentius cuſtodiri, ut omnia tempora, quæ in infinitũ negocia extendebant: quia diuerſi in quadraginta annos, diuerſi iuriſconſultoris de aliquibus rebus perpetuam fecerant actionem, ſpecialiter cenſuit, ut omnia de omnibus cauſis infra xxx. annorum curricula concludantur, præter, ſicut de poſtliminio dictum eſt, ut illi anni ſaluo tricennio captiuis imputari non debeant, in quibus hoſtiũ dominatione detenti ſunt. Quæ tamen lex tricennalis ſicut illa tempora xxx. annos reuocat, quæ amplius lites fecerant propagari, ita reliqua, quæ infra xxx. annos ſuis quibuſq; locis euidenter iuſſa ſunt obſeruari, in omnibus præcipit cuſtodiri. Nam etiamſi lis infra tricennium inchoata fuerit, & non definita, quaſi nec incepta fuerit habeatur extincta: Excepta pupillari cauſa, quibus pro ætatis fragilitate, ſicut lex Diui Theodoſij continet, conſtat eſſe conſultum: ut ea tempora in tricennio non imputentur, in quibus minores ſub Tutorum iubẽtur poteſtate conſiſtere. A quibus tamen, ſi poſt xxv. annum, ex eo quo competere actio

actio cœperat, lis fuerit conteſtata, quintum tantum annum ſupra tricennium pupillis iubet augeri. Ita ut completis xxx. & quinq; annis, ſicut reliquorum cauſæ infra xxx. annos, ita & eorum infra xxx. & quinq; ſpatiũ concludantur. Pupillorum uero cauſæ uel lites, quæ antequam ad xxx. & v. annum perueniant, conteſtatæ fuiſſe probantur, intra tricenniũ ſine adiectione quinquennij modis omnibus conſumantur. De petitoribus uero conſtitutum eſt, ut ſi petitor aduerſarium ſuum pulſatum in iudicio deferre uoluerit: quem aut ſub fideiuſſione, aut cautione fecit adduci, & non feſtinet infra quatuor menſes, in quibus tamen iudex ad audiendas reliquas cauſas uacare cognoſcitur, actionem quam propoſuit debeat expedire. Ille, quem compulit ad audientiam, obſeruare ſumptus & expenſas litis à petitore accipiat, & liber abſcedat: Salua tamẽ integritate negocij illius petitoris, qui ad præſens pro tarditate ſumptuum uel expenſarum damna ſuſtinuit. Nam ſi quis pulſatus in iudicio adeſſe noluerit, poſt trinã conuentionẽ ſciat ſe contumacis ſententiã ſubiturum, id eſt, ut quicqd ſi adfuiſſet in iudicio addicendus erat, petẽti litigatori quaſi uictus exoluat: Quicũq; aũt ſiue de domo, uel de agro fuerit pulſatus, ſine fideiuſſione alicuius caueat adfuturum ſe eſſe in iudicio. Nam ſi pecuniam quis ab eo repetit, & fideiuſſionem pro quantitate pecuniæ, unde pulſatur, dare debet, ſi de hoc debito uoluerit parare conflictum. Tunc tamen ab eo fideiuſſor requiri non debebit, quando pulſatus in his locis, in quibus audientia eſt, nõ minoris debiti ipſius poſſeſſiones habere probatur. Si quis iudicem pro quibuſcunq; cauſis aduerſum ſibi ſenſerit, aut habuerit fortaſſe ſuſpectum, uocem appellationis exhibeat, ut cum ei ſucceſſum fuerit, integro negocio apud alium Iudicem amotis dilationibus poſſit audiri. In ea uero cauſa iudiciariæ poteſtatis, id eſt, inluſtri appellari nõ debet, in qua uſq; ad centum ſolidos fuerit iudicatum. Si quis dominus duorum fuerit prædiorum, & de una poſſeſſione ad aliam, quæ iuris ſui eſt, mancipia originaria uel colonaria tranſtulerit, & ad diuerſos dominos fundus uterq; peruenerit, nihil cõtra ordinationem domini prioris aliunde translatis mancipijs repetere aut pulſare præſumat, ſed cui aut uenditus, aut donatus aut dimiſſus ager fuerit, in eo eum ſtatu poſſideat, in quo ab autore conſtat fuiſſe dimiſſum. De colonarum uero agnatione id remota ambiguitate conſtat eſſe præceptum, ut ſecundum legem, quæ ad Palladium data eſt de colono & colona, inter duos dominos diuidatur agnatio, id eſt, ut coloni dominus duas partes filiorum, tertiam colonæ dominus ſibi debeat uindicare. Quæ uero actiones perpetuæ fuerint, & ad tricennium reuocatæ ſunt, placuit adnecti, id eſt, hæreditatis petitio, ſi tamen ab actore cui competebat fuerit inchoata finalis actio, homicidij, furti, tutelæ geſtæ, de fugitiuis, de curialibus, uel de collegiatis reuocandis, empti, uenditi, locati & conducti, negociorum geſtorum, mandati pro ſocio.

LEGVM NOVELLARVM DIVI VALENTINIANI AVGVSTI FINIS.

LEGVM NOVELLARVM DIVI MARTIANI A. LIBER.

TITVLI.

Neminem exhiberi de prouincia ad comitatum, nisi ad relationem iudicis, à quo fuerit appellatum.
De indulgentijs reliquorum.
De prædijs ciuitatum omnium.
De matrimonijs Senatorum.
De testamentis Clericorum.

NEMINEM EXHIBERI DE PROVINCIA ad Comitatum, nisi ad relationem Iudicis, à quo fuerit appellatum TIT. I.

Impp. Valent. & Martiani AA. Edictum.

VIta remediorum genera, nostræ Clementiæ prouincialibus suis prospicere gestienti, & crebra cogitatio suppetit, & ipse rerum usus apportat. Nam cum uenalem iudicũ ambitum radicitus amputasse, & ad res priuatas uel publicas syncerissime gubernandas, homines expectandos atq; cõsultos traxisset inuitos Sciẽs quippe felicẽ fore rẽp. si à nolẽtibus, et actus publicos repulsãtibus cogitãti nostræ pietati statim occurrit: quonã mõ possint lõgi itineris interuallo, & in omnibus sumptibus legitimo egẽtes auxilio liberari. Videtis enim agmina, uidetis cateruas adeuntium infinitas, non solum à finitimis prouincijs, uerum extremo orbis Rom. limite confluentes, & aduersum suos aduersarios cõquerentes. Quod profecto nullatenus accidisset, si in locis integritas uel seueritas iudicum floruisset. Et ne igitur huiusmodi flagitia etiam ulterius † porrigãtur, ne quis desertis laribus suis, aut certe dulcibus pignoribus, per incognitas mundi partes diutius peruagetur, hoc consultissimo edicto statuẽdum, pariter & omnibus declarandũ pietas nostra decernit. Quicunq; ciuilẽ actionẽ, uel certe criminalẽ accusationẽ aduersarijs suis intẽdere moliũtur, uiros clarissimos adeant prouinciarum Rectores, & expositis querimonijs, insinuatisq; desiderijs suis, paratissimũ prõptissimũq; posthac subsidium iuris † expetãt. Illi noxiæ potẽtiæ uim legum benignam opponant. Illi delitijs integram mentem obijciãt. Non illũ supercilium, quod hoc tempore nullum est, terrebit: non effœminabit mentem seueram quilibet census oblatus: Sed unicuiq; non altiore suspecta, non despecta humiliore fortuna, nostræ mandatorum nõ immemores pietatis, & antiquo, & nostro iure succurrent, & querimonias suas probãtibus, aut indemnitate seruata, aut legitima uindicta consulent. Subsecutas has ergo ob causas nullũ aduersarium

† *Prorogentur fortè.*

† *expectent.*

uersarium suum à proximis uel longinquis partibus, non per sacras adsatus, nõ per magnificentissimorũ uel illustriũ iudicũ sententias uolumus exhiberi: nisi forsitan aut ꝓpter potestatẽ aduersarij, aut ipsius rei difficultatem, aut publici debiti molem, deficiente Rectore prouinciæ, spectabilis iudicis, qui in locis, uel proximo deget, amplissimæ potestatis, uel aliorum maiorum iudicũ auxilium postuletur. Hijs pro cõmodo nostro, & pro nostri imperij humanitate dispositis, unusquisq; uestrum, cũ sint in locis iudices legum custodes, & earum peruigiles defensores, prout quisq; possit sine peregrinatione, sine sumptibus super dubijs rebus & adire Iudicẽ et auxiliũ amicũ legib. indipisci, hæc quæ dicta sunt obseruare debebit. Si uero uel ab aduersario, tãquã excedẽte, puinciale præsidiũ fuerit contemptus, uel à iudice non auditus, hoc quod in amplissimæ potestatis, uel in alia re, competenti tamen examine, per relationem iudicis contra aduersariũ emissam, seu ipsum iudicem documẽtis quibusdã neglexisse nostræ maiestatis edicta, sui periculi memor, se promiserit probaturum, tunc post indemnitatem ei legibus seruatam, etiam uindicta iuri congrua in conuictum protinus subsequetur. Quod si appellatio apud iudicẽ fuerit subsecuta, ea quæ sup prouocatiõibus legibus antiquitus statata sunt, diligentius modis omnibus cõplebũtur. Hijs additur aliud maius, quod innocentes præcipue hactenus cõterrebat: Nonnulli nanq; suis allegationibus diffidentes, uexare suos aduersarios tantũmodo cupientes, nõ cum hijs sedate pugnabãt, sed per sermonẽ fucatum, & phalerata uerba nonunquam legibus ante confusis ad aliena eos iudicia pertrahebant. At hinc sæpius euenit, ut & miles ciuili, & priuatus in militari, sed sibi incongruo peregrinaretur iudicio. Ergo hanc quoq; partem, ne ad læsionem nobis subiectorũ patiamur iuris, & legum contemptũ ulterius perdurare, hoc prouidẽtissimo edicto nostra Pietas censuit emendandũ. Iubemus nanq; omnes pro priscis ac saluberrimis institutis, suos aduersarios, satisfactionẽ forsitan deferentes, in proprio, nõ in minime competẽti fictis quibusdam occasionibus exposcere litigatorẽ. Actor rei forũ sequatur. Quod sine cœlesti sententia non cõstat esse decretũ, intactũ inuiolatũq; seruetur, nemo à nostra Serenitate postulet: nec enim impetrabit non rescriptũ, non mandatũ, uel iussum quod dicunt sacrũ, suos aduersarios in minime cõpetenti iudicio respõdere, maxime cum hoc tempore, q̃d supius dictũ est, unusquisq; clarissimorũ, uel spectabiliũ iudicũ, si tamẽ ꝓpter causas prædictas ita usus tulerit, & integras adeũtibus aures præbere, & omni postposita inuidia, omni spreta gratia recto ꝓposito poterit iudicare. Quã formã etiam in militari parte uolumus obseruari. Nec passim aliquẽ armatæ militiæ sociatum longinqs ptibus trahi, sed in locis apd cõpetentẽ iudicẽ pulsari; nisi tamẽ sup maximis & necessarijs causis

& militarem iudicem in locis excedentibus fuerit accusatus, non ignorante eo, cuius ex interpellatione aliquis secundum datã formam in longinqua fuerit protractus examina. Quod si culpa sui fuerit dilata cognitio, uel minime actioni suæ adfuerit, uel dilata probauerit, pro calumnia quidẽ pœnam luat legibus constitutam. Pro uero pecuniaria causa, post dispendia, post sumptus considerata quantitate postulatorum, uel mediĩ itineris interuallo, condẽnationẽ pro æstimatione Iudicis sustinebit. Nam dignũ est eos, qui maiorũ nostrorũ nostrarũq; legum, auaritia stimulante uel * incitãte fines perturbare, seu castra perfringere conabuntur, habitantiũ saltem intentato, quo magis puniantur, dispendio refrenari. Ergo consulite uestris cõmodis, nostris saluberrimis parete præceptis. Nemo à nostra pietate maioribus occupata, uel à magnificentissimis, seu illustribus iudicibus, nisi in maximis ac necessariis, quod superius cautum est, rebus, publicisúe debitis exhibitionis subsidium poscat. Nam si quis aliter ꝙ dicta continent petulanti animo hijs despectis, maiorem iudicem, uel nostram primum contra ordinẽ legum, adierit maiestatem, sciat se non solum litis iacturæ, atq; plus petitionis periculo, uerũ etiam competenti mutui fore subdendum. Dat. v. Id. Octob. Constãtinop. Valent. A. VII. & Auieno COSS. Interpretatio.

Si quis aduersarium, aut repetitione, aut criminis obiectione pulsauerit, in prouincia, in qua cõsistit ille qui pulsatur, suas exerat actiones, nec æstimet aduersarium suum alibi aut longius ad iudicium protrahendum: illi uero qui pulsatus fuerit, si iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Simili etiam & militantes ordine teneantur, ut & ipsi apud competentes iudices, quas competere sibi credunt, exerãt actiones: quia omnibus legibus constitutum est, ut actor rei forum sequatur.

DE INDVLGENTIIS RELIQVORVM. TIT. II.

Impp. Valent. & Martianus AA. Palladio PF. P.

VRæ nobis est utilitati humani generis prouidere: Nã id die ac nocte prospicimus, ut uniuersi, qui sub nostro imperio uiuunt, & armorũ præsidio ab hostili impetu muniantur, ac in pace libero otio ac securitate potiãtur. Ideoq; miratí sumus laudabilẽ suggestionẽ Celsitudinis tuæ, quæ præter alias uirtutes, quibus sublimitas tua plurimum pollet, etiam humanitatem tui Culminis euidenter ostendit. Nam debitorum, quæ in reliquis trahuntur, exactionem molestam testatur esse obnoxijs, ac merito postulauit, ut prædicti debitores sacra nostra indulgentia liberentur. Quapropter admirabilem insinuationem tuã probandã esse cẽsuimus. Cesset igitur, pro securitate prouincialiũ, exactio reliquorũ, & à sextæ indictionis initio, usq; ad finẽ quintæ decimæ nuper elapsæ, debita deleãtur: siue ex possessionibus liberari, uel patrimonialis, tẽporumúe, aut fiscalis ciuilis, fiscalisúe iuris, seu in auro, seu in argento, seu in

seu in speciebus, uel in metallica quacunq; materia, alióue quolibet collationis titulo in publicis calculis residere noscuntur. Et siue arcæ sublimitatis tuæ, siue thesauris, siue sacro debentur ærario, siue cellario, siue priuatæ rei nostræ, aut dominicæ domui, siue operibus huius inclytæ urbis, omnia collatoribus, nec nõ Curialibus, seu cohortalibus, seu prouincialibus officijs, & alijs quicunq; reperiuntur obnoxij, remittantur. Et ne qua liberalitatẽ nostrã caligo fraudis possit impedire, etsi in priuatũ contractum, uel in cautionẽ debitum publicũ transisse, uel nouatum esse dicatur, aut si quis Curialis exactor, uel cohortalis compulsor, pro obnoxio se intulisse cõmemoret, nihilominus liberalitas nostra firma pmaneat. Curialibus etiam & cohortalibus nulla superexactionis aduersus optiones uel actuarios, uel deuotissimos milites querelæ permittatur occasio, ita ut optiones & actuarij, & deuotissimi milites inuicem taceant, & nullã aduersus Curiales, seu cohortales, uel collatores, seu officia prouincialia, seu Decuriones moueant pro debitis publicis actionẽ: Etiã si quas expensas se pro alijs intulisse cõtendant. Præterea quicquid ex titulo Senatoris follibus in prouincijs debetur, hoc quoq; remitti iubemus. Si quid autẽ ex quindecimæ indictionis, uel superiorũ temporũ debitis ad expensas primæ indictionis, seu posteriorum temporum deputatum est. Et si quid ex naulis ac pretijs materiarũ, & releuatis uel donatis, aut translatis atq; adæratis, uel ab arca sacratissimæ Constantinopolitanæ urbis debetur, id huius donationis beneficio nõ tenebitur. Sed & si quid in auro, uel in speciebus, uel in materijs ciuitatum operibus deputatum est, & hoc erogatum non esse monstratur, eius quoq; ratio seruetur intacta. Nec possint debitores huius donationis auxilio niti, sed cõpellantur hij qui noxij reperiuntur, implere suscepta opera, & sumptuum reddere rationes. Nec enim oportet liberalitatẽ nostram cousq; protendi, ut in aliorum lucra iniuste proficiat, quod ornatui urbium delegatũ est. Sentiant uniuersi, quantũ sibi pietas nostra profuerit, & in posterũ deuoto animo pensitationes publicas soluant, qui se sciant præteritis debitis liberatos. Palladi Præfecte charissime AA. Illustris itaq; & præcelsa Magnificẽtia tua huius saluberrima pragmaticæ legis moderatione, per uniuersos populos ac prouinciarũ iudices edictis prompte diuulgare curabit: ut securi & beneficium nostræ Pietatis, & securitatis suæ fructũ libenter agnoscant. Scripta Palladio uiro illustri, Præfecto orientis. Hermogeni uiro illustri, Comiti sacrarũ largitionũ. Gennadio uiro illustri, Comiti rerũ priuatarũ. Maximino uiro illustri, Comiti & Præposito sacri cubiculi. Domino Valent. A. IIII. & Auieno V. C. COSS. Interpretatio.

Lex ista hoc continet, ut per prouincias relaxatæ beneficio Principis tributorum reliquæ non quærantur, tamen quod exactũ est, si apud exactores resedisse cõstite

rit,id præcepit,ut publicis debeat utilitatibus nō perire,sed quod exactum est,à retentatoribus thesauris inferatur, & à prouincialibus uel à possessoribus quod solitū non fuerit non quæratur.

DE PRAEDIIS CIVITATVM OMNIVM. TIT. III.

Impp. Valent. & Martian. AA. Palladio PF. P. Orientis.

AVaritiæ suæ culpam arguit, qui pro possessionibus quas detinet debitas functiones inferre cunctatur. Itaq; inter cæteros egregios actus,quibus reip. tua Sublimitas prodest,etiam suggestionē de prædijs iuris ciuilis oblatam iure laudamus, per quam postulatū est, ut si qui memorata prædia dempto ciuili canone consecuti sint, ueterē canonē in posterū cogantur agnoscere. Celsitudo itaq; tua id nobis placuisse cognoscat, ut si qui uel ex titulo donationis,uel exceptione, siue ex alio † modo,quolibet titulo possessiones iuris ciuilis tantūmodo, & cuiuslibet ciuitatis,& præcipue huius æternæ urbis, cui maiorem debemus fauorē,tam ciuilis,ut dictū est,iuris,quàm etiā agonotheticas possessiones ex consulatu Ausonij & Olybrij, dempto ciuili canone acceperunt impositū prædijs canonē, iuxta fidē publicorū monumentorū, ciuitati,ad quā prædia pertinuerunt,præbere iubeātur. † Ex præsenti quoq; quarta indictione, cessante præteriti temporis canonis exactione,manente penes eos successores q; eorū,& detentatores illibato dominio. Nam si priuati iuris debita nō patimur denegari, multo magis præbēda sunt ciuitatibus,quæ iure debentur: cū sufficiat possessoribus,quod apud eos dominium in perpetuū ex nostra liberalitate permaneat. Si quæ tamen possessiones iuris ciuilis canonē priuatis largitionibus in præsenti præbent, uel nunquā ademptum,uel postea impositum, ad hanc pragmaticā iussionem non pertinebunt, sed priuato ærario canonē, quem nunc agnoscunt, inferre ex more debebūt, dominio firmiter apud eos successores q; eorum, & detentatores pari modo permanente. Illud etiam dispositionis Culminis tui probamus atq; firmamus, ut si qui cuiuslibet iudicis cōmutatione multati sunt, & partē,seu totam multā adhuc debere noscuntur, hij quoq; indulgentia nostræ Clementiæ pfruantur,& nullā sustineāt exactionē. Palladi Præfecte charissime AA. Celsitudo igitur tua hæc,quæ per hanc pragmaticā legē sanximus, Rectoribus prouinciarū declarare non differat: ut & ciuitates,& possessores,& cæteri de quibus hoc constituimus,utilitati suæ consultū esse lætentur. Dat. XV. Cal. Feb. Cōstantinop. Martiano A. I. COS.

† quolibet modo titulóue

† Et

Interpretatio.

Si quid de fiscalibus agris uel ædificijs,donatione principis, uel uenditione, uel qualibet ratione ad priuatos fortasse puenerit,id lex ista constituit, ut soluto canone à possessoribus in perpetuū teneatur,& impletis fiscalibus debitis,illi qui possident hæredibus suis relinquēdi,aut quibus uoluerint donandi habeant potestatē.

DE MA-

DE MATRIMONIIS SENATORVM. TIT. IIII.

Impp. Valent. & Martianus AA. ad Palladium PF. P.

LEges sacratissimæ,quæ constringūt omnium uitas, intelligi ab omnib. debēt,ut uniuersi, præscripto earū manifestius cognito,uel ꝓhibita declinēt, uel permissa sectentur. Si quid uero in ijsdē legibus latum fortassis obscurius fuerit,oportet id imperatoria interpretatione patefieri,ut omnis sanctiōis remoueatur ambiguum,& in suam partē iuris dubia deriuare litigatorū contētio alterna nō possit. Negociorū quoq; Cognitores,ac tribunaliū præsides, aptā definitionē legū secuti, suspēsis nutātibus q; sententijs inter scita incerta nō fluctuēt. Plana enim & facilis ad pronunciandū uia patet iudici, quoties nō est illud ambiguū,iuxta q̄ necesse est iudicari. Magnificētia tua,in causis omnibus terminādis rectū semper tramitē studens tenere iustitiæ, consuluit Clementiā nostrā supra Constātinianæ legis ea parte,in qua aliquid existere uidetur ambiguū. Nā cū sanciret,ne Senatori,Præfectis Duūuiro, Flamini municipali sacerdoti prouinciæ habere liceret uxorē ancillā,ancillæ filiā: libertā,libertæ filiā,ciuē Romanā uel latinā factā: scenicam, uel scenicæ filiam: tabernariā,uel tabernarij filiā,uel lenonis aut harenarij filiam,aut eā quæ mercimonijs publice præfuit. Vetitis interdictis q; personis, adiecit etiā humilē abiectamq; personā. Ex matrimonio magnā dubitationē in iudicijs nasci tua adseruit Celsitudo, utrúmne hæc noia etiā ad pauperes ingenuas fœminas referri debeant,eas q; à matrimonio Senatorū præscriptū legis excludat. Absit aūt hoc nefas,ullis tēporibus ut credatur cuiq; dedecori data esse paupertas. Cū sæpe plurimis multum parauerint gloriæ opes modicæ,& cōtinentiæ fuerit testimoniū census angustior. Quis arbitretur inclytæ recordatiōis Constantinū,cū genialēs Senatorios thoros cōtaminata pollutarū mulierū facere prohiberet, fortunæ munera bonis naturalibus prætulisse? & diuitijs,quas uarietas casuum tam potest adimere quàm tribuere,post posuisse ingenuitatem? quæ auferri non potest, si semel nata sit. Ille uero honesti amātissimus,& morū sanctissimus,cēsor, eas humiles abiectas q; iudicauit esse personas, & matrimonijs Senatorū duxit indignas, quas aut nascendi decolor macula, aut uita probrosis quæstibus dedita,fordētibus notis polluit,& uel per originis turpitudinē, uel obscœnitate professionis infecit. Ideoq; omnē dubitationē,quæ quorundā mētibus iniecta fuerat,auferentes,manentibus,& solidissima in perpetuū firmitate durātibus cūctis his, quæ super matrimonijs Senatorū sanxit constitutio Diuæ memoriæ Constātini, humilē uel abiectā fœminā minime eam iudicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamē parētibus nata sit. Sed licere statuimus Senatoribus,

Humiles personæ quæ.

natoribus, & qbuſcunq; ampliſſimis dignitatibus prædítis, ex ingentis natas: quãuis paupes in matrimoniũ ſibi adſciſcere, nullamq; inter ingenuas ex diuitijs & opulentiore fortuna eſſe diſtantiã. Humiles uero abiectasq; perſonas eas tantũmodo mulieres eſſe cenſemus, quas enumeratas, & ſpecialiter expreſſas copulari matrimonijs Senatorum lex prædicta non paſſa eſt, hoc eſt, ancillam, ancillæ filiam: libertam, libertæ filiam: ciuem Romanam uel latinã factam, ſcenicam uel ſcenicæ filiam: tabenarij uel tabernariæ uel lenonis aut harenarij filiã, aut eam quæ mercimonijs publice præfuit. Quod quidẽ haud dubie credimus ipſum Diuæ memoriæ Conſtantinũ, in ea quã promulgauit ſanctione ſanxiſſe. Ideoq; huiuſmodi inhibuiſſe nuptias, ne Senatoribus harũ fœminarũ, quas nunc enumerauimus, non tam cõnubia quàm uitia iungerentur. Cætera etiam quæ ab inclytæ recordationis Conſtantino, uel ab alijs poſt eum Diuis Principibus, ſuper naturalibus filijs eorũq; matribus, de concubinis quoq; ingenuis, & de his quæ poſt uxoris obitum in nuptias uenerunt, quæcũq; ſacris conſtitutionibus definita ſunt, iubemus inuiolabiliter cuſtodiri. Ita tamẽ, ut promulgatas prius leges hæ quæ poſtmodũ latæ ſunt auctoritate præcedãt. Et quæcũq; ex ipſis eſt poſterior tẽpore, ſit ualidior ſanctioe. Palladi Præfecte chariſſ. Auguſtorũ. Illuſtris igitur & magnifica autoritas tua hanc Serenitatis noſtræ legẽ ppetuo in æuũ omne ualitura, Edictis ex more propoſitis, ad omniũ notitiã faciat puenire. Dat.

† Aſtorio Prid. Non. April. Conſtantinop. Aẽtio & †Studio VV. CC. COSS. Int.

Hac lege permiſſum eſt, ut exceptis uilibus infamibusq; perſonis, quas lex iſta cõmemorat, pauperes, & ſine ulla dignitate natalitũ, dũmodo honeſtas & honeſtis parẽtibus procreatas, Senatores, ſi uoluerint uxores eligendi & ducendi habeant poteſtatem. Quod et omnibus exemplo legis huius ſine dubitatione permittitur.

DE TESTAMENTIS CLERICORVM. TIT. V.

Imp. Martianus A. Palladio PF. P.

SAepe materiã ſcribẽdis ferendisq; legibus negocia inopinato exorta ſuppeditãt, & aut nouas cõſtitui ſanctiones, aut durius & aſperius latas faciunt abrogari. Aequalis enim in utroq; æquitas eſt, uel ꝓmulgare quæ iuſta ſunt, uel antiquare quæ grauia ſunt. Nuper cũ de teſtamento Clariſſimæ memoriæ Hypatiæ, quæ inter alios uirũ religioſum Anatholiũ Præſbyterũ in portione manifeſta bonorũ ſuorũ ſcripſit hæredẽ, ampliſſimo ſenatu præſente tractaret Pietas mea, & dubiũ uideretur, an uere deberẽt hæ uolũtates uiduarũ, quæ teſtamẽto ſuo aliquid his Clericis relinquũt, qui ſub prætextu religionis huiuſmodi fœminarũ domus adeũt. Cũ lex Diuæ memoriæ Valẽtiniani, et Valẽtis, & Gratiani, eccleſiaſticos, uel eos qui cõtinentiũ ſe uolũt nomine nũcupari, nihil quacũq; liberalitate uiduarũ extremo iudicio ꝓmittat adipiſci. Cõtra hæc aũt Diuæ memoriæ Valẽtiniani, Theod. & Arcad. cõſtitutio

ſtitutio legeretur. Inſpiciẽtib. & æſtimãtib. nobis latoris animũ, uiſum eſt iuſta ac rationabili pœnitẽtia priorũ cõſtitutionũ uigorẽ antiquare uo'uiſſe. Nã cũ in prima lege uiduarũ tantũmodo mentio facta ſit, in ſecũda autem tantummodo diaconiſſarum, intelligitur eam conſtitutionem, quæ uiduarum & diaconiſſarum meminit, de lege utraq; dixiſſe. Quod cum de uoluntate latoris, & de ſanctione legis nobis uideretur, uniuerſum teſtamẽtũ iuſſimus relegi atq; replicari, & cũ reptũ fuiſſet alias quoq; partes eiuſdẽ uolũtatis ita iuſte ac prudẽter inſtitutas, ut nullum de ſe meritũ neglexerit: multa ſacroſanctis Eccleſijs, multa pauperibus, multa Monachis religiõis intuitu, multa captiuorũ redẽptioni, cõmota miſerabili eorũ ſorte, cõtulerit, multa libertis ſuis †eadẽ latorũ ſibi obſeqorũ cõ † id eſt tẽplatione præſtiterit, alterã quoq; partẽ inſtitutiõis, in qua Anatholiũ preſbyterũ reliqt hæredẽ, aduertimus ordine fuiſſe diſpoſitã. Ea eñ mobilia, quæ plurimis iuſte ac pie reliqt, ꝓ hũc uoluit uniuerſa cõpleri, ut nõ ſolũ hæredis, ſed penè etiã Diſpenſatoris fungatur officio. Ideoq; huiuſmodi ꝑdictæ Clariſſimæ memoriæ Hyppatiæ uolũtatẽ, etiã in ea parte, qua Anatholiũ preſbyterũ inſtituit hæredẽ, ea autoritate firmaui. Sed ne in poſterũ, ut ex prioribus cõſtitutionib. quarũ ſupius fecimus mentiõnẽ, & quas nũc præcipio penitus abrogari, uel ex præſentis negocij dubitatiõe aliqd forte relinquatur ambiguũ, ſecuritati uel fiduciæ moriẽtiũ ꝓuidẽtes, generali ppetuoq; uictura hac lege ſancimus, ut ſiue uidua, ſiue diaconiſſa, ſeu uirgo deo dicata, uel ſanctimonialis mulier, ſiue quocunq; alio nomine religioſi honoris uel dignitatis fœmina nũcupetur, teſtamento uel codicillo ſuo, qd' tamẽ alia omni iuris ratione munitũ ſit, Eccleſiæ, uel martyrio, uel Clerico, uel Monacho, uel paupibus aliquid uel ex integro, uel ex parte in quacũq; re uel ſpecie credidit relinquendũ, id modis omnib. ratũ firmũq; cõſiſtat, ſiue hoc inſtitutiõe, ſiue ſubſtitutione, ſeu legato, aut fidei cõmiſſo per uniuerſitatem uel ſpecialiter, ſiue ſcripta, ſiue nõ ſcripta uolũtate fuerit derelictũ, omni in poſterũ de huiuſmodi negocio ambiguitate ſubmota, donationib. etiã, uel qualibet liberalitate tam uiduarũ ꝙ diaconiſſarũ, ſiue uirginũ quæ deo dicatæ ſunt, uel ſanctimonialiũ quæcunq; in Eccleſiam, uel martyriũ, uel Clericũ, uel Monachũ, uel paupes cõlata fuerint, pari robore firma eſſe præcipio. Palladi Præfecte chariſſime AA. Inluſtris igitur & magnifica autoritas tua, ea quæ generali legis huius ſanctione decreui, edictis ex more ꝓpoſitis, ad omniũ notitiã faciat puenire. Dat. † Cal. Mart, Cõſtãtinop. Anthemio cos. Int. † X. Cal.

Sanctimonialibus, uiduis, diaconiſſis, omnibuſq; religioſis matronis hac lege permittitur, ut ſeu teſtamento, ſeu fideicommiſſo, ſeu per nuncupationem, ſeu per codicillos, uel quibuslibet alijs ſcripturis, quod uoluerit, Eccleſiæ, Epiſcopis, Presbyteris, uel Diaconibus, & omnibus clericis relinquẽdi habeãt poteſtatẽ. Et ſi uoluerint hæredibus ſuis quoſcunq; poſt eorũ obitũ ſubſtituere, habeant poteſtatẽ.

LEGVM NOVELLARVM DIVI MAIORIANI A. LIBER.

TITVLI.

†cæteris

De Curialibus, & de agnatione, uel distractione prædiorum, & de †diuersis negocijs.
De Episcopali iudicio, & de cæteris negocijs, & ne quis inuitus Clericus ordinetur.

DE CVRIALIBVS, ET AGNATIONE uel distractione prædiorum, & de diuersis negocijs.

TIT. I.

Impp. Leo & Maiorianus AA. Basilio PF. P.

CVriales, seruos esse reip. ac uiscera ciuitatum nullus ignorat, quorũ cœtũ recte appellatũ minorẽ Senatũ, huc redegit iniqtas iudicũ exactorũq; plectẽda uenalitas, ut multi patrias deserentes, nataliũ splẽdore neglecto, occultas latebras, & habitationẽ eligerent iuris alieni. Illud quoq; sibi dedecoris addẽtes, ut dũ uti nolũt patrocinijs impotentũ, colonarum se ancillarũq; coniunctione polluerint. Itaq; factũ est, ut urbibus ordines deperirẽt, & prope libertatis suæ statũ nõnulli per contagionẽ cõsortij deterioris amitterẽt. Quod ne ulterius possit licere, saluberrima lege sancimus, præteritæ præsumptionis officiũ relaxantes, ut propter illos qui patrias suas aliqua munerũ cõlatione iuuerũt, ac ꝓpterea nulla ordinib. præsumptione depereũt, ubicunq; intra triginta abhinc retrò annos inuenti fuerint Curiales, cõstrictis ꝓcuratoribus, uel cõductoribus prædiorũ, dominisq; cõuentis, ad urbes quas deseruerãt, cũ uxoribus reducãtur. Quod ingratũ esse agrorũ dominis nõ oportet, cũ debuerint pœna seueriore percelli, amittãt mulieres quas inlicitis consortijs iungere quæ sierunt. A quo constituto nec domum nostræ Serenitatis excipimus, quorũ progeniẽ ita diuidendã esse cẽsemus, ut quotquot fuerint masculini sexus filij, patrẽ sequãtur: fœminis prædij dño relinquẽdis. Illa discretione seruata, ut si ex colonabus nati sint, Curiæ inserantur. Si ex ancillis editi, collegijs deputentur. Ne materni sanguinis uilitate splendor ordinum polluatur. De Collegiatis uero illa seruanda sunt, quæ præcedentium legum præcepit autoritas. Quibus illud prouisio nostræ Serenitatis adiungit, ut Collegiatis, operas patriæ alternis uicibus pro Curialium

lium dispositione præbentibus, extra territoriũ ciuitatis suæ habitare nõ liceat. Hoc de pendentibus sanxisse sufficiat. In futurum uero hæc obseruanda censemus: Vt si quis actor procuratorũe, domino nesciente susceperit Curialẽ, aut non infra annũ propriæ restituerit ciuitati, si ingenuus probatur, collegijs applicetur. Si seruus est, fustuario supplicio interficiendũ se esse cognoscat. Quod si id sciente domino, aut uolente factum esse doceatur, & non intra statuti temporis metas etiã cum ultione correctum, ipsius prædij, in quo hoc admissum fuerit, amissione multetur. Similiter si seruo suo actori procuratoriq; ullus filiam iunxerit Curialis, aut certe iunctam esse permiserit, & non intra præscriptũ temporis terminũ natalibus suis, urbiq; reddiderit, illa quidẽ Curiæ restituẽda reuocetur: quam iubemus ab intestatis parẽtibus æqũa cum cæteris lance succedere: Quia per eius quoq; progeniẽ ordo reparandus est. Ille uero si originarius erit, qui sibi frustra ac temere mariti nomen cõtra interdictũ legis indiderit, collegijs nihilominus deputetur. Si famulus seruilibus pœnis

* Filia curialis si genitalis soli amore neglecto, in alia uoluerit nubere ciuitate, quartã mox omnium facultatũ suarũ ordini conferat, à quo se alienare desiderat: illi urbi, ad quã migrauerat Curialis, sine dubitatiõe paritura. Et quoniã usquequaq; obuiandũ est corũ dolis, qui nolunt esse quod nati sunt. Quicunq; se sub nomine clericatus, seu quodã religionis obtentu Curialis uel corporatus fortasse subtraxerit, secundũ præcedentium legũ statuta, si intra diaconatus gradum locatus probatur, ad originem suã sine dilatione reuocetur. Si uero iã Diaconus, aut presbyter, aut Episcopus latæ huius legis tempore reperitur, siue adhuc obnoxius functionibus, siue munijs ꝓsolutis, nihil de patrimonio suo alienaturũ se esse cognoscat. Cui si masculini sexus prolem, seu propinquos esse cõtigerit, qui utiq; Curiæ necessitatibus obsequantur, mox medietatẽ omniũ facultatũ eis tradere non desistat, sibi ad usumfructũ sex residuas uncias retenturus. Si defuerit sexus uirilis, eadẽ in filiabus sine dubio seruaturus: si tamen Curialiũ cõnubijs copulentur. Qui si in totũ fortasse defuerint, ad ordinẽ urbis suæ prædicti patrimoniũ pertinebit. Si qua sanè huiusmodi persona originis suæ uinculis obligata, ex hijs, quos ad ordines iubemus reduci, sub diuini mysterij occasione intra ecclesiam se crediderit occulendã, eam constrictus Archidiaconus representet. Hic etiã corũ nequitia cõprimenda est, qui locum principalitatis indepti, uendunt desugas Curiales, & obnoxios corporatos. Cum eos occulta deprædatione cõcusserint, quos utiq; si honestatis memores patriæ suæ aliquid affectionis impenderent, reuocare deberent. Quod ne deinceps existiment se impune facturos, quicunq; in tam sceleratis nundinis fuerit quocunq; accusante conuictus, capitalem pœnam subibit. Prædia uel urbana, uel rustica

ruſtica, nunquam ſine interpoſitione decreti curialis alienet. Quod ne forte prouincialis iudex facile aut gratificanter indulgeat, ad eminentiũ Præfectorũ ſub relatione notitiã dirigatur. Quibus ſolis æſtimare permittimus, utrum ineluctabilis neceſſitas uenditorẽ faciat Curialẽ. Aliter contractus ſuper hijs rebus initi nõ ualebunt. In mancipio tantummodo diſtrahendo non eſt decreti quærenda ſolennitas, ſi quinq; primorũ Curiæ ſubſcriptio atq; conſenſio adiecta monſtretur: Inter quæ iuſtum eſt, ut hijs quos reduci uolumus conſulamus, ne iniurijs corporalibus affecti plerunq; iudicis commotioni ſubdantur. Vnde quoties aut culpa grauis, aut aliquod ordinis cõſtitutũ ad magnificos uiros Præfectos prætorio eſt ferendum, ut in ipſorum ſit arbitrio conſtitutum, qualiter quod admiſſum probabitur uindicetur, nunquam Curiæ à prouinciarũ rectoribus generali condemnatione multetur. Cum itaq; hoc & æquitas ſuadeat, & regula iuris antiquæ, ut noxa tantũ caput ſequatur, ne propter unius fortaſſe delictum alij diſpendijs adfligantur, ſtrenarũ, Calendarum ac puluueratici nomine à Curialibus nihil petatur. Si quis horum aliquid popoſcerit, aut etiam offerentẽ contra interdicta ſuſceperit, ſingulas libras auri per ſingulos Curiales à ſe nouerint exigendas. Nec hanc partem ducimus negligendam, in qua & ordinibus, & poſſeſſorum cõpendijs prouidetur. Itaq; prouinciali iudici non ſolum faciendarũ euectionum nulli tribuatur facultas, uerũ ne ipſe quidem, cum ad alterã pergere cœperit ciuitatem, plus quàm unã ſibi angariam, & duos parauere dos, alteramq; angariam officio ſuo, & parauere dos duos liceat poſtulare. Si quiſquã amplius æſtimauerit præſumendum, octo equos conſtrictus exoluat, publicis mox mutationibus adgregandos. Compulſor tributi nihil amplius à Curiali nouerit exigendum, quàm quod ipſe à poſſeſſore ſuſceperit. Qui ad hoc tantummodo perurgẽdus eſt: pariter exigat ut & publicum debitorẽ oſtendat atq; conuincat. Præterea nullus ſolidũ integri ponderis calumnioſæ improbationis obtentu recuſet exactor,
Gallicus ſolidus. excepto eo gallico, cuius aurũ minore æſtimatione taxatur. Omnis concuſſionum remoueatur occaſio, nihil mutato nomine poſtuletur, ita ut quiſquis hoc poſt hæc uſurpandum eſſe crediderit, ſiue prætoriani ſit miles officij, ſeu Palatinus, uel ſacri ærarij, uel priuati, ſeu profeſſionẽ negociationis exercens, fuſtiariæ ſubditus pœnæ, ſeruilibus ſupplicijs peritum ſe eſſe cognoſcat. Illis quoq; fraudibus obuiandum eſt, quas in uarietate ponderũ exactorum callidĩtas facere conſueuit. qui uetuſtis caligi nibus abutentes, Fauſtinæ, aliorumq; numinũ neſcientibus faciant mentionem. Quibus penitus amotis, atq; in perpetuũ hac lege damnatis, à prætoriana ſede ad ſingulas non ſolum prouincias, ſed etiã ciuitates pondera

dera examinata mittantur: quibus tam omnis exactor quàm negociator utatur, capitale ſibi ſciens unuſquiſq; ſuppliciũ, ſi conſtituta tranſcenderit. Inter hæc etiam Officiorum pro laborum merito non eſt cõmoditas negligẽda. Et quia per Rectores prouinciarum exigi omnem canonem, *Canon.* tam ad arcam præfecturæ pertinentẽ, q̃ ſacris uel priuatis largitionibus inferendum decet, binos per iugum, uel millenos ſolidos remunerationibus deputatus compelli debere præcipimus, poſſeſſori non putamus oneroſum, quem à multis moleſtijs & ſportularum, & numeroſis mutaturæ diſpendijs liberamus, ſi ſemiſſem ſolidi p iuga ſingula, ſeu ſingulas millenas amplius iubeamus inferri, qui pro ordinatione noſtra inter diuerſa officia diuidatur. Ita ergo prædicta ſumma inter cõpulſores, ut diximus, partiẽda eſt, ut Palatinus ſiliquã mediã, pro ſiliquatico ſolidi remunerationis binorum ſolidorum, exactor ſiliquam: quatuor autẽ ſiliquas tam curialis quàm officium prouinciale percipiat: officium ſanè præfectorum ſex ſemiſiliquas conſequatur. Quiſquis ultra aliquid aut exigendũ, aut accipiendũ eſſe crediderit, ſubditus uerberibus, & cingulo priuabitur, & facultatibus exuetur. Illud quoq; onus à ciuitatibus, uel præcipue curiarum ordinibus ac negociatoribus ſubmouendum eſt, quibus non parua diſpendia prouinciarum iudicum infligit aduentus, ut eos in ocio plerunque reſidentes, delicijs exquiſitis alere, quaſi quadam lege cogantur. Contra quam iniquitatem remedium prouidentes, hac euidẽti præceptione decernimus, ut Rectori prouinciæ totius anni tempore non plus quàm triduo una ciuitas alimoniam ſubminiſtret. Aut ſi diutius uoluerit commorari, de proprio ſibi ſciat eſſe uiuendum. Seu ne uaga interpretatio eorum, quæ pro humanitate præbenda ſunt, nihilominus prædictos fatiget, quid inferri diuturnũ debeat eminentiſſimæ præfecturæ pandetur edicto, quod inſtar noſtri uolumus eſſe præcepti. Hac conditione ſociata, ut ſi ſupra hunc modum quicquam à curialibus ſeu negociatoribus iudex putauerit poſtulandum, aut ſub nomine oblationis *Oblatio.* acceperit, quod magis extorſiſſe credendum eſt, mox adminiſtratione depulſus, priuilegio dignitatis amiſſo, proſcriptione feriatur. Baſili Præfecte chariſſ. AA. Inluſtris ſanè & præcelſa magnificentia tua omnium prouinciarum Rectores ſuis autoritatibus admonebit, ut principales uel ſeniores urbium ſingularum, tam curiarum, quàm reliquorũ corporum albos, quos conſcripſit uetuſtas, proferre compellat, obnoxiorum familias ſub confectione geſtorum capitis ſui periculo detegentes, ita ut quæ ſtatuta ſunt edictis propoſitis in cunctorum notitiam perferãtur. Dat. VIII. Id. Nouemb. Rau. Leone & Maioriano AA. COSS.

Interpretatio.

Lex hæc Maioriani de Curialibus, quæ custodienda sint euidenti obseruatione constituit, ut infra triginta tantũmodo annos, sicut lex de omnibus dudũ lata testatur, ad ordinẽ suum quẽ deseruerint Curiales debeant reuocari. Nam de Collegiatis illa specialiter custodiri cõfirmat, quæ lex in Theodosiani codicis corpore scripta declarat. Itaq; præcepit, ut si Curialẽ cuiuscunq; possessionis actor domino nesciente susceperit, & nõ transacto anno ad ciuitatẽ Curiæ, cui debetur fecerit reuocari, si ingenuus fuerit is ipse actor, in collegio deputeẽ. Si seruus, fustibus uerberetur. Nam si cũ conscientia domini Curialẽ ultra anni spatium tenere præsumpserit, & non ordini suo, sicut dictũ est, post annum sine mora reddiderit, nouerit ipsum prædiũ, in quo inuentus fuerit Curialis, se dominus prædij perditurũ. Filia uero Curialis, si aut seruo, aut actori, aut procuratori sese cõiunxerit, aut dominus agri iunctam esse permiserit, & non post anni spatiũ Curiæ fuerit restituta, illa quidẽ continuo parẽtibus Curialibus in hæreditate successura reddatur: quia per eam si se Curiali iunxerit, ordo poterit reparari. Ille uero cuius contubernio Curialis filia fuerit maculata, si colonus est, Collegio deputeẽ: Si uero seruus fuerit, inter tormẽta deficiat. Filia uero Curialis, si ciuitatis suæ curialẽ accipere noluerit maritũ, & suã deserens, ad aliã se contulerit ciuitatẽ, quartã portionis ordini Curiæ suæ, quẽ despexit, & aliam de facultatibus suis cogat inferre. Ad illã ciuitatẽ sine dubio, in quã se trãstulit, curialis filia, si curialẽ maritum acceperit, sine dubio paritura. Si aũt Curialis uel corporatus, nolentes esse quod nati sunt, Clerici esse uoluerint, & in quocunq; officio ante diaconatũ fuerint cõstituti, ad originis suæ officiũ sine dilatione aliqua reuocẽtur. Si uero iam Diaconus, aut Presbyter, aut certe Episcopus fuerit ordinatus, siue munia soluerit, siue nõ soluerit, de patrimonio suo nihil alienare præsumat. Qui si masculini sexus filios uel propinquos habuerit, quibus tantũ personis Curiæ necessitas ut obseruari possit imponit, illis statim medietatẽ de facultatibus suis dare nõ differat, medietatẽ sibi ad usumfructũ retineat. Quod si aut filios aut propinquos uirilis duntaxat sexus nõ habuerit, sed filias habebit, quas lex à necessitate publica facit alienas, tunc eis sex uncias bonorũ suorũ tradat. Si tamẽ Curiales maritos acceperint, per quos & necessitas publica possit impleri, & ex quibus nati Curiales merito appellentur. Quod si Curialibus nõ fuerint copulatæ, Curialis prædicti patrimoniũ ad ciuitatis suæ ordinẽ pertinebit. Si quis uero de his, quos superius diximus sine excusatiõe honoris debere ad suũ ordinẽ uel originẽ reuocari, ad Ecclesiæ septa cõfugerit, Archidiaconus teneatur, ut eũ debeat præsentare. Sanè si quis Curialem latentẽ sub aliqua cõmodi intercessione uendiderit, qui eum magis debuit reuocare, nouerit se capitali supplicio puniendũ. Iubentur etiam Curiales, ut prædia urbana uel rustica sine decreti interpositione nõ uendant, nisi testatibus referat: quia uendendi arcta necessitas imminet Curiali. Mancipia aũt distrahendi sine decreto habeat liberã potestatẽ, dũmodo quinq; priores Curiæ testes in ea uenditione subscribant. Nã & hoc Curialibus uoluit esse consultũ, ne aut hij, qui reuocantur ad Curiã, aut illi qui in graui culpa tenentur obnoxij, tam facile tormẽta sustineãt, nisi ad testatẽ dignissimã sub fideiussionis uinculo dirigantur, ut ipse de eorum factis possit ferre sententiã, nec ut ordo Curiæ pro unius culpa multã excipiat, nisi tantũ is qui probaẽ obnoxius. Nam nec in his rebus, unde aliqua iudicia persportulum conferunt, Curiã præcepit sentire dispẽdia. Reliqua uero pars legis interpretata nõ est, qa hæc quæ cõtinet, usu carẽt, & certe ad intelligendũ nõ habeẽ obscura.

DE EPISCOPALI IVDICIO, ET DE CAETERIS NEGOCIIS, ET NE QVIS INVITVS CLERICVS ORDINETVR. TIT. II.

Impp.

Impp. Leo & Maiorianus AA. Ricimero uiro inlustri, Comiti & magistro utriusq; militiæ, atq; Patritio,

DE re necessaria ad locum ad suscipiendum Clericatus officium unicuiq; nos optionem dedisse, non legem. Quia quãlibet sanctum onus ut uolentibus patimur imponi, ita ab inuitis iubemus arceri. Nonnullorum enim persuasio sacerdotum reluctantibus onus istud imponit, ut improbitas mentis uiolentiæ intercedentis offensa ad odium piæ religionis instituat. Eò ergo licentiã huius præsumptionis excludimus, ut si quispiam probatus fuerit ui coactus, sub contumelia publica clericatus officijs successisse, spontaneis accusatoribus, uel si ipse uoluerit allegare perpessam licentiam, commodemus apud iudices competentes huiusmodi admissa damnare: ut si inter leges obiecta constiterint, decẽ libras auri Archidiaconus cogatur inferre ei qui pertulerit ex solido: dehinc si ille desistit, accusatoris cẽsibus, & ciuitatis ordini profuturas. Illo suæ reddito uoluntati, qui coactus non potuit consecrari. Et quia ab huiusmodi ausu † auertendo nec Episcopum esse conuenit alienum, ad Apostolicæ sedis deuocetur Antistitẽ. In illa reuerendissima sede notam illicitæ præsumptionis incurrat. Sanè quia non iniusta suspitio est, huic operi parẽtum colludia plerunq; misceri, dũ liberis alijs amore nimio gratificãtur, & alios iniusta sententia persequuntur. Atqui patres ac matres si comprobati fuerint inuitos filios præfato oneri subdidisse, bonorũ suorũ tertiam iubemus adfligi, ipsius filij censibus profuturam. Si qui sanè Episcopus inuitus fuerit ordinatus, hãc consecrationem nulla uiolari accusatione permittimus. Illud quoq; nobis eodem suspectu religionis occurrit, ut hominem qui ad ecclesiæ profugia recurrit, quicũq; temerator aut sacris altaribus cogatur euertere, aut pro eo inhumana dispendia sustinere ex abundantia ut multo minus pœnæ obnoxios quoque foribus sanctis ad mortem uel cruciatum cogatur eijcere, cum reis instituta hæc consuuerint esse profugia. Quod si quis statuti nostri temerator emerserit, aut homines intra ecclesias constitutos ad pœnam nõ reprehendit adducere, capitali supplicio subiacebit. Dat. v. Cal. April. Arelato, Magno & Apollonio COSS.

† à uerecũdia

Interpretatio.

Hæc lex adeo ad integrum scripta nõ est, quia iam quæ de diuersis negotijs loquitur, in reliquis legibus euidenti interpretatione habentur expressa. Sed hoc amplius habet, quod ad locũ scribi fecimus de his, qui inuiti Clerici ordinantur quod per se sine interpretatione intelligi potest.

NOVELLARVM DI

VI SEVERI AVGVSTI.

DE ABROGATIS CAPITIBVS INIVSTIS legis Diui Maioriani A. Ad locum.

Impp. Leo & Seuerus AA. Basilio PF. P. & Patritio.



Llud tãtũ ex eadẽ lege retinẽtes, qd̃ ueterũ legũ cõmẽdat autoritas. Scilicet ut post uiri obitũ qd̃ sponsalitia largitate in usumfructũ tãtũ mater habeat à filijs alienare nõ possit, siue in alienas nuptias uenerit, siue non uenerit. Et ut omnib. ex eodẽ matrimonio filijs ex æquo cõmunia in unũ aut alteru matri cõferre liceat. Nã qd est aliud à filijs alienare, si hoc non est, cũ ꝑples numerosa cõtigerit, ꝑtermissis cæteris, uni uel alij parua uelle intẽtiõe largiri. Sint sanè matres, si ita libuerit, ꝑ impẽsis obsequijs in filiorũ electione liberales, usumfructũ suũ cũ uoluerit largiãtur, ꝑprietatis cõmoda cũctis pariter filijs deputata nõ minuãt. In illa tamẽ ꝑte matrib. salua filiorũ utilitate cõsulemus, ne eas necessitas dandæ fideiussionis adstringat. Quia & factu difficile est, & super hoc filijs abunde, uel prioribus cõstitutis, uel præsenti lege ꝑspicitur, qbus & alienatorũ uindicatio cõpetit, & ex maternis bonis perditarũ redintegratio facultatũ. Basili Præfecte charissime AA. Constitutionis oraculum edictorum faciet solennitate proponi, ut legis asperitas, quæ ad amplitudinem tuam primæ præfecturæ administratione data est, per te correcta atq; emendata uulgetur. Dat. x. Cal. Mart. Rom. Basilio v. c. cos. Interpret.

Hæc lex imperatorum Leonis & Seueri, ea quæ Maioriani lex de diuersis rebus, quas ipsa testatur obseruãda esse præceperat, specialiter uacuauit, & id tantũ quod rationabile & pristinis legibus congruum fuit, credidit reseruandũ, quod ipse sua constitutione confirmat, dicens: Illud tamen ex eadem lege retinẽtes, quod ueterũ legum confirmat autoritas, itaq; ut post uiri obitum relicta uxor usumfructũ tantũ sponsalitiæ donationis habeat, & nihil exinde alienare præsumat, siue alias ad nuptias uenerit, seu certe nõ uenerit, neq; alijs nisi tantum omnibus filijs suis ex eodẽ patre genitis, cuius donatione hæc ipsa sponsalitia largitas æqualiter dimittetur. Nec liceat matri cui uoluerit de filijs aliquid exinde amplius pro sua uoluntate donare. Sanè de usufructu suo quod ei lege concessum est, donandi cui uoluerit liberam habeat potestatem. Nam ea quæ omnibus tantum filijs æqualiter iussa est seruare, nec minuat, nec inter filios pro suo arbitrio diuidere ulla ratione præsumat. Hoc tamẽ matribus hac lege præstatur, ut salua filiorũ utilitate, fideiussores pro retinenda hac ipsa sponsalitia donatione dare non debeant. Quia talis petitio grauis est, & sufficit filijs, quod uel hac lege, uel prioribus statutis constat esse prospectũ, ut etiamsi matres eorum secundo nupserint, eorum maritorum facultates loco pignoris obligentur: Et si quid ipsæ matres exinde præsumpserint de facultatibus earum illata sibi filij damna resartiant.

CAII INSTITVTIO

NVM LIBER PRIOR, DE PERSONIS.

TITVLI LIBRI PRIORIS.

De statu hominum.
De numero seruorum testamento manumittendorum.
De iure personarum.
De matrimonijs.
De adoptionibus.
Quibus modis filij exeant è potestate patris.
De tutelis.
De † curatione.

† Curatoribus

DE STATV HOMINVM. TIT. I.



Mnes homines aut liberi sunt, aut serui: Sed ex ipsis qui liberi sunt, alij sunt ingenui, alij libertini. Ingenui, qui ingenui nati sunt. Libertini, qui iusta seruitute manumissi, liberi fiunt. Ingenuorum omniũ unus status est. Libertorum uero ideo non unus est, quia tria sunt genera † libertorũ: Quia liberti aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut Dedititij: Tamen qui ciues Romani sint, qui Latini, breuiter explanandum est. Ciues Romani sunt, qui hijs tribus modis, id est, testamento, aut in ecclesia, aut ante Consulem fuerint manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione manumittũtur. Dedititij uero sunt, qui post admissa crimina supplicijs subditi, & publice pro criminibus cæsi sunt: aut in quorum facie uel corpore quæcunq; indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa sunt, ut deleri non possint: Hij si manumissi fuerint, Dedititij appellantur. Sed inter hæc tria genera † libertatum ideo ciues Romani meliorem statum habent: Quia & testamenta facere, & ex testamẽto quibuscunq; personis succedere possunt: Nam & Latini, & Dedititij nec testamenta condere, nec sibi ex testamento aliorum aliquid dimissum possunt ullatenus uindicare: Tamen Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanorum Libertorum consequi possunt. Dedititij uero nulla ratione possunt ad ciuium Romanorũ Libertorum † beneficium peruenire. Nam Latini patronorũ beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in ecclesia, aut ante Consulem manumittantur, ciuium Romanorum priuilegia cõsequuntur. Non tamen omnes domini seruos suos manumittere

† libertatum

† libertorum

† ordinis beneficio

possunt. Nam si aliqui multa debita habeant, cuius substantia à creditoribus teneatur obnoxia, si in fraudē creditoris sui seruos suos manumittere uoluerint, collata manumissio non ualet. Aut si libertus ciuis Romanus filios liberos non habuerit, & in fraudem patroni sui seruos suos manumittat, similiter data manumissio non ualebit. Præterea minor quicunque uiginti annorum dominus, seruo suo libertatem dare non potest, nisi forte tantū minor manumissor, cui pater suus & mater à patrono donati sunt, eosdem manumittat, aut certe pædagogum, aut conlactaneum manumittat. Nam quamlibet dominus, id est quatuordecim annos egressus, testamentum facere possit, & hæredem instituere, & legata relinquere, libertatem tamen seruis non potest in hac ætate cōferre.

DE NVMERO SERVORVM TESTAMENTO MANVMITTENDORVM. TIT. II.

CONstitutum est, quantum seruorum numerum testamento, de quanta familia liceat manumitti, hoc ordine: Vt si quis duos seruos habet, ambos manumittere possit. Qui uero tres, duos
† Qui testamento manumittat. † Si quatuor, similiter duos. Qui sex, tres. Qui octo, quatuor. Qui decem, quinque. Qui undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, decem & quinque, decem & sex, decem & septem: similiter quinque. Qui decem & octo, sex. Et ab hoc numero usque ad triginta, tertiam partem manumittere liceat. Qui amplius quàm triginta habuerit, usque ad centum, quartam partem de numero seruorum manumittere potest. Qui uero plures quam centum habuerit, quintam partem manumittere potest. Sed & hoc statutum est, ut de quamlibet grandi familia, nulli amplius, quàm centum testamento manumittere liceat. Nam qui uoluerit aut in Ecclesia, aut ante Consulem, aut inter amicos, aut per epistolam manumittere, potest his manumissionibus omnem familiam iugo seruitutis absoluere. Nam si aliquis testamento plures manumittere uoluerit, quàm continet numerus suprascriptus, ordo seruandus est: Vt illis tantum libertas ualeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa. Qui uero postea supra constitutum
† decretum numerum manumissi leguntur, integre in seruitute eos † certum est permanere. Quod si non nominatim serui, uel ancillæ in testamento
† uel manumittantur, sed confuse omnes seruos suos, † & ancillas is qui testamentum facit, liberos facere uoluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in seruili conditione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt. Nam & si ita in testamento seruorū manu-

manumissio adscripta fuerit, id est, in circulo, ut qui † prior, qui posterior nominatus sit possit agnosci, nulli ex his libertatem ualere manifestū est, si agnosci nō potest qui prior qui posterior manumissus fuerit. Nā si aliquis in ægritudine cōstitutus, in fraudē huius legis facere uoluerit testamentum, sed epistolis, aut quibuscunque alijs rebus seruis suis pluribus quàm per testamentum licet, conferre uoluerit libertates, & sub tempore mortis hoc fecerit, hij qui prius manumissi fuerunt, usque ad numerum superius † constitutum, liberi erunt. Qui uero post statutum numerum manumissi fuerint, serui sine dubio permanebunt: Nam si in colonijs quoscunque diuerso tempore manumisit, inter eos qui per testamentū manumissi sunt nullatenus computentur. † primus † cōprehensū

DE IVRE PERSONARVM. TIT. III.

ALiquæ personæ sui iuris sunt, aliquæ alieno iuri subiectæ sunt. Itaque cum ostenditur quæ personæ alieno iuri subiectæ sint, tunc euidenter agnoscitur quæ sui iuris sint. In potestate itaq; dominorū sunt serui, quā potestatē omnes gentes habere certū est: sed si distringendi in seruos dominis pro sua potestate permittitur, occidendi † tantū seruos suos domini licentiā non habebūt: Nisi forte seruus † tamen dum pro culpæ modo cæditur, casu forsitan moriatur. Nam si seruus dignū morte crimē admiserit, † his iudicibus, quibus publici officij potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine publice puniatur. † is In potestate etiam patrum sunt filij, ex legitimo matrimonio procreati.

DE MATRIMONIIS. TIT. IIII.

LEgitimæ sunt nuptiæ, si Romanus Romanam nuptijs interuenientibus, uel consensu ducat uxorem. Sed non omnes personas uxores ducere licet: quia nec patri filiam, nec filio matrem, nec auo neptem, nec nepoti auiam. Quod non solum de personis, quæ nobis propinquitate coniunctæ sunt, sed etiam de adoptiuis, hoc est adfinitatis iussum est obseruari. Nam si per emancipationem adoptio dissoluatur, nuptias tamen inter has personas semper constat illicitas. Inter fratrē quoq; & sororē, siue eodē patre ac matre nati fuerint, siue diuersis matribus aut patribus matrimonia esse non possunt. Inter adoptiuos etiā fratres illicita sunt coniugia, nisi forte adoptio emancipatione fuerit dissoluta: Nam si emancipatio interuenerit, nuptiæ inter huiusmodi fratres licitò contrahuntur. Fratris quoq; & sororis filiam uxorem ducere non licet: Sororem quoque patris ac matris uxores accipere non licet: Genero quoq; socrum suam: nec socero nurum uxorem accipere licet, neque uitrico priuignam, neque priuigno nouercam: Fratres etiam amitinos

uel cõsobrinos in matrimonio iungi nulla ratione permittitur. Sed nec uni uiro duas sorores uxores habere: nec mulieri duobus fratribus iungi permittitur: quia siquis incestas uel nefarias, id est, quæ sunt superius comprehensæ, nuptias inierit, nec uxorem habere uidetur, nec filios. † matrem Nam hĩ qui ex huiusmodi conceptione nati fuerint, licet uxorem uideantur habere, patrem uero nullatenus habere censentur, & tanquam Spurij. si de adulterio concepti fuerint computãtur: qui Spurĩ appellantur, hoc est, sine patre filĩ. Regula iuris hoc continet, ut qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant: Qui uero non de legitimo matrimonio concipiuntur, statum sumant eo tempore quo nascentur. Ac proinde legitima coniunctione conceptus, etiãsi mater eius statũmutet, id est, si ancilla fiat, ille qui legitime cõceptus est, ingenuus nascitur: Nã q nõ legitimo matrimonio cõcipitur, si mater eius ex ancilla dũ prægnãs est, libera facta fuerit, liber nascetur: Si uero ex ingenua ancilla prægnãs facta fuerit, seruus nascetur: qa nõ legitime, sed uulgo cõceptus est.

DE ADOPTIONIBVS. TIT. V.

Arrogatio. ADoptio naturæ similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non genera uit. Et ipsa adoptio duobus modis fit: Vna quæ arrogatio dicitur: alia, quæ adoptio. Arrogatio est, quãdo aliquis patrem non habens adoptatur, & ipse se in potestatẽ adoptiui patris dat. Et ideo arrogatio dicitur, quia & ille qui adoptat interrogatur, utrũ illum quẽ adoptat filiũ habere uelit: & ille qui adoptatur, interrogatur, utrum id fieri uelit. Illa uero alia adoptio est, ubi quis patrem habens, ab alio patre adoptatur: Et ita ille qui adoptatur, de certi patris potestate discedit, & in adoptiui patris incipit esse potestate. Nam † patribus & fœminæ adoptari possunt, ut loco filiarũ adoptiuis † fratribus habeantur: fœminæ uero adoptare non possunt, quia nec filios ex se natos in potestate habent. Spadones autẽ qui generare non possunt, adoptare possunt. Et licet filios generare nõ possint, quos adoptauerũt filios habere tamẽ possunt. Si qs uero filios habens se dederit adoptandũ, non solũ ipse in patris adoptiui potestatẽ redigitur, sed & filĩ eius, si tamẽ auũ paternũ nõ habuerint, in adoptiui patris transeunt potestatẽ, tanq̃ nepotes.

QVIBVS MODIS FILII EXEVNT DE POTESTATE PATRIS. TIT. VI.

† si ILiĩ, † qui in potestate patris sunt, mortuo patre sui iuris fiunt. Sed si hic filius, qui morte patris sui iuris effectus est, filios habeat, qui in eius post patris sui obitũ erũt filĩ potestate: Nam si pater moriatur, & auus paternus uiuat, nepos ex filio sui iuris esse nõ potest, quia in aui remanet potestate, qui auo mortuo sui iuris efficiũtur. Itẽ si moriatur pater, & relinquat filiũ emancipatũ, & ex eodẽ filio emãcipato nepotes,

to nepotes, tunc nepotes liberi & sui iuris erũt, & in patris emãcipati potestatẽ nõ ueniũt. Itẽ de potestate patris exeũt filĩ, si pater eorũ in exiliũ missus fuerit: quia nõ potest filiũ ciuem Romanũ in potestate habere homo peregrinæ cõditionis effectus. Itẽ filius si uiuo patre in exiliũ missus fuerit, in potestate patris ciuis Ro. esse non potest, quia similiter peregrinæ cõditionis factus esse agnoscitur. Itẽ si ab hostib. pater captus sit, in potestatec̃p diu apud hostes fuerit filios nõ habebit. † Sed si de captiuita te euaserit, iure postliminĩ omnẽ, sicuti in alijs reb. ita & filios recipit in potestatẽ. Si uero pater, qui ab hostibus captus est, in captiuitate moriatur, ab eo tẽpore, quo ab hostib. captus est, filĩ sui iuris effecti intelligũtur. Itẽ per emãcipationẽ filĩ sui iuris efficiũtur. Sed filius masculus trib. emancipationib. de potestate patris exit, et sui iuris efficitur. Emãcipatio autẽ, hoc est manus traditio, quædã similitudo uẽditionis est: quia & in emancipationibus præter illũ, hoc est certũ patrẽ, alius pater adhibetur, q fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filiũ suũ fiduciario patri mãcipat, hoc est manu tradit, quo fiduciario patre naturalis pater unũ aut duos nũmos, quasi in similitudinẽ pretij accipit, & iterũ eum acceptis nũmis fiduciario patri tradit. Hoc secũdo et tertio fit, cũ fiduciario patri mãcipat ac tradit. Et sic de patris potestate exit. Quæ tamẽ emãcipatio solebat ante Præsidẽ fieri, modo ante Curiã facienda est, ubi quinq̃ testes ciues Ro. in præsenti erũt, & pro illo qui Libripẽs appellatur, id est staterã tenens, & qui Antestatus appellatur alĩ duo, ut septem testiũ numerus impleatur. Tamẽ cũ tertio mancipatus fuerit filius à patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet naturalis pater, ut ei à fiduciario patre mancipetur, & à naturali patre manumittatur: ut si filius ille mortuus fuerit, ei in hæreditate naturalis pater, nõ fiduciarius succedat. Fœminæ, uel nepotes masculi ex filio, una emãcipatione de patris uel aui exeunt potestate, & sui iuris efficiũtur. Et hĩ ipsi quãlibet una emãcipatione de patris uel aui potestate exeũt, nisi à patre remãcipati fuerint, & à naturali patre manumissi, succedere eis naturalis pater nõ potest, nisi fiduciarius à quo manumissi sunt: Nã si remãcipatũ sibi naturalis pater uel auus manumiserit, ipse eis in hæreditate succedit. Q d si habeat quis filiũ, & ex eo nepotes, & uoluerit filiũ emancipare, & nepotes in sua potestate retinere, in arbitrio eius est, ut si uoluerit nepotes emancipare, & filium in sua potestate retinere, hoc ei pro iuris ordine licere manifestum est. Quod non solum de nepotibus, sed & de pronepotibus similiter facere potuit.

DE TVTELIS. TIT. VII.

TVtores aut legitimi sunt, aut testamentarij. Legitimi sunt, qui pupillo per uirilem sexum propinquitate coniunguntur: & qui proximior fuerit de agnatis, ad ipsum legitima tutela per

tinet: Quia is qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hæreditatẽ. Testamentarij sunt, quos patres aut aui paterni in testamento suo tutores filijs, aut nepotibus delegauerint. Quod si nec testamẽtarius tutor fuerit nec legitimus, tunc ingsitione Iudicis pupillis tutores dãtur.

† curatione

DE †CVRATORIBVS. TIT. VIII.

PEeractis pupillaribus annis, quib. Tutores absoluũtur, ad Curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores ætate, maiores euersores, insani. Hij qui minores sunt, usque ad uiginti & quinque annos completos sub curatore sunt. Qui uero euersores, aut insani sunt, omni tempore uitæ suæ sub curatore esse iubentur: quia substanti am suam rationabiliter gubernare nõ possunt.

TITVLI LIBRI POSTERIORIS.

De rerum diuisione.
De testamentis.
De exhæredatione liberorum.
De substitutionibus, & faciendis secundis tabulis.
De legatis.
De lege Falcidia.
De fideicommissis.
De intestatorum † hæredibus.
De obligationibus.
Quibus modis obligatio tollatur.

† hæreditatibus

CAII INSTITVTIONVM LIBER POSTERIOR,

DE REBVS.

Caius superiore commentario de iure personarum aliqua disputauit, nunc in hoc cõmentario de rebus iterum tractat.

DE RERVM DIVISIONE. TIT. I.

OMnes itaq; res aut nostri iuris sunt, aut diuini, aut publici. Nostri iuris sunt, quæ in proprietate nostra esse noscũtur. Diuini iuris sunt ecclesiæ, id est tẽpla dei, ac patrimonia, ac substantia, quæ ad ecclesiastica iura pertinent. Publici iuris sunt, muri, fora, portæ, theatra, circus, arena, quæ antiqtus sancta appellauerũt, pro eo qd exinde tolli aliqd aut cõtingi

tingi nõ liceret: sed hæc oĩa in nullius bonis esse uidentur, ideo publici iuris esse dicuntur. Sed & res hæreditariæ anteq; aliquis hæres existat, id est quando dubitatur, utrũ scriptus, aut legitimus hæres succedere debeat, in nullius bonis esse uidentur. Præterea quædam res corporales sunt, quædam incorporales. Corporales sunt, quæ manu tangi possunt, uelut ager, mancipium, uestis, aurum, argentum, & hijs similia. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: Qualia sunt ea quæ non in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hæreditas, & obligationes de diuersis contractibus scriptæ. Et licet hæreditas, uel emptio, aut diuersi contractus res corporales in se habeant, ius tamen ipsius hæreditatis uel emptionis, aliorumq; contractuum incorporale est. Incorporalia etiam sunt iura prædiorum urbanorum uel rusticorum. Prædiorum urbanorum iura sunt, stillicidia, fenestræ, cloacæ, altius erigendæ domus, aut non erigẽdæ, † & luminum, ut ita quis fabricet, ut uicinæ domui lumen non tollat. Prædiorum uero rusticorum iura sunt, uia uel iter, per quod pecus aut animalia debent ambulare, uel ad aquam duci, & aquæductus, quæ similiter incorporalia sunt. Hæc iura tamen rusticorum prædiorum Seruitutes appellantur. Item regulariter constitutum est, ut superposita inferioribus cedant: Vt si quis in † solo nostro, sine nostro permissu domum ædificauerit, ad eum cuius terra est domus ædificata pertineat. Vel si aliquis in agro nostro arbores, aut uineas, uel plantas quascunque posuerit, similiter superficij solo cedat. Vel si messem in cãpo seminauerit, omnia hæc, quæ in terrã alienã iactantur, domino terræ acquiruntur. Quod † de chartis & pergamenis, si in † & alienis scribat licet aureis † uel argenteis literis, similiter eius est scriptura, cuius charta aut pergamena fuerit. Quod & de tabellis, hoc est, si aliquis in tabella mea picturam fecerit, obseruetur: Quia statutum est, ut tabulæ pictura cedat. Quod si quis ex uuis meis uinum, aut spicis frumentum, aut ex oliuis oleum fecerit, eius uinum, triticum, uel oleum est, cuius spicæ, aut uuæ, aut oliuæ fuerint. Si quis etiam ex tabulis alienis nauem aut armarium, aut quodcunque ad usum pertinens, fecerit, simili ratione eius erunt quæ facta fuerint, de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam, si ex lana uel lino uestimenta fecerit, eius erunt uestimenta, cuius lana uel linum fuisse probabitur. Similiter etiam, si hijs omnibus superius comprehensis, quicunque in terra aliena aliquid posuerit, aut ædificauerit, aut horum quæ dicta sunt aliquid fecerit, illis qui aliena præsumpserunt hoc competit, ut expensas uel impendia, quæ in hijs fecerint, a dominis, qui rem factam uindicant, recipere possint. Acquiritur autem nobis non solum per nosmet-

Iura prædiorum.
† aut
Seruitutes.
† loco
† aut

nosmetipsos, sed & per eos qui in potestate nostra sunt, sicut filij uel seruui: † Ita, ut quicquid hijs à qualibet persona donatũ uel uenditum fuerit,
† quia aut hæredes fuerint instituti, † idem parẽtibus & dominis sine aliqua du
† id bitatione conquiritur: præter eos filios, quibus per leges castrense peculium habere permissum est. Hij uero serui, qui in usufructu nostro, & in proprietate alterius sunt, hoc tantũ usufructuario acquirere possunt, quod opere aut manibus suis fecerint, aut de mercedibus operis sui acceperint: Nam si eis aut hæreditas, aut legatũ dimittatur, aut donationis aliquid conferatur, hoc proprietario domino, nõ usufructuario acquritur.

DE TESTAMENTIS. TIT. II.

PEr uniuersitatem, hoc est, omnia simul bona acquirimus hæreditate, emptione, adoptione: quia is quem adoptauerimus, si sine patre est, cũ omnibus bonis suis ad nos transit. Id quoq; institutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum. Sicut hij
† sed sunt, qui sui iuris non sunt, † & alieno iuri subiecti sunt, hoc est, filij tam ex nobis nati, quàm adoptiui. Item testamenta facere non possunt impuberes, id est, minores XIIII. annorum, aut puellæ XII. Item & hij qui furiosi, id est mente insani fuerint, nõ possunt facere testamẽta. Sed hij qui insani sunt, si interualla ipsius insaniæ habent, per interualla quibus sani sunt, possunt facere testamenta.

DE EXHAEREDATIONE LIBERORVM. TIT. III.

IS qui filiũ suum in potestate habet, curam agere debet, ut testamentum faciens, masculum filium aut nominatim hæredem instituat, aut nominatim exhæredet: Nam si masculum filium in testamento præterierit, non ualet testamentum: Si uero filiam præterierit, non rumpit testamentum filia prætermissa, sed inter fratres suos, legitimo stante testamento, suam sicut alij fratres consequitur portionem. Si uero testamento extranei hæredes scripti fuerint, stante testamento filia medietatem hæreditatis acquirit. Nam si facto testamento, in quo filius masculus prætermissus est, euenerit, ut uiuẽte adhuc patre filius qui prætermissus est moriatur, sic quoq;, quamlibet filius ille mortuus fuerit, testamentum quod factum est non ualebit. Posthumorum autẽ duo genera sunt: Quia Posthumi appellantur hij, qui post patris mortem de uxore nati fuerint: & illi qui post testamentum factum nascuntur. Et ideo nisi is qui testamentum facit, in ipso testamento comprehenderit: Quicunq; filius aut filia mihi natus, nataue fuerit, hæres mihi sit: aut certe dicat: exhæres sit, ualere eius non potest testamentum: Quia sicut superius

perius iam dictum est, legitime concepti pro natis habeatur, nisi quod melior conditio est Posthumæ quàm natæ. Quia nata si prætermissa fuerit, non rumpit testamentum, Posthuma uero, sicut masculus, testamentũ rumpit. Si quis post factum testamentum adoptauerit apud populum illum, qui sui iuris est, hoc est, qui patrem non habet, aut apud Prætorẽ, illum adoptauerit, qui in potestate patris est, quasi ei filius natus sit, ita eius rumpitur testamentum: Posteriore quoq; testamento, quod iure factum est, id quod iure factum ante fuerat, rumpitur. Quod si facto posteriore testamento, hæres scriptus, aut ante aditionem hæreditatis moriatur, aut uiuo testatore defecerit, aut conditio possibilis, sub qua hæres institutus est, impleta non fuerit, is qui testamentum fecit intestatus mori uidetur: quia testamentum quod prius fecerat, testamento posteriore rescissum est. Et quod posterius factum est, hijs rebus quas diximus infirmatur. Alio quoq; modo testamenta iure facta infirmantur, si aliquis post factum testamentũ capite minuatur, id est, ab hostibus capiatur, aut pro crimine in exilium deputetur. Similiter & is qui adoptatus fuerit, testamentum quod anteq; adoptaretur fecerat, non ualebit.

Hæredes autem sui sunt, aut non sui: aut necessarij sunt, aut extranei. *Hæredum genera.* Sui hæredes appellantur, filij ac nepotes ex filijs masculis, quos in potestate auus uel pater habet. Necessarij sunt hæredes, serui qui cum libertate hæredes instituũtur. Necessarij ideo, quia aut uelint aut nolint, necesse est eis hæredes esse. Nam qui creditoribus tenẽtur obnoxij, & putant se non tantum in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi seruos suos manumittunt, & hæredes necessarios faciunt, ut quò magis hæres quàm dominus infamiam incurrat, cum res eius, id est, hæreditas domini pro debitis uenditur, & creditoribus datur: Extranei sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur, sed eos quicunq; pro arbitrio suo scribit hæredes.

DE SVBSTITVTIONIBVS, ET DE FACIENDIS SECVNDIS TABVLIS. TIT. IIII.

SVbstitutio est, quæ post institutionẽ à testatore fieri solet, id est secundi hæredis appellatio. Et dũæ sunt, quarum una uulgaris dicitur, alia pupillaris. Vulgaris dicitur illa: Hæres mihi *Vulgaris substitutio.* esto, siue hoc filio, siue extraneo. Quod si hæreditatem meam adire noluerit, illum substituo ad quem hæreditas mea debeat pertinere. *Pupillaris.* Pupillaris substitutio filijs tantũmodo impuberibus dari potest, quæ ita fit: Ille filius meus, si intra pubertatẽ decesserit, illum ei substituo. Sed pupillaris substitutio ita secreta esse debet, ut ad notitiam substituti peruenire

non possit, ne uitæ pupilli aliquas substitutus insidias moliatur: Nam in extrema pagina testamenti fieri debet, ut pars illa in qua substitutio pupillaris scripta est, quamdiu pupillus annos pubertatis egrediatur, obsignata permaneat, & prior pars testamenti, in qua hæres scriptus est, reseretur. Hoc etiam & de donis fieri potest: Nam si extraneus hæres scriptus sit, & aliquem substituere non possumus, ut si hæres extiterit, & intra aliquod tempus mortuus fuerit, alius ei hæres sit. Potest tamen per fideicommissum obligari, ut alij, rogatus à testatore, hæreditatẽ aut integram, aut pro parte restituat uindicationis.

DE LEGATIS. TIT. V.

Legatorum genera quatuor.

LEgatorum genera sunt quatuor, uendicationis, damnationis, sinendi modo, & præceptionis. Vendicationis legatũ est, si testator sic loquutus fuerit: Illum seruũ tibi do, aut lego: Vel, illam rem tibi præsume, habe, uindica. Quod post mortẽ testatoris statim legatarius, non expectato hærede, sibi præsumat. Quã si præsumpserit, nec pro præsumpto legato ab hærede potest calumniã sustinere, nec si aliena res fuerit quæ legata est, legatarius hoc poterit ab hærede repetere. Si per uendicationem una res multis legata sit, & singuli hanc ipsam rem præsumere uelint, æquales singuli de re legata capiunt portiones.

Per damnationem isto ordine legatum dimittitur, ut testator in testamento scribat: Tu hæres meus illi hoc da, aut illud illi ab hærede meo dari iubeo. In quo genere legati, etiam alienæ res per legatum dimitti possunt. Et si necesse est hæredi aut redimere eam rem, quæ iuris alieni est, & legatario tradere, aut si is cuius est res, uendere noluerit, quantũ res illa ualebit, legatario in pretio cõpensare. Sed si testator rem alienam quasi suam credẽs, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab hærede petere non potest, & inutile est legatũ. Nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est ab hærede aut ipsam rem, aut æstimationẽ rei in pretium legatario dari. Cæterum inter damnationis legatum & uendicationis hoc interest, quod per uendicationem res aliena relinqui non potest: Per damnationem eo pacto, quo superius comprehensum est, potest. Illæ etiam res, quæ in rerum natura non sunt, per damnationem in legato dimitti possunt: Velut si ita testator in testamento scribat: Fructus qui ex illo agro nati fuerint, aut id quod ex illa ancilla natum fuerit, quod in legato uendicationis fieri non potest: quia non potest hæc legatarius testatore mortuo continuo uendicare. Et inter legatum uendicationis & damnationis ista similitudo est, quod legatum uẽdicationis, siue & damnationis, si coniunctim, id est, duobus aut pluribus una res in legato dimissa fuerit omnibus, in utroque legato simul ab omnibus

omnibus præsumatur. Inter legatum uendicationis, & damnationis ista distantia est, ut si disiunctim, id est, singulis quæcunque res per legatum damnationis relicta fuerit, singulis † integra debeatur. Id est, ut unus rem ipsam accipiat, alij æstimationẽ rei ipsius in pretio ab hærede percipiant. Sinendi modo hæc legati uerba sunt: Ille hæres meus rem illam illum permitte præsumere, & † eam habere. Nam & propriam rem testator & hæredes sui, & alienam, per sinendi modum legatum relinquere potest. In quo legato non quidem hæres legatario rem quæ relicta est iubetur tradere, sed uendicanti legatario non permittitur prohibere. Præceptionis uero legatum, non nisi uni ex hæredibus dari potest, ut aliquid ei ex hæreditate præcipuum relinquatur: etsi aut coniunctim, id est multis, aut disiunctim singulis relinquatur, omnibus aut una res tantum quæ nominata est debetur, non uni res, & alij æstimatio, sicut in legato damnationis est constitutum.

† *in integrum*

† *sibi*

DE LEGE FALCIDIA. TIT. VI.

LEge Falcidia constitutum est: Quicunque hæres fuerit institutus, quartam partem totius hæreditatis habeat. Quod si testator hæreditatem suam legatis exinanierit, hoc statutum est, ut Falcidiam sibi de imminutione legatorum hæres retineat, constante nihilominus testamento.

DE FIDEICOMMISSIS. TIT. VII.

POtest aliquis recto iure hæredem instituere, & rogare eum, ut hæreditatem suam, aut omnem, aut ex parte alij per fideicommissum reddat. Nam si hæredem directo iure non instituerit, fideicommissarius non potest † ad alium acceptam hæreditatem transmittere. Sed in hac quoque re hoc obseruandum est, quod de Falcidia supra iam dictum est, ut hæres institutus etiamsi omnem hæreditatem alij restituere † iussus sit, ita hæreditatem alij restituat, ut quartam sibi ex ipsa hæreditate retineat. Et singulæ quæcunque res per fideicommissum dimitti potest, hoc est, aut fundus, aut domus, aut mancipium, aut argentum, ab ipso fideicommissario alteri fideicommissum dimitti potest. Et à legatario, licet legatum dimitti non possit, fideicommissum potest. Et non solum propriæ res à testatore per fideicommissum dimitti possunt, sed etiam ipsius hæredis, aut legatarij, aut cuiuslibet extranei, ne legatarius cui per testamentum parum dimissum est, plus alij per fideicommissum, quam id quod consequitur reddere iubeatur: Cum autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse

† *ab alio*

† *scriptus*

est hæredi tenere, uel legatario, rem illam quæ per fideicõmissum est relicta, aut redimere, uel reddere, aut fideicõmissario dare, aut pretium eiusdem rei, quantum æstimata fuerit, fideicommissario numerare, sicut in damnationis legato fieri diximus. Libertates etiam seruis per fideicommissum dari possunt, ut hæres uel legatarius ea mancipia manumittant, quæ testator ab hijs ut manumitterent, sperauit. Nec interest, †uel utrum hoc testator de suis seruis, an de ipsius hæredis † & legatarij, aut de alienis fieri iubeat. Quod si de alienis fecerit, similiter cogitur hæres emere ipsum seruum & manumittere. Quod si illum dominus suus noluerit uendere, perit per fideicommissum data libertas: Quia in hac re hæres æstimationem in pretio dare non cogitur, sed cum per fideicommissum libertas datur, is qui manumissus fuerit, non testatoris, sed hæredis libertus est. Præterea inter fideicommissa & legata † dimissum sunt quædam distantiæ. Fideicommissum ad eum, cui aliquid † commissum est, hærede mortuo peruenire, si talis fuerit conditio testamenLegatorum et fideicommissorum distantia. ti: Nam legatum ita relinqui non potest. Item, legatum per codicillum relictum non ualet, nisi codicilli testamento fuerint confirmati: Per fideicommissum uero etiamsi testamento codicilli non fuerint confirmati, nihilominus debetur. Item per legatarium legatum alteri relinqui non potest, sed fideicommissum potest. Item, per legatum seruo alieno directa libertas dari non potest, per fideicommissum potest. Item, per codicillum nemo hæres instituí potest, quamuis testamento confirmati sint, sed is, qui in testamento hæres fuerit institutus, potest per codicillum rogare, ut hæreditatem, quæ ei data est, alij eam totam, uel pro parte restituat. Quod ualidum est, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. Item quamuis non possimus post mortem eius quem hæredem instituimus, alium ei substituere, tamen per fideicommissum rogare eum possumus, ut cum moriatur, alij eam hæreditatem uel totam uel pro parte restituat. Et quia, sicut superius dictum est, etiam post mortem hæredis fideicommissum ei, cui relictum est, dari potest, quod hoc ordine fit, ut testator scribat: Illum hæredem instituo, & uolo, ut cum mortuus fuero, ad illum hæreditas mea †pertineat † perueniat. Præterea & in hoc alia fideicommissorum & legatorũ conditio est, quia fideicommissa, si tardius quàm scriptum est soluta fuerint, usuræ & fructus debentur: Legatorum uero usuræ non debentur, sed ex mora solutionis, si per damnationem relicta fuerint, duplicantur.

DE INTE/

DE INTESTATORVM †HAERE/DITATIBVS. TIT. VIII. †hæredibus

INtestatorum hæreditates primum ad suos hæredes pertinent. Sui autem hæredes appellantur, filius filia, nepos uel *Sui hæredes.* neptis, pronepos proneptis ex nepote: Quia omnes per uirilem sexum descendentes, sui uocantur. Naturales sunt hæ personæ, hoc est, adoptiuæ. Adoptiuorum enim comparatione legitimi naturales appellantur. Sed ita nepos uel neptis ex filio auo suo hæredes sunt, si pater eorum de potestate patris, aut morte, aut emancipatione discesserit: Nam si eo tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat constitutum, & ex eo nepotes, illi uiuo patre suo, & in potestate aui constituto, sui hæredes auo esse non possunt. Similiter & Posthumi, quasi uiuo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui hæredes sunt. Si quando aliquis moriatur, & reliquerit filium, aut filiam, aut ex alio filio mortuo nepotes, neptes, siue filij nepotes ex filio, defuncto patre uel auo, hac ratione succedunt, ut filius ac filia suas partes accipiant, & nepotes ex filio portionem, quam pater eorum erat habiturus, accipiant. Quia regulariter constitutum est, ut inter suos proximior longiore gradu positos non excludat, & non in capita, sed in stirpem diuidatur hæreditas. Item si quis moriens filium non relinquat, sed ex duobus masculis filijs dimittat nepotes, hoc est, ex uno filio unum, uel duos nepotes, & ex altero tres aut quatuor, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem, non in capita hæreditas diuidatur: hoc modo, ut illi duo nepotes ex uno filio medietatem percipiant, & illi quatuor ex alio filio aliam medietatem, hoc est, ut tales accipiant portiones, quales patres eorum si uixissent, habituri erant. Si defuerint hæredes sui, tunc hæreditas defuncti pertinet ad agnatos. Agnati enim sunt per uirilem *Agnati.* sexum defuncto propinquitate cõiuncti, id est cõsanguinei fratres, hoc est, de uno patre nati. Nec disputari potest, si de diuersis matribus nascantur, qui uno patre geniti sunt. Item patruus, id est frater patris, fratris sui filio agnatus est, ipso modo sunt fratres patrueles, hoc est, qui de singulis germanis nati sunt. Hoc ordine agnoscitur qui sint agnati, sicut supra diximus, per uirilem sexum propinquitate coniunctum. Non tamen omnibus simul agnatis lex hæreditatẽ propinqui intestati dat, sed hijs qui defuncto mortis suæ tẽpore proximiores inueniũtur. In fœminis uero alia conditio est: quia inter fœminas sola tantum soror consanguinea habetur agnata, ut germano suo defuncto, ab intestato ei agnatio/

nis iure ſuccedat. Reliquæ fœminæ, hoc eſt, amitæ, id eſt, patris ſoror, uel fratris filia, nec in capiendis hæreditatibus propinquorum legitimæ ſunt, nec maſculis propinquis agnationis iure ſuccedunt. Ipſarũ uero hæreditates ad maſculos propinquos agnationis conditione perueniunt. Regulariter conſtitutum eſt, ut inter agnatos proximior poſteriorem excludat, & inter eos nõ in ſtirpem, ſed in capita ab inteſtato diuidatur hæreditas: Nam inter ſuos, ſicut ſuperius diximus, alia ratio eſt, ut proximior poſteriorẽ non excludat, & ſemper hæreditas in ſtirpem, non in capita diuidatur. Nam ſi quis moriens dimittat germanum, & ex altero germano filios, germanus frater quia gradu proximior eſt, ſolus ſuccedat, fratris filij non ſuccedant. Item ſi moriatur quis, & de duobus germanis fratribus dimittat filios duntaxat maſculos, & ex uno fratre dimiſerit duos, & ex alio quatuor, ſimiliter maſculos: omnes quidem fratrum filij patruo ſuo inteſtato ſuccedunt, ſed non in ſtirpe, ſed in capita: Ita ut illi duo ex uno patre duas accipiant portiones, & illi quatuor ex alio, accipiant quatuor portiones: Nam ſi ſorores habuerint, in patrui hæreditatem non ueniunt, ſicut nec ſororis filij in auunculi hæreditate ſuccedunt Nam & hoc regulare eſt, ut cognati tunc inteſtatorum propinquorũ hæreditates capiant, quando aut ſui, aut agnati defuerint.

DE OBLIGATIONIBVS. TIT. IX.

OBligatio in duas ſpecies diuiditur: Nam omnes obligationes aut ex contractu naſcuntur, aut ex culpa. Quæ ex contractu naſcũtur quatuor genera ſunt, quæ ſingulæ hoc ordine diſtinguuntur. Aut enim re contrahitur obligatio, aut uerbis, aut literis, aut conſenſu. Re contrahitur, quoties aliqua cuicunque mutuo dantur, quæ in hijs rebus contingunt, quæ pondere, numero, & menſura continentur: Hoc eſt, ſi pecunia numeretur, uel frumentum detur, uinum, aut oleum, aut æs, ferrum, argentum, uel aurum. Quæ omnia numerando, aut penſando, aut metiendo, ad hoc damus, ut eorum fiant quia accipiunt, & ad nos ſtatuto tempore, non ipſæ res, ſed aliæ eius naturæ, quales datæ ſunt, atque ipſius ponderis, numeratæ uel menſuratæ reddantur. Propter quod mutuum appellatum eſt, quaſi à me tibi ita datum ſit, ut ex meo tuum fieret. *Mutuum.* Verbis contrahitur obligatio, ex interrogatione dantis, & reſponſione accipientis, ita, ut ſi ille qui dat interroget: Hoc mihi dabis? Qui accipiet, reſpondeat: Dabo. Aut in obligatione debitoris, ſi aliquis fideiuſſor accedat, ille qui perſonam fideiuſſori tradit, interrogetur: Iſtum fidem tuã eſſe iubes? Et ille reſpõdeat: Fidem meam eſſe iubeo. In hac conditione non ſolum ille qui debitor eſt,

tor eſt, ſed & is qui fideiuſſor exiſtit, obligatur. Et non ſolum fideiuſſor ipſe dum uiuit, ſed & hæredes ipſius, ſi ille defecerit, tenentur obnoxij. Creditor autem, qui pecuniam dedit, in poteſtate habet ad reddendam pecuniã quẽ uelit tenere, utrum ipſum debitorẽ, an fideiuſſorẽ abſolui. Sed ſi † debitorem tenere elegerit, † fideiuſſorem abſoluit: Quia uno electo, quem idoneum creditor iudicauit, alterum liberat. Sunt & aliæ obligationes, quæ nulla præcedente interrogatione contrahi poſſunt. Id eſt, ut ſi mulier ſiue ſponſo, ſiue iam marito uxor futura dotem dicat. Quod tam de mobilibus rebus, quàm de fundis fieri poteſt. Et non ſolum in hac obligatione ipſa mulier obligabitur, ſed & pater eius, & debitor ipſius mulieris, ſi pecuniã, quã ille debebat † marito creditoris, ipſe debitor in dotem dixerit. Hæ tantum tres perſonæ, † nulla interrogatione præcedente, poſſunt † condictione dotis legitime obligari. Aliæ uero perſonæ, ſi pro muliere dotem marito promiſerint, cõmuni iure obligari debent, id eſt, ut & interrogatæ reſpondeant, & ſtipulationem præmittant. Item & alio caſu, uno loquente, & ſine interrogatione alio promittente, contrahitur obligatio, id eſt, ſi libertus patrono aut donũ, aut munus, aut operas ſe daturum eſſe iurauerit. Exponendum hic quid ſit donum, munus, uel operæ: In qua re ſupradicti liberti non tam uerborũ ſolennitate, quàm iuriſiurandi religione tenentur. Sed nulla altera perſona hoc ordine obligari poteſt. Præterea inutilis eſt promiſſio, etiãſi ſtipulatione interueniente facta ſit, ſi id aliquis daturũ ſe promiſerit, quod ſui iuris non eſt, hoc eſt, ſi aut ingenuum hominem quaſi ſeruum ſe daturum promittat. Aut ſi mortuum aliquis, quem uiuum credebat, promiſerit. Aut locum ſacrum, aut ſanctum, aut religioſum daturum ſe quicunque promiſerit. Præterea inutilis eſt promiſſio, ſi aliquis rem ſub tali conditione promittat, quæ impleri pro rei difficultate non poſſit. Præterea & inutilis eſt interrogatio & promiſſio, ſi ita aliquis interroget debitorem: poſt mortem meam uel tuam illud dare ſpondes? Quod propterea inutile uiſum eſt, quia à perſona hæredis obligatio incipere non poteſt. Et ideo nec hæredi creditoris ſub hac ſponſione obligatur debitor, nec debitoris hæredes creditori tenentur obnoxij. Item inutilis eſt obligatio, ſi dicat creditor: Pridie q̃ moriar hæc dare ſpondes? Vel interroget debitorẽ: Pridie q̃ morieris. Similiter & hæc ſtipulatio inutilis iudicatur, quia nõ poteſt ſciri, quando ſit pridie, q̃ aliquis moriatur, niſi poſtq̃ mortuus fuerit. Item, ſi pure interroget creditor, & debitor ſub conditione promittat. Vel ſi creditor decem ſolidos in debitorem interroget, & debitor quinq; promittat, hoc ordine integrum debitum uacillare cognoſcitur. Si quis nobis pecuniam debeat, poſſumus

† *fideiuſſorem* † *debitorem*

† *ſponſo* † *ſine ulla* † *dictionem dotis legitimæ obtinere.*

debitorem

debitorem noſtrum compellere, ut pecuniam quam nobis redditurus erat, alteri ſe caueat redditurum: Neque poteſt ei, cui pro noſtro debito cauet, de cauto & non numerato, ſicut fieri ſolet, aliquid diſputationis afferre, cum id quod à nobis accepit, alteri cauerit redditurum. Nec poteſt ei, niſi literis obligatio fiat, aut à re in perſonam, aut à perſona in perſonam dari. A re in perſonam, uelut ſi id quod ex emptione aut conductione, aut ſocietate debes, alij reddas. A perſona in perſonam, uelut ſi id quod mihi alter debet, alteri perſonæ delegem, ut mihi reddere debeat. Conſenſu fiunt obligationes, ex emptionibus & uenditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus & mandatis. Quia in eiuſmodi rebus conſenſus magis, quàm ſcriptura aliqua aut ſolennitas quæritur. In quibus rebus etiã inter abſentes obligatio contrahi poteſt, quod in alijs rebus fieri non poteſt. Emptio igitur & uenditio contrahitur, cum de pretio inter emptorem & uenditorem fuerit definitum, etiamſi pretium non fuerit numeratum, & nec pars pretij aut arra data fuerit. Locatio & conductio ſimili ratione cõſiſtunt. Et conſenſu & uerbo definitio inter conſentientes firma permaneat. Societatem inire poſſumus aut omniũ bonorum, aut unius alicuius negociationis. Et poteſt ita iniri ſocietas, ſi tamen hoc inter ſocios conuenit, ut unus pecuniã det, & alter operam ſuam pro pecunia ponat: Et huius rei definitio etiam uerbo inita ualet, ita ut quicquid ſocietatis tempore quolibet modo fuerit acquiſitum, ſocijs commune ſit. Permanet autem inita ſocietas, quamdiu in ipſo conſenſu ſocij perſeuerant: Quia ſicut conſenſu contrahitur, ſic etiam diſſenſu diſſoluitur. Diſſoluitur ergo ſocietas aut morte unius ſocij, aut contraria uoluntate, aut capitis diminutione, Id eſt, ſi unus ex ſocijs, ſicut frequenter ſupra diximus, capite fuerit diminutus. Similiter & mandari uerbo poteſt. Et cum uerbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. Poſſumus enim aut noſtra negocia, aut aliena cuicunq; agenda mandare, dummodo honeſtum aliquid agi † mandemus. Nam ſi contra mores bonos aliquid mandare uoluerimus, hoc eſt, ſi cuicunque mandemus, ut alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat, in hijs rebus mandati obligatio non contrahitur. Soluitur autem mandatum aut morte, cui mandatum eſt, aut contraria illius uoluntate qui mandauit. Sed is cui mandatur, mandati formã egredi non poteſt. Aut ſi egreſſus fuerit, & mandatorũ teneatur obnoxius, & quod extra mandatum egit, non præiudicet mandatori.

Societates.

† *uolumus*

QVIBVS

QVIBVS MODIS OBLIGATIO TOLLATVR. TIT. X.

TOllitur obligatio ſolutione debiti. Præterea aliquoties tollitur obligatio, etiamſi aliud quàm cautum fuerat à debitore creditori reddatur. Nam ſi quicunque pro pecunia, quam creditori † cauit, acquieſcente creditore, aurum, aut argentum, aut mancipia, uel alias quaslibet ſpecies, habita æſtimatione conſentienti † reddiderit, obligatio euidenter tollitur.

† *dedit*

† *crediderit*

Quia de obligationibus, quæ ex contractu naſcuntur, diximus, ſupereſt, ut de hijs obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur, ſimpliciter diſputemus. Ex delicto naſcuntur obligationes, ſi aliquis furtum fecerit, uel bona aliena rapuerit, uel damnum alteri dederit, aut iniuriam fecerit. Quarum omnium rerum uno genere ex delicto naſcitur obligatio. Furtorum autem ſunt genera quatuor, manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtum furtũ dicitur, ſiquando fur cuiuſcunq; rem tollit, & in ipſo furto deprehenditur. Nec manifeſtum furtum appellatur, quod quamlibet dum fieret inuentum non eſt, tamen furtum † fuiſſe probatur. Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem alterum res furata inueniatur. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiua alicui ita à fure datur, ut apud ipſum furem inueniri non poſſit. Præterea, qui rem alienam inuito aut neſciente domino contingit, uel tollere, aut de loco mouere præſumpſit, furtum facit: Et ſi quis rem utendam acceperit, aut commendatam apud ſe habuerit, & aliter ea uſus fuerit quàm accepit, furti actione tenetur. Præterea ſi quis iumentum alterius ad hoc accepit, ut eũ quinque milibus duceret, ſi id decem milibus, aut longius quàm ab illo qui dedit fuerit conſtitutum, † abegerit, furti reus erit. Et multa præterea quoruncunq; ſimilia ſunt, ſecundum quæ & ille furti tenetur, ſi ut fieret opem aut conſilium, aut ſtudiũ commodauerit. Vel ſi quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excuſſerit, ut alij eam rapere poſſent.

Furtorũ quatuor genera.

† *eße factum probatur.*

† *duxerit*

INSTITVTIONVM CAII DE PERSONIS ET REBVS, FINIS.

IVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM, LIBER PRIMVS.

TITVLI LIBRI PRIMI.

De pactis & conuentionibus.
De Curatoribus & Cognitoribus.
De negocijs gestis.
De reis institutis.
De dolo malo.
De plus petendo.
De iudicijs omnibus.
De uia publica.
De finium regundorum.
De familia herciscunda.
De fideiussore & sponsore.
De Procuratoribus.
De calumniatoribus.
De integri restitutione.
De minoribus XXV. annorum.
De satisdando.
De iudicato.
Si quadrupes damnum intulerit.
De seruitutibus.
Quemadmodum actiones per infi/ciationem duplentur.
De sepulchris & lugendis.

Cor pori huius operis conuenit annecti, quæ in Theodosiano pro dirimendis litibus non inueniuntur inserta.

DE PACTIS ET CONVENTIONIBVS. TIT. I.

OMne pactũ posteriore pacto dissoluitur, licet pariat ex/ceptionem. Interpretatio.

Si de una re inter ipsas personas duæ pactiones fiant, posterior ualebit. Alia.

Neque contra leges, neque contra bonos mores pa/cisci possumus. Interpretatio.

Si inter aliquos cõueniat, aut de admittendo crimine, uel inferẽda uiolentia, uel faciendo quod lex aut honestas prohibet, aut de rebus alienis, aut de bonis inuẽtis aliqui paciscantur, hæc pactio ualere non potest. Alia.

Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa interponatur, ser/uari non potest. Interpretatio.

Post rem iudicatã pactio inter eos qui litigauerunt, tunc obtinet firmitatẽ, si de summa quã iudicio constat addictam, ab eo qui uicit aliquid concedatur.

DE CVRATORIB: ET COGNITORIB. TIT. II.

OMnes infames qui postulare prohibẽtur, Cognitores fieri nõ possunt, etiam uolentibus aduersarijs. Interpretatio.

Infames sunt, qui propter aliquã culpã notantur infamia. Et ideo tales personæ ad agendas causas nec mandatũ dare, nec suscipere ab altero possunt, etiamsi hoc eorum aduersarij acquiescant. Alia.

Fœminæ in rẽ suã cognitoriã operã suscipere nõ prohibẽtur. Int.

Fœminæ licet procurationẽ suscipere prohibeantur, tamen si dominæ & procura/trices fiant, propter rem iam suam agere possunt. Alia.

In rem

In rẽ suã Cognitor Procuratorue ille fieri põt, q̃p oĩbus postulat. Int.

Nec procurator in causa aliena, nec procurator & dominus ut pro re sua agat in/famis persona fieri potest. Alia.

Actio iudicati nõ solũ in dñm aut dño, sed etiã hæredi & ĩ hæredẽ datur. Int.

Actio de executione iudicatarũ rerũ, non solũ ipsi autori qui egit cõpetit, sed & hæredi similiter debetur: Nam & hæres uicti ab hærede uictoris ad solutio/nem iudicati nihilominus tenetur.

DE PROCVRATORIBVS. TIT. III.

MAndari potest procuratio præsentibus & nudis uerbis, & per literas, & per nuntium, & apud acta præsidis, & magistratus. Ista interpretatione non eget. Alia.

Procurator aut ad litẽ, aut ad omne negociũ, aut ad partem negocij, aut ad res administrandas datur. Interpretatio.

Procurator eas tantũ res agere potest, quas ei euidẽter cõstiterit fuisse cõmissas.

DE NEGOCIIS GESTIS. TIT. IIII.

QVi negocia aliena gerit, & bonã fidem, & exactã diligentiã re/bus eius, pro quibus interuenit, præstare debebit. Alia.

Tutor post finitã tutelã si in administratione duret, actione negociorũ gestorũ pupillo uel Curatori eius tenebitur. Interpretatio.

Tutor si peracta tutela, id est impletis tutelaribus uel pupillaribus annis, uoluerit in ipsa administratione persistere, de actis negocijs pupillo uel Curatori eius, nõ tu telæ, sed negociorũ gestorũ cogendus est reddere rationem. Alia.

Si pecuniæ quis negociũ gerat, usuras quoq; totius tẽporis præstare cogetur, & periculũ eorũ nominũ qbus collocauit agnoscere, si litis tẽpo re soluẽdo nõ sint. Hoc enim † bonæ fidei iudices seruare cõuenit. Int.

† *in bonæ fidei iudicijs seruari conuenit.*

Qui pecuniã exercet alienã, usuras eius reformare cogendus est. Et si minus ido/neis personis de hac ipsa pecunia fortasse crediderit, pro ipsorum personis, quæ sol/uere non possunt, damnũ ipse qui talibus personis credidit, sustinebit. Alia

Mater, quæ filiorũ suorũ rebus interuenit, actione negociorũ gesto/rum cogitur reddere rationẽ & ipsis, & eorum Tutoribus. Interp.

Mater, quæ se in retinendis rebus filiorũ tutelæ miscuerit, tam ipsis, quàm Tuto/ribus eorũ negociorũ gestorũ cogetur reddere rationem. Alia.

Filius familiâs aut seruus, si negociũ alicuius gerat, in patrẽ dominũũe peculio tenus actio dabitur. Interpretatio.

Si filius familiâs, aut seruus iniussu patris aut domini negocia gesserint aliena, & ex hoc inueniuntur obnoxij, tantum damni pater uel dominus sustinebit, quantũ in eorum peculio inueniri potuerit. Alia.

Si pater uel dominus, seruo uel filio familiâs, aliena agenda negocia cõ/miserit, in solidũ tenebitur. Ista lex interprete non indiget. Alia.

Pater, si emancipati filij res sine ulla exceptione à se donatas admini/strauerit, filio ex actione negociorum gestorũ tenebitur. Interp.

Si pater ea, quæ emãcipato filio sine aliqua conditione donauerit, administrare præsumpsit, filio emancipato pro hijs, quæ in rebus eius gessit, negociorum gesto/

†Tutori rum † Procuratori Curato riúe tenebitur actione. Alía.

Qui cum Tutor Curatórue nõ esset, sí p Tutore Curatoréue res pupilli, adultí ue administrauerit, actione negociorũ gestorũ pro Tutore Curatoréue tenebitur. Interpretatio.

Si pater in retinẽdis rebus filiorũ se miscuerit, tam ipsis q̃ tutoribus eorũ negociorum gestorũ cogitur reddere rationem.

DE CALVMNIATORIBVS. TIT. V.

Alumniosus est, qui sciens prudens q̃ per fraudẽ negociũ alicui comparat. Alía.

Et in priuatis, & in publicis iudicijs omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur. Interpretatio.

Qui apud cunctos, aut priuatos Iudices fuerit de calumniæ obiectione cõuictus, nõ expectata ordinis sententia, prout causa fuerit supplicio subdetur.

DE REIS INSTITVTIS. TIT. VI.

DE hijs crimínibus, de quibus quis absolutus est, ab eo qui accusauit, refricari accusatio non potest. Alía.

Filius accusatoris, si hoc crimen, quod pater intẽdit, post liberatũ reũ persequi uelit, ab accusatione remouẽdus est. Al. Crimẽ in quo alius destitit, uel uictus recessit, aliusobijcere nõ phibetur.

DE INTEGRI RESTITVTIONE. TIT. VII.

INtegri restitutio est redintegrãdæ rei uel causæ actio. Integri restitutionẽ Prætor tribuit ex hijs causis, quæ per metũ, dolũ, & status permutationẽ, & iustũ errorẽ, & absentiã necessariã, & infirmitatẽ ætatis gesta esse dicuntur. Interpretatio.

Integri restitutio dicit̃, siquãdo res quælibet aut causa quæ perierat, in priorẽ statum reparat̃, uel id q̃d alicui sublatũ est reformat̃. Hoc em̃ quod per Prætorẽ antea fiebat, modo p Iudices ciuitatũ agendũ est, ita ut eorũ causæ uel res in integrũ reuocent̃: q aut p timorẽ potestatis alicuius cõpulsi sunt, aut fraude uel errore decepti, aut p captiuitatẽ, uel quãcunq; iniustã necessitatẽ, substantiã suã aut statũ ingenuitatis perdidisse noscũtur. Aut si q† per necessitatẽ longinquæ peregrinatiõis absentant, uel ad restauranda ea quæ in damnis minorũ gesta esse probantur. Alía.

† pro necessitate.

Integri restitutio plus quàm semel non est decernenda: ideoq; causa cognita decernitur. Interpretatio.

Vt in integrũ res uel causa redeat, nõ nisi semel põt à iudice cognita causa præstari.

Integra restitutio aut in rem cõpetit, aut in p̃sonã. In rem actio cõpetit, ut res ipsa qua de agitur reuocetur. In p̃sonã aut quadrupli pœna intra annũ, uel simpli post annũ peti potest. Interpretatio.

Quoties de reuocãda re uel causa integræ restitutionis beneficiũ petit̃, aut in rem, aut in personã agendũ est, id est, ut res ipsa de qua agit̃, quæ sublata est recipiat̃. Et cum in personã actio intẽdi cœperit, is qui rem indebite abstulisse conuincit̃, id q̃d sublatum est, in quadruplũ reformare debet, post annũ uero in simplum. Alía.

Si aliqs, ut se de uí latronũ, uel hostiũ, uel populi liberaret, aliqd mãcipauit uel promisit, ad metũ nõ ptinet: mercedẽ em̃ depulsi metus tribuit.

Quicũq; aliquid, ut se de hostibus, uel seditione populi, aut de latronum impetu liberaret,

liberaret, causa mercedis ut euaderet aut promisit, aut dedit, hoc per metum se dedisse nõ poterit allegare, nec reuocare quod dedit. Alía.

Seruus per metum emancipatus, quicquid acquisierit, uel stipulatus sit, ei acquirit, qui uim passus est. Interpretatio.

Si cum dño uis infertur, seruũ metu interueniente dederit, & apud eum cui datus fuerat, aliquid quolibet pacto acquisierit, cum seruum ipsum dominus, cui uis est illata, receperit, ad eum omnia quæ seruus acquisierat, pertinebunt. Alía.

Vis est maior rei impetus, q repelli nõ põt. Ista interpretione nõ indiget.

Qui quẽ in domo inclusit, ut sibi rem mancíparet, aut promitteret, extorsisse mancipationẽ uidetur. Interpretatio.

Qui aliquẽ in domo sua clausũ tenuerit, q̃scũq; ei scripturas extorserit, nõ ualebũt.

Qui quẽ ferro uinxit, ut sibi aliquid traderet uel uẽderet, uim intulisse uidetur. Interpretatione non indiget. Alía.

Qui in carcerẽ quẽ detrusit, ut aliqd ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factũ est, nullius est momenti. Interpretatione nõ indiget.

DE DOLO MALO. TIT. VIII.

DOlus malus est, cum aliud agitur, aliud simulatur. Alía.

Qui dolũ uel metũ adhibuit, ut res ad alium transiret, uterq; de ui & dolo † actione tenebitur.

† aliás Doli actione tenebitur, qui dolum malum adhibuit, ut res ad alium transiret. † poterunt

DE MINORIBVS XXV. ANNORVM. TIT. IX.

MInor XXV. annorũ, si aliq̃d flagitiũ admiserit, q̃d ad publicã cohertionẽ expectet, ob hoc in integrũ restitui nõ potest. Int.

Minores ætate si crimina grauiora cõmiserit, p ætatẽ se nõ †sperẽt excusari

Qui minori mãdauit, ut negocia sua agat, ex eius p̃sona in integrũ restitui nõ potest, nisi minor sua spõte negocijs eius interuenerit. Int.

Si quis maior annis, minori per mandatũ negocia sua agẽda commiserit, ex persona minoris in integri restitutionẽ †agere non potest, nisi forsitan minor sine mandato, uel uoluntarie se causis miscuerit alienis. Alía.

† accipere

Si maior effectus, res quas minor egit, pacto uel silentio cõprobauit, aduersus hoc quoq; in integrũ restitui frustra desiderat. Interpretatio.

Si quis id quod minor ætate gessit, postq̃ maior effectus est, id est, usq; ad implẽtum XXVIII. annũ silentio suo & taciturnitate reuocare noluit, de hac re integri restitutionem petere non potest. Alía.

Si minor †minori hæres existat, hæres ex sua persona, nõ ex defuncti in integrum restitui potest. Interpretatio.

† maiori

Si minor †minori successerit, nõ ex persona defuncti ille qui hæres est, sed ex sua agere potest, hoc est, si & ille qui defunctus est XXIII. annorum sit, & succedens XX. ex istius qui successit ætate tempora computanda sunt. Alía.

† maiori

Minor se in hijs quæ fideiussit, uel fide promisit, uel spopondit, uel mãdauit, in integrũ restituendo reũ principalem non liberat. Interp.

Si minor maiorẽ fidedicat, licet ipse teneri nõ possit, tñ quẽ fidedixit teneri põt.

Qui sciẽs prudẽs q̃ se pro minore obligauit, si id †cõsultus cõsilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen nõ succurretur. Interpretatio.

† consulto

Qui sciẽs minorẽ, hoc argumẽto pro eo fideiussor accessit, ut excusatione minoris ætatis fideiussionẽ suã in posterũ liberaret, minor quidẽ ætatis beneficio liberatur,

tur, sed ad soluendũ debitũ fideiussor, qui hoc argumẽto usus est, retineẽ. Alia.

Minor aduersus emptorẽ in integrũ restitutus, pretio restituto fundum recipere potest: fructus enim in compensationem usurarum penes emptorem remanere placuit. Interpretatio.

Si minor prædiũ quod uẽdiderat per integri restitutionẽ, reddito emptori pretio, receperit: fructus ab emptore præceptos recipere non potest, sed eos quanti fuerint in compensationem usurarum iussum est imputari. Alia.

Minor aduersus distractiones eorũ pignorũ & fiduciarũ, quas pater obligauerat, si non ita ut oportuit à creditore distractæ sint, restitui in integrum potest. Interpretatio.

Minor annis, ea quæ pater eius oppignorauerat, uel fiduciæ causa posuerat, si uiliore pretio, quàm oportebat, à creditore distracta conuicerit, potest soluto debito ad recipiendam rem suã integri restitutionis auxiliũ promereri.

DE PLVS PETENDO. TIT. X.

Ausa cadimus aut loco, aut summa, aut tẽpore, aut qualitate. Loco, alibi. Sũma, si plus q̃ damus petimus. Tempore, repetẽdo ante tẽpus. Qualitate, eiusdẽ speciei rẽ meliorẽ postulãtes. Int.

† placuit Causam perdit, quicũq; aut † cõmendatũ aliquid alibi sibi q̃ † dedit dari petierit,
† commodatũ aut plus quàm datum est reddi poposcerit, aut ante tempus quàm redhibitio promissa est petierit reformari, aut meliorem speciem quàm dederat postularit.

DE SATISDANDO. TIT. XI.

Voties hæreditas petitur, satisdatio iure desideratur, & si satisdatio non detur, in petitorẽ hæreditas transfertur. Alia.

Si petitor satisdare noluerit, penes possessorẽ possessio remanet: In pari enim causa potior est possessor. Interpretatio.

Si q̃cunq; hæreditatẽ ex defuncti uolũtate, aut testamẽti cõditione possideat, quã alter sibi debitã esse contẽdit, petitor iure postulat, ut ei à possessore satisfactio det, quæ omnia hæreditaria corpora salua futura esse, ꝓmittat, usq; in cognitionis euentum. Et si possessor ex hac re conuentus huiusmodi satisdatione nõ ꝓuiderit, dato à petitore fideiussore, ad eũ hæreditaria corpora trãsferuntur. Si uero petitor satisdatorẽ nõ dederit, penes possessorẽ usq; ad euentũ iudicij possessio remanebit. Al.

Vsufructuarius de utendo usufructu satisdare debet, se perinde usurũ, ac si ipse paterfamiliãs uteretur. Interpretatio.

Vsufructuarius proprietatis domino satisdatorẽ dare compellitur, se usufructu suo nõ aliter usurum, quàm ipse proprietatis dominus uti potuit diligenter.

DE IVDICIIS OMNIBVS. TIT. XII.

I qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur. Interpretatio.

Hi q̃ in causis suis falsa principũ rescripta detulerit, ut falsarij puniãt.

Ex hijs qui ancillã corrupit alienã, aliã reformare cogẽdus est. Alia.

Qui falsum nesciens allegauit, falsi pœna non tenetur. Alia.

In caput dñi patroniue nec seruus, nec libertus ĩterrogari potest. Alia.

Pregnãtes neq; torqueri, neq; dãnari, nisi post editũ partũ possunt. Al.

Qui

Qui de se confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat, qui de sua desperauit.

DE IVDICATO. TIT. XIII.

Qui exhibiturũ se aliquẽ iudicio cauerit, mortuo eo pro quo cauerat, periculo cautionis liberatur. Alia.

Filiusfamiliãs iussu patris manumittere potest, matris non potest. Alia.

Is, qui Albũ raserit, corruperit, sustulerit, mutauerit, q̃due aliud propositũ † mentiendi gratia turbauerit, extra ordinẽ puniatur. Interp. † edicendi

In eum, qui Album Curiæ raserit, uitiauerit, uel quodcunque aliud scripturæ genus sua præsumptione turbauerit, capitaliter, non expectata ordinis sententia: † uindicatur. Alia. † statuatur

Si id quod emptum est, neq; tradatur, neq; mancipetur, uenditor cogi potest, ut tradat aut mancipet. Interpretatio.

Si eã rem, quã aliquis accepto pretio, facta uenditione distraxit, tradere distulerit, ad traditionẽ rei quã uendidit, omnibus modis cõpellendus est. Alia.

Deteriorem seruũ facit, qui fugam suaserit, & qui furtum, & qui mores eius, corpusue corruperit. Alia.

Qui ancillam alienam uirginem immaturam corruperit, pœna legis Aquiliæ tenebitur. Interpretatio.

Hæ duæ secundũ legẽ Aquiliã simílẽ pœnã habent, ut cum hijs, quæ animo uel corpore corruperũt, † hijs similia mãcipia huiusmodi præsũptores exoluãt. Alia. † alia

In petitione hæreditatis ea ueniunt, quæ defunctus mortis tempore reliquit, uel ea, quæ post mortem ante aditam hæreditatem ex ea acquisita sunt. Alia.

Possessor hæreditatis præsentia earum rerũ, quas dolo alienauit, cum usuris ‡ præstare cogendus est. Alia. † præsentarẽ

Petitio hæreditatis, cuius defunctus litem non erat contestatus, ad hæredem non transmittitur. Interpretatio.

Si autor de petitione hæreditatis sibi debitæ ita silentium gessit, id est, ut nullam proponeret actionẽ, hæres eius ab hæreditatis ipsius petitione repelletur.

DE VIA PVBLICA. TIT. XIIII.

Qui uiam publicam exarauerit, ad munitionem eius solus compellitur.

SI QVADRVPES DAMNVM INTVLERIT. TIT. XV.

Si quadrupes paupiẽ fecerit, damnũue dederit, q̃due depasta sit, in dominũ actio datur, ut aut dãni æstimationẽ subeat, aut quadrupedẽ † cædat, q̃d etiã lege Pesulania de cane cauetur. Int. † dedat

Si alienũ animal cuicunq; damnũ intulerit, aut alicuius fructus læserit, dominus eius aut æstimationem damni reddat, aut ipsum animal tradat. Quod etiam de cane similiter est statutum. Alia.

Feram

Feram bestiam in ea parte qua populi iter est, colligari prætor prohibet. Et ideo siue ab ipsa, siue propter eam ab alio alteri damnum datũ fuerit, pro modo admissi extra ordinem actio in dominũ uel custodem datur, maxime si † ex eo homo perierit, ⁂ uel fuerit læsus. Interp.

† exinde

⁂ Hæc clausula in nonnullis codicibus non erat.

Fera bestia in ea parte qua populi transeunt uel frequentant, ligari uel custodiri prohibetur: ne aut ipsa aliquem noceat, aut terrore eius quolibet casu aliquis ab altero fortasse lædatur: Quod si factum fuerit, in dominum, si hoc præcepit, uel in custodem eius damni uel cuiuscunq; læsionis actio, non expectata ordinis sententia, reuertetur. Alia.

Ei qui irritatu suo feram bestiam, uel quancunq; aliam quadrupedẽ in se proritauerit, eaq; damnum dederit, neq; in eius dominum, neque in custodem actio datur. Interpretatio.

Quicunq; feram bestiã, uel quancunq; quadrupedẽ prouocando, quocũq; modo aduersum se incitauerit, nec domino, nec custodi eius poterit imputari: quia suo uitio incurrisse dinoscitur.

DE FINIVM REGVNDORVM. TIT. XVI.

IN eum, qui per uim terminos deiecerit uel amouerit, extraordinem animaduertitur.

Non indiget interpretatione.

DE SERVITVTIBVS. TIT. XVII.

VIam, iter, actum, aquæductum, qui biennio usus non est, amissse uidetur: nec enim ea usucapi possunt, quæ nõ utendo amittuntur. Interpretatio.

Viam, qua eundo ad rem nostram uti solemus, uel iter, quo per rem alienam ad nostrã pergimus, & actũ, id est, quà pecora mouere consueuimus, uel aquæductũ biennio non utendo, si quis usus non fuerit, perire ei certissimum est. Alia.

Seruitus hauriendæ aquæ uel deducendæ, † biennij actione omissa intercidit, & biennio usurpata recipitur. Interpretatio.

† biennio omißa.

Vsus hauriendæ aquæ uel ducendæ, si biennio destiterit, non utendo perit. Et si iterum biennio in usum fuerit reducta, recipitur.

DE FAMILIA HERCISCVNDA. TIT. XVIII.

ARbiter familiæ herciscundæ plus quàm semel dari non potest. Et ideo de hijs, quæ diuisa eo iudicio non sunt, communi diuidundo arbiter postulatus partietur. Interpretatio.

Propter diuisionem bonorum communium si quando inter fratres contentio † nascitur, diuidendæ rei non plus quàm semel arbiter deputatur, ut inter eos quæ sunt communia, habita † æqualitate distribuat. Quod si deputatus à Iudice arbiter indiuisum aliquid dimiserit, ex cõmuni cõsensu postea qui sit diuisionis medius eligatur.

† uertitur

† æquitate

QVEM-

QVEMADMODVM ACTIONES PER INFICIATIONEM DVPLENTVR. TIT. XIX.

QVædam actiones, si à reo inficientur, duplantur, uelut iudicati, depensi, legati, per damnationem relicti, damni, iniuriarũ, legis Aquiliæ, item de modo agri, cum à uenditore emptor deceptus est. Interpretatio.

Aliqua, quæcunq; ab hijs quibus sunt debita repetuntur, si à debitoribus negata fuerint, dupli satisfactione redduntur, id est res iudicata, legati, per damnationẽ relicti. Id est, † si quis hæres legati titulo dare iussus est, & petitum negauerit: uel si damnum alicui per iniuriam factum quis sarcire noluerit: uel de modo agri, cum à uenditore emptor fuerit circunscriptus, ut minus inueniatur, quàm probatur scriptũ. Quæ omnia superius comprehensa, secundũ legẽ Aquiliã duplicantẽ. Alia.

† siquid

Ex hijs causis, quæ inficiatione duplãtur, pacto decidi nõ potest. Int.

Hæ causæ, quæ pulsatorum negatione duplantur, † pacto finiri non possunt.

† per pactum

DE FIDEIVSSORE ET SPONSORE. TIT. XX.

INter fideiussores ex edicto Prætoris, si soluendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio diuidetur. Interp.

Cum multi fideiussores extiterint, etiamsi ad soluendum quæ promiserunt probantur idonei, & possint omnes in solidum retineri, tamen restitutio debiti inter eos diuidenda est, ut unusquisq; id, quod eum pro portione sua cõtingit, exoluat.

DE SEPVLCHRIS ET LVGENDIS. TIT. XXI.

SEpulturæ † fulminis traditum, solennibus redditis sacrificijs, per noctem in alium transferri locum potest.

† fulminis

Non indiget interpretatione. Alia.

Corpus in ciuitatem inferri non licet, ne funestentur sacra ciuitatis, & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur. Alia.

Qui luget, abstinere debet à cõuiuijs, ornamẽtis, & alba ueste. Al.

Quicquid in funus erogatur, inter æs alienum primo loco deducetur. Interpretatio.

Quicquid in sepultura defuncti expensum fuerit, priusquam alijs creditoribus de mortui hæreditate reddendum est. Alia.

Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus eius aliquid impenderit, recipere id ab hærede, uel à patre, uel à domino potest.

IVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM, LIBER SECVNDVS.

TITVLI LIBRI SECVNDI.

De rebus creditis, & iureiurando.
De pecunia constituta.
De contractibus.
† commendato — De † commodato & deposito pignore, fiduciáue.
De pignoribus.
De exercitoribus, & institoribus.
Ad legem Rhodiam.
De institutoribus.
De in rem uerso.
De senatusconsulto Macedoniano.
Ad senatusconsultum Velleianum.
De deposito.
De lege commissoria.
De usuris.
De mandatis. Pro socio.
Ex empto & uendito.
De modo, id est, de spatio.
De locato & conducto.
De nuptijs.
De concubinis. De dotibus.
De pactis inter uirum & uxorem.
De donationibus inter uirum & uxorem.
De liberis agnoscendis.
Quemadmodum filij sui iuris efficiantur.
De adulterijs.
De excusationibus Tutorum.
De potioribus nominandis.
Qui potior nominari non possit.
† Ad rationẽ — † De oratione diui Seueri.
De furtis.
De operis libertorum.

DE REBVS CREDITIS ET IVRE IVRANDO. TIT. I.

IN pecuniarijs causis si alter ex litigatoribus iusiurandũ deferat, audiendus est: Hoc enim & compendio litium, & æquitatis ratione prouisum est. Interpretatio.

† repetitione — Cum de † refusione pecuniæ agitur, & probatio debitæ pecuniæ nulla profertur, iubet huius rei ambiguitatem sacramentorum interpositione finiri. Alia.

Solus iurare potest, qui suspectus dicitur, cum nulla ueritas petitori in eo

in eo exprimitur, qui calumniam se pati dicit. Alia.

Deferre iusiurandum prior actor potest: Contrarium autem de calumnia iusiurandum reo competit. Interpretatio.

Licet prior petitor offerat sacramentum, tamen cum nulla probatio debiti est, is qui calumniã se pati dicit, potest fidem suã iurisiurandi religione firmare. Alia.

Si reus cum iurare uelit, actor illi necessitatem iurisiurandi remisit, & hoc liquidò appareat, actio in eum non datur. Interpretatio.

Si quando pulsatus repetenti pecuniam obtulerit sacramentũ, & ille ei iurisiurandi necessitatẽ ultro cõcesserit, non potest ab eo postea debitũ postulare. Alia.

Hæredi eius, cum quo contractum est, iusiurandum deferri non potest, quoniam contractum ignorare potest. Interpretatio.

Hæres eius cui pecunia credita dicitur, ad sacramentum uocari non potest: quia quæ egerit autor suus ad integrum scire non potuit. Alia.

Ei qui debitum quocunq; modo confessus † dicitur, ex ea re actio creditori non datur, sed ad solutionem compellitur, † docetur

DE PECVNIA CONSTITVTA. TIT. II.

SI id quod mihi Lucius Titius debet, soluturum te constituas, teneris actione pecuniæ constitutæ. Interpretatio.

Si quis pro alterius debito se pecuniam promiserit redditurum, ad solutionem statutæ promissionis est retinendus.

DE CONTRACTIBVS. TIT. III.

STipulatio est uerborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondit, uelut: Spondes? Spondeo. Dabis? Dabo. Promittis? Promitto. Fidei tuæ erit. Et tam pure, quàm sub conditione concipi potest: Interpretatio.

Stipulatio est inter præsentes, hæc uerba quibus se inuicẽ partes obligari possunt, ubi necesse est, ut interrogationi petẽti pulsatus ad interrogata respõdeat: Veluti si quis pro alio fideiussorem se dicat accedere, qui cum se hac responsione obligauerit, ad solutionem etiam sine scriptura poterit retineri.

DE †COMMODATO ET DEPOSITO, PIGNORE FIDVCIAVE. TIT. IIII. †cõmendato

QVicquid in rem †commodatam, ob morbum uel aliam rationẽ impensum est, à domino recipi potest. Alia. †cõmendatam

Si facto incẽdio, ruina, naufragio, aut quo alio simili casu res cõmodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui cõmodata est, nisi forte cum possit rem cõmodatam saluam facere, suam prætulit. Alia.

Seruus uel equus si à latronibus uel in bello, uel in aliã causam commodati occisi sunt, actio commodati datur: Custodia enim & diligentia rei

† restituenda commodatæ † præstanda est. Interpretatio.

Si seruum uel equum, uel quæcunq; alia aliquis ab altero ad usum tantūmodo seruiēdi commodata suscepérit, & eos ad pugnā, uel ubi uitæ periculū incurrant, duxerit, ad redhibitionē commodatæ rei merito à domino retinetur. Alia.

† ab ea Si rem æstimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium † ad me defer-

† diuendi res, eaq; perierit: siquidē ego te rogaui, meo periculo perit. Si tu † de uendenda promisisti, tuo periculo perit. Interpretatio.

† facto Si † pacto pretio rem uendendam aliquis cuicunq; tradiderit, & dum ab ea uendenda profertur, quacunq; occasione perierit, ei perit qui eam dederat distrahendā. Cæterum si rem acceptā, non rogante domino, sed promittēte eo qui accepit, dum uellet uenundare perdiderit, tibi rei perditæ ingerit detrimentum.

DE PIGNORIBVS. TIT. V.

Creditor, si simpliciter sibi pignus depositum distrahere uelit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus absoluat, ne à se distrahatur. Interpretatio.

Creditor si sine cōditione pignus sibi depositū tenēs, ter debitorē cōuenerit, ut soluto debito pignora sua recipiat. Q^d si debitor noluerit post tres admonitiōes soluto debito pignora sua recipe, creditor distrahēdi pignoris habebit liberā potestatē.

Fœtus uel partus eius rei, quæ pignori data est, pignoris iure non tenetur, nisi hoc inter contrahentes conuenerit. Interpretatio.

Si quis gregem equarum, uaccarum, uel ouium, accepta mutua pecunia, pigno- creditori dederit, fœtus earum rerum ad debitorem, non ad creditorem pertinet. Ita est & si ancillā dederit, & partū ediderit, ad debitorē ptinet, nō ad creditorē. Al.

Compensatio debiti ex pari specie, & causa dispari admittitur. Velut si pecuniam tibi debeam, & tu mihi pecuniam debeas, aut frumētum, aut cætera huiusmodi, licet ex diuerso contractu cōpensare uel deducere debuit, si totū petat, plus petendo causa cadet. Interpretatio.

† à debitore Si quis alicui debeat rem solidorum decem, & ille qui debet de quacunq; ratione debeatur illi † ac creditori suo solidos quinq;: Et ueniat creditor, & totos decem solidos à debitore repetat. Si probauerit ille q debitor est, sibi ab eo quinq; solidos deberi, quare illū in solidū pro totis decem solidis conuenit, causam perdit, qui no-

† speciebus multis luit debitū compensari. Similis ratio est & de frumento, & de alijs † rebus.

DE EXERCITORIBVS, ET INSTITORIBVS. TIT. VI.

Si filius familiâs si uoluntate patris nauem exerceat, patrem in solidum, ob ea quæ salua receperat, obligat.

AD LEGEM RHODIAM. TIT. VII.

† damnum, quod pro omnibus latum est. Leuandæ nauis gratia cum iactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, † quod pro omnibus datum est. Interpretatione non eget. Alia.

† Iactura † Iactu nauis leuata si perierit, extractis aliorū per Vrinatores mercibus, eius quoq; rationē haberi placuit, qui merces salua naue iactauit.

Naue

Naue uel arbore ui tēpestatis amissa, uectores ad cōtributionē nō tenentur, nisi ipsis arborē salutis causa eruentibus, nauis salua sit. Alia.

Leuandæ nauis gratia merces in scaphā transiectæ, atq; ideo amissæ, in contributione earū, quæ in naui saluæ erunt, refici conuenit: † nauem autē perditā conseruātes cū mercibus, scaphæ ratio nō habetur. Alia.

† aliás Naue autem perditæ cōseruatæ cum mercibus scaphæ ratio non habetur.

Collatio in tribulationis obiectum salua naue fieri debet.

DE INSTITORIBVS. TIT. VIII.

Sicut commoda sentimus ex actu præpositi institoris, ita & incommoda sentire debemus. Et ideo in eum, qui seruū siue filiū, filiā uè familiàs, siue ancillas præposuit negocijs, uel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum conuenitur. Alia.

Si quis pecuniæ fœnerandæ, agroq; colendo, condendis uendendisq; frugibus præpositus est, ex eo nomine quod cum illo contractum est, in solidum fundi dominus obligatur: nec interest seruus an liber sit. Int.

† fructibus Quicunq; quālibet persona aut ad exercendū negocium, aut pro ratione cultu-

ræ, aut cōdendis uendendisq; † frugibus præposuisse cognoscit, si qd dāni per eius actū accesserit, ad eū qui ipsum instituit, pertinebit, siue seruus, siue liber sit. Alia.

Quod cum discipulis eorū, qui officinis, tabernis præsunt, contractū est, in magistris uel institoribus tabernæ in solidū actio dabitur. Int.

Siquid cū discipulis, uel mercenarijs tabernariorū, uel cuiuslibet officinæ actū fuerit, ad magistrū officinæ, uel institorem tabernæ damnū q^d accesserit ptinebit.

DE IN REM VERSO. TIT. IX.

Seruus uel filius familiâs, si acceptā pecuniā in rem patris uel domini uerterit, hoc modo, agrum puta colēdo, domum fulciēdo, mancipia uestiendo, mercando, uel creditori soluendo, uel quid tale faciendo, de in rem uerso, in solidū uel patrem, uel dominū obligat, si tamē ob hanc causam pecunia data sit. Interp.

Si seruus uel filius familiâs mutuā pecuniā à quocūq; susceperit, & in utilitatibus patris uel domini, necessarijsq; rebus eā expendisse probatur, pro hoc debito, patrē uel dominum ad solutionē necesse est retineri.

DE SENATVSC. MACEDONIANO. TIT. X.

Qui filiofamiliâs, cōtra interdictū amplissimi ordinis, pecuniam mutuam crediderit, post mortē patris ex eo, quod uiuo patre credidit, cum eo agere non potest. Interp.

Qui filiofamiliâs contra interdicta legū, insciо patre pecuniā cōmodauit, eā nec uiuente nec mortuo patre ab eodem poterit postulare.

AD SENATVSC. VELLEIANVM. TIT. XI.

In omni genere negociorū & obligationū, tam pro uiris quàm pro fœminis intercedere mulieres prohibentur. Interp.

In omni genere causarū, pro quibuscunq; personis mulieres fidem suā interponere prohibentur.

Mulier, quæ pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit, ad beneficium senatus consulti non pertinet. Interpretatio.

† Tutorem se — In hac tantũ mulier fideiussione tenetur, ut si † Tutores filijs suis petat, & pro eis fideiussor existat, filijs teneatur obnoxia.

DE DEPOSITO. TIT. XII.

† sacculum — SI † sacculũ uel argentũ signatũ deposuero, & is penes quem depositum fuit, me inuito contrectauerit, & depositi, & furti actio mihi in eum competit. Alia.

† depositæ — In iudicio depositi, ex mora fructus ueniunt, & usuræ rei † debitæ postulantur. Interpretatio.

† commẽdatis — Cum in iudicio de rebus agitur † cõmodatis, si mora in reddendo ab eo cui commodatæ sunt afferatur, prout res fuerit cõmodata, aut usuræ, si pecunia: aut fructus, si prædia fuerint, debebuntur. Alia.

In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est. Alia.

Debitor distractis fiducijs, à creditore de superfluo aduersus eum habeat actionem. Interpretatio.

Si quis creditor, debitore in solutione tardante, rem sibi pro debito positam distraxerit, si quid amplius acceptum fuerit quàm debebatur, quod plus acceptum est, restitui iussum est debitori. Alia.

Quicquid creditor per fiduciarium seruũ quæsiuit, sortẽ debiti minuit.

Quicquid creditor per oppignoratũ sibi pro debito seruum acquisierit, de summa debiti retrahitur. Alia.

Debitor creditori fiduciam uendere non potest, sed alijs si uelit, uendere potest, sed ita, ut ex pretio eiusdem pecuniæ offerat creditori, atque

† restituet — ita rem mancipatam sibi emptor ipse † præstet. Interpretatio.

Creditor rem sibi oppignoratam à debitore emere non potest. Sed debitor cum alia persona inire contractum potest, ut accepta ab emptore pecunia, debitũ restituat creditori. Et sic postea rem suã à debitore liberã, cui uoluerit uendat. Alia.

Si per suppositam personã creditor pignus suum inuito debitore cõparauerit, emptio non uidetur. Et ideo quandoq; lui potest. Ex hoc enim causa pignoris uel fiduciæ finiri non potest. Interpretatio.

Creditor pignus quod à debitore accepit, nec per suppositam personã emere potest. Quod si factũ fuerit, agẽte debitore, soluto debito, emptio nõ ualebit. Alia.

† fiducialiter — Si inter creditorẽ & debitorem cõuenerit, ut † fiduciã sibi uendere nõ liceat, non soluente debitore, creditor denuntiare ei solenniter potest, & distrahere: Nec enim in tali cõuentione fiduciæ actio nasci potest. Int.

Si conueniat inter creditorẽ & debitorẽ, ut pignus à creditore non uendatur, nõ soluente debitore debitũ, creditor pignus post trinã conuentionẽ uendere potest.

DE

DE LEGE COMMISSORIA. TIT. XIII.

SI creditor rem fiduciæ datã, uni ex hæredibus, uel extraneo se gauerit, aduersus omnes hæredes actio fiduciæ cõpetit. Int.

Si creditor rem fiduciæ, quam à debitore pignus acceperit, uni ex hæredibus, uel extraneis, legati titulo derelinquat, debitor pro pignore suo, oblato debito, omnes hæredes creditoris poterit conuenire. Alia.

Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda quæ impendit, in iudicio fiduciæ debitorem habebit obnoxium. Interp.

Si quis creditor prædiũ sibi fiducia obligatũ, studio & opere suo meliorauerit, quicquid se pro meliorãda re impendisse probauerit, ei à debitore reddendũ est. Al.

Nouissimus creditor priorẽ † obligatã pecuniã, à quo possessio in eũ transfertur, dimittere potest. Sed & prior creditor secundũ creditorẽ, si uoluerit, dimittere non prohibetur, quanq; ipse in pignore † potior sit.

† obligat à pẽcunia

† prior

Si duo creditores unum pignus debitoris habeant obligatum, & posterior creditor priori creditori pecuniam offerat, potest pignus obligatum ad se transferre. Item si prior creditor, licet † posterior sit in pignore retinendo, si offerat pecuniã, potest apud se pignus retinere. Alia.

† potior

Seruus, si mutuam pecuniam seruitutis tempore acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conueniri non potest.

DE VSVRIS. TIT. XIIII.

SI pactum nudum de præstandis usuris interpositum sit, nullius est momenti: Ex nudo enim pacto in ciues Romanos actio non nascetur. Interpretatio.

Pactũ nudum dicitur, si cautio creditori à debitore, in qua centesimas se soluturum promisit, sine stipulatione fiat. Et ideo usuræ ex nuda cautione creditori penitus non debentur. Alia.

Vsuræ supra centesimam solutæ, sortẽ minuunt, consumpta sorte † repeti possunt. Interpretatio.

† recipi

In pecunijs creditis, cum solutio usurarum sortẽ æquauerit, si quid amplius creditori datũ fuerit, de capite debiti subtrahitur: Si uero & centesima, & caput impletum est, quod amplius creditor accepit, reddere cogetur debitori. Alia.

Traiectitia pecunia, propter periculum creditoris, quamdiu nauigat nauis infinitas usuras capere potest. Interpretatio.

Traiectitia pecunia propter periculũ dicitur, quæ in nauí ut ad transmarina deferatur, deponitur, quia maris periculo cõmittitur, in quãtas cõuenerit usuras, hanc pecuniam dare creditor potest. Alia.

Vsuræ quæ centesimã excedunt, per errorem solutæ repeti possunt. Interpretatione non indiget. Alia.

Si quis pignora debitoris citra autoritatẽ iudicantis abduxerit, uiolentiæ crimen admittit. Interpretatione non indiget. Alia.

Tutor

Tutor in usuras non conuenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocauit, quod idonea Nomina non habebat, quibus pecunia colloca retur, cuius rei contestatio apud Præsidem prouinciæ deponenda est.

DE MANDATIS. TIT. XV.

OB subitam ualetudinem, ob necessariam peregrinationẽ, ob inimicitiã, & inanis rei actiones, integra adhuc causa, mandati negocium renuntiari potest. Interpretatio

Propter subitam infirmitatem, & necessitatem peregrinationis, uel propter inimicitias maioris personæ cuiuscunq; uideatur actio uacillare, integra adhuc causa, is qui susceperit, susceptum negocium renuere potest. Alia.

Si meis nũmis mandato tuo aliquid tibi cõparauero, & si rem postea accipere nolis, mandati actio mihi aduersus te cõpetit: Non enim quod impensum est solum, sed & usuras eius consequi possum.

Interpretatione non admodum indiget. Alia.

Certo pretio rem iussus distrahere, si minoris uendiderit, mandati iudicio pretij summa poterit integrari. Venditionem enim dissolui non placuit. Interpretatio.

Si quis cuilibet mandet, ut rem suam decem solidis uendat, & ille eam octo uendiderit, pretium quod ei † mandatũ est, quicquid minus ab emptore percipit, mandatori complere compellitur. Venditio tamen rescindi non potest. † *demandatũ*

PRO SOCIO. TIT. XVI.

SIcut lucrum, ita & damnum inter socios communicatur, nisi quid culpa socij, uel fraude euersum sit.

Interpretatione non indiget.

DE EXEMPTO ET VENDITO. TIT. XVII.

VEnditor, si eius rei quam uendiderit, dominus nõ sit, pretio accepto autoritatis manet obnoxius: Aliter enim non potest obligari. Interpretatio.

Si quis rem alienam uendiderit, & pretium acceperit, ad redhibitionem duplæ pecuniæ manebit obnoxius. Alia.

Si res simpliciter traditæ euincantur, tanto uenditor emptori condemnandus est, quanto si stipulatione pro euectione cauisset. Interp.

Si quicunq; rem simpliciter, id est, sine pœnæ interpositione emptori tradiderit, & de eadem re emptor fuerit superatus, in tantum ei uenditor manebit obnoxius, uelut si euectionis pœnam, id est, duplum se redditurum pretium in uenditione promiserit. Alia.

Res empta, mancipatione & traditione perfecta si euincatur, autoritatis uenditor duplotenus obligatur.

DE

DE MODO, ID EST, DE SPACIO. TIT. XVIII.

DIstracto fundo, si quis de modo, id est, spatio mentiatur, in duplo eius quod mentitus est, facta Iudicis æstimatione, conuenitur. Non indiget interpretatione. Alia.

Redhibitio uitiosi mancipij intra sex menses fieri potest, propter latens uitium. Interpretatione non eget. Alia.

Si ut seruum quis pluris uenderet, de artificio eius, uel peculio mentitus est, actione ex empto conuentus, quanto minoris ualuisset, emptori præstare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere. Interpretatio.

Si uenditor, cum mancipium distraheret, de artificio eius, uel de peculio, pro caritate pretij mentitus est, emptori, quantum sine peculio uel artificio ualere potuerat, tantum reddere compellatur, aut certe mancipium uenditum recipere, reddito pretio, acquiescat. Alia.

Ex die emptionis si pars pretij numerata sit, & fructus, & opera eius, & fœtus pecorum, & ancillarum partus ad emptorem attinent. Alia.

Fundum alienum mihi uendidisti, postea, idem ex causa lucratiua meus factus est, competet mihi aduersus te ad pretium recuperandum actio ex empto. Interpretatio.

Si quis agrum alienum cuicunq; uendiderit, & postea hic ipse ager ab alio domino cuius erat, emptori donatus sit, uenditor emptori in redhibitione pretij quod accepit manebit obnoxius. Alia.

Post rem † traditam nisi emptor pretium statim exoluat, usuras eius præstare cogendus est. Alia. † *uerò traditã*

Mutus emere & uendere potest, furiosus autem neque emere, neque uendere potest. Non indiget interpretatione. Alia.

Seruus bona fide comparatus, si ex ueteri uitio fugerit, non tantum pretiũ dominus, sed & ea quæ per fugã abstulit reddere cogetur. Alia.

Cum probatio prioris fugæ defecerit, serui responsioni credendũ est: In se enim interrogari, non pro domino, aut in dominũ uidetur. Alia.

In eo contractu, qui ex bona fide descendit, instrumentorum obligatio sine causa † demonstratur, si quo modo uoluntas † de fine contractus possit ostendi. Interpretatio. † *desideratur* † *In exemplari Argent. legebatur: uendendi contractus. In Murbacensi uero: de fide, quod probo.*

In contractibus empti & uenditi, qui bona fide ineuntur, uenditionis instrumẽta superflue requiruntur, si quocũq; modo res uendita, dato & accepto pretio, qualibet probatione possit agnosci. Alia.

Fundus eius esse uidetur, cuius nomine comparatus est, non à quo pecunia † numerata est, si tamen fundus cõparatori sit traditus. Interp. † *rata numerata*

Si ager alterius nomine, & alterius pecunia fuerit comparatus, eius esse dignoscitur, cuius nomine comparatus est. Si tamen ipsi cõparatori agrũ traditũ fuisse constiterit.

constiterit, illi uero pecuniam quam dederant à possessore recipiant. Sicut multis aliis speciebus habetur expositum. Alia.

Electo reo principali, fideiussor uel hæres eius liberatur: Non enim in mandatoribus obseruatur. Interpretatio.

† contracto

Si quis † contempto fideiussore, debitorem suum tenere maluerit, fideiussor uel hæres eius à fideiussionis uinculo liberatur. Si uero procurator litis uictus fuerit, mandator eius ad solutionem tenetur.

DE LOCATO ET CONDVCTO. TIT. XIX.

HOmo liber, qui statum suũ in potestate habet, & peiorare eũ, & meliorem facere potest. Atq; ideo operas suas diurnas nocturnasq; locat. Alia.

Fundi deteriores facti, & cultura non exercitati, & ædificiorũ non refectorũ culpa, pro arbitrio iudicis domino à conductore sarciri potest.

DE NVPTIIS. TIT. XX.

SPonsalia tam inter puberes quàm inter impuberes contrahi possunt. Non indiget interpretatione. Alia.

Eorum qui in potestate patris sunt, sine uoluntate eius matrimonia iure non contrahuntur, sed contracta non soluuntur. Contemplatio enim publicæ utilitatis priuatorum cõmodis præfertur. Int.

†filiosfamiliàs

Viuẽtibus patribus, inter † filios filiasq; sine uoluntate patrũ matrimonia non legitime copulantur, sed si cõiuncta fuerint, non soluantur: quia ad publicã utilitatẽ antiquitas pertinere decreuit, ut procreandorum liberorum causa coniunctio facta non debeat separari. Alia.

Inter seruos & liberos matrimonia contrahi non possunt, contubernium potest. Alia.

Neq; furiosus, neq; furiosa matrimonium contrahere possunt, sed cõtractum matrimonium furore non tollitur. Interpretatio.

†causam

Si qui matrimonium sani contraxerint, & uni ex duobus amentia aut furor accesserit, ob hanc † infirmitatẽ coniugia talium solui non possunt. Alia.

Vir absens uxorẽ ducere potest, fœmina absens nubere nõ potest.

Si uir in peregrinis aliqua fuerit occasione detentus, absente eo constituto die, possunt nuptiæ celebrari, ut ab amicis uel parentibus eius puella susceptа ad domum mariti ducatur. Nam sicut uiro absente hoc ordine possunt nuptiæ celebrari, ita fœmina absente non possunt. Alia.

†patroni uel uxoris

Libertum qui ad nuptias † patronæ, uel filiæ patronæ affectauerit, pro dignitate personæ metalli pœna, uel operis publicis coherceri placuit.

†detrudatur

Libertus si ad coniunctionẽ patronæ, uel patroni filiæ aspirare tentauerit, in metallum † deputatur.

DE

DE CONCVBINIS. TIT. XXI.

IO tẽpore quo quis uxorẽ habet, concubinã habere non potest. Cõcubina igitur ab uxore solo delicto separatur. Int.

Qui uxorem habet, eo tempore concubinam habere prohibetur, ne ab uxore eum dilectio separet concubinæ.

DE DOTIBVS. TIT. XXII.

DOs aut antecedit, aut sequitur matrimoniũ. Et ideo uel ante nuptias, uel post nuptias dari potest: sed ante nuptias data, earum expectat aduentum. Interpretatio.

†parte.

Dos dicitur, quæ à † patre sponsarũ uiris datur: quæ tamẽ potest aut ante nuptias, aut post nuptias dari. Alia.

Lege Iulia de adulteris cauetur, ne dotale prædium maritus, inuita uxore alienet. Non indiget interpretatione.

DE PACTIS INTER VIRVM ET VXOREM. TIT. XXIII.

FRuctus fundi dotalis cõstante matrimonio percepti, lucro marito cedũt, etiã pro rata anni eius quo factũ est diuortiũ.

Fructus agri dotalis, manente coniugio, ad maritũ pertinent, sed & illius anni, quo matrimoniũ diuortio separat, ad maritũ pertinere certissimũ est.

Omnibus pactis stipulatio subiici debet, ut ex stipulatu actio nasci possit. Interpretatione non indiget. Alia.

DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOREM. TIT. XXIIII.

MOrtis causa donatio est, quæ impendente metu mortis fit, ũt est ualetudinis, peregrinationis, nauigationis, uel belli. Alia.

†uelut certò

Manumissionis gratia inter uirũ & uxorem donatio, fauore libertatis recepta est, † uel certe, quod nemo ex hac fiat locupletior. Ideoq; seruũ manumittẽdi causa inuicẽ sibi donare nõ prohibẽtur. Int.

In cõiugio hæc sola donatio ex hac lege permittitur, ut mancipia sibi inuicẽ quæ manumittant, non quæ habeant donare possint. Alia.

Inter uirũ & uxorem, nec per interpositam personam donatio hac lege permittitur fieri posse. Alia.

Inter uirum & uxorem contemplatione donationis, imaginaria ũenditio contrahi non potest. Alia.

Superstite eo, qui matrimonij tẽpore donauerat, ante decedente cui fuerat donatum, id quod donatũ est, penes donatorẽ remanet. Interp.

Si manente cõiugio uir uxori, uel uxor marito aliquid donauerit: si is cui donatum est prior mortuus fuerit, apud donatorẽ ea quæ donata fuerant remanebunt.

Quocunq; tempore contẽplatione mortis, inter uirum & uxorẽ do-

natio facta est, morte sequuta conualescit. Interpretatio.

† Non erat in nonnullis codicibus.

Si inter maritum & uxorem, † matrimonij tempore, mortis causa fuerit facta donatio, morte unius conualescit: Nam in donationibus, quæ mortis causa fiunt, hæc uerborum solennitas custoditur: Illum agrum, aut illam domum te malo habere quàm me, te, quàm hæredes meos.

DE LIBERIS AGNOSCENDIS. TIT. XXV.

SI serua conceperit, & postea manumissa pepererit, liberum parit. Id enim fauor libertatis extorsit. Alia.

Si libera conceperit, & ancilla facta pepererit, liberum parit. Id enim fauor libertatis exposcit. Alia.

Si ancilla conceperit, & medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum parit. Media enim tempora libertati prodesse, non nocere etiam possunt. Alia.

Ex ea muliere natus, quæ ex causa fideicommissi manumitti debuit, si per moram libertati factam nascatur, ingenuus nascitur. Interpretatio.

Si ea mulier, quæ per fideicommissum manumitti iussa est, fideicommissario in præstanda libertate, quæ ei mandata est, moram faciente pepererit, qui natus est ingenuus nascit: Quia fideicõmissarij tarditas ingenuitati eius obesse non poterit.

Si mulier diuortio facto grauidam se sciat, intra triceſimum diem uiro denuntiare debet, uel patri eius, ut ad uentrem inspiciendum, obser-

† quò missi uandumq; custodes mittant, † quibus missis partũ mulieris omnimodo cogantur agnoscere. Interpretatio.

Si quæcunq; mulier matrimonio per diuortium dissoluto, prægnantẽ se esse senserit, & hoc in notitiam mariti uel patris eius detulerit, ut ad inspiciendum uel obseruandum uentrem suum custodes mittantur, quos dum miserint, partum mulieris, id est, natiuitatem sui hæredis compellentur agnoscere. Alia.

Si prægnantem mulier se esse non denuntiauerit, uel custodes uẽtris

† alere missos non admiserit, liberũ est patri uel auo, natũ non † habere: Cæterũ

† potuerit negligentia matris, quo minus † suus patri hæres sit, obesse nõ † debet.

† suo

Si post diuortiũ prægnantẽ se mulier marito nõ indicauerit, uel custodes ad obseruationẽ uentris missos custodire non permiserit, potest pater uel auus eum qui natus fuerit nõ nutrire: sed negligentia matris statutũ est ei, qui natus est, in successione patris nocere penitus nõ debere, quin post mortẽ patris sine dubio succedat.

Si mulier se ex uiro prægnantem negat, permittitur marito uentrem inspicere, & uentri custodes dare. Alia.

Venter inspicitur per quinq; obstetrices, & quod maxima pars earũ denuntiauerit, pro uero habetur. Interpretatio.

Quoties de mulieris prægnatione dubitatur, quinque obstetrices, id est, Medicæ, uentrem iubẽtur inspicere. Et quod plures ex ipsis se agnouisse dixerint, hoc certissimum iudicetur. Alia.

Obstetricem, quæ partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio

supplicio affici placuit. Hæc interpretatione non indiget.

QVEMADMODVM FILII SVI IVRIS EFFICIANTVR. TIT. XXVI.

PAter ab hostibus captus, desinit habere filios in potestate. Postliminio uero reuersus, tam filios, quàm omnia sui iuris in potestatem recipit, ac si nunquã ab hostibus captus sit. Alia.

Singulæ emancipationes, uel ijsdẽ, uel alijs testibus fieri possunt, uel eodem die, uel intermisso tempore. Interpretatione non eget. Alia.

Emancipatio etiam die feriato fieri potest. Alia.

Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem, emancipari & manumitti potest. Alia.

Filius familiãs emancipari inuitus † cogendus est.

† non potest

DE ADVLTERIIS. TIT. XXVII.

INuentam in adulterio uxorem, maritus ita demum occidere potest, si adulterum domi suæ deprehendat.

Interpretatione non indiget.

Eum qui deprehensam in adulterio uxorẽ non statim dimisit, reum le nocinij postulari placuit. Alia.

In causa adulterij dilatio postulata † impartiri non potest.

† impediri

DE EXCVSATIONIB. TVTORVM. TIT. XXVIII.

NImicitiæ capitales, quas quis cum patre pupillorũ habuit, à tutelis excusant, ne paterno inimico pupilli cõmittantur. Int.

Si cum patre minorum aliquis graues inimicitias habuisse cognoscitur, à tutela pupillorum merito excusatur, ne inimico paterno paruulorum defensio committatur. Alia.

Ad curã eius, cuius qs tutelã administrauit, inuitus uocari nõ potest.

DE POTIORIB. NOMINANDIS. TIT. XXIX.

NOn recte potiorẽ uidetur nominare, qui causam nominatim potioris non expresserit. Alia.

Potior quis esse debet, non solum à gradu generis, sed & substantia rei familiaris. Interpretatio.

Qui potior ad tutelam eligendus est, non solũ pupillo generis adfinitate propinquior cedit, sed & facultatibus debet magis idoneus approbari.

QVI POTIOR NOMINARI NON POSSIT. TIT. XXX.

LIbertus, quẽ pater Tutorẽ dedit, si minus idoneus dicatur, excusari quidẽ nõ potest, sed adiũgi illi curator potest. Interp.

Si à patre filijs minoribus libertus Tutor fuerit derelictus, si parũ idoneus uidet, excusari qdẽ ab actione tutelæ nõ potest, sed potest illi Curator adiũgi.

†DE ORATIONE DIVI SEVERI. TIT. XXXI.

† Ad rationẽ

DOlo Tutoris, Curatorisúe detecto, in duplum eius pecuniæ condemnatione conueniuntur, qua minorem fraudare uoluerunt.

DE FVRTIS. TIT. XXXII.

FVr est, qui dolo malo rem alienã contrectat. Interpretatio.

Fur est, qui rem alienam fraude interueniẽte contigerit. Alia.

Furtorũ genera sunt quatuor, manifesti, nec manifesti, concepti, & oblati. Manifestus fur est, qui in faciendo deprehensus est, & qui intra terminos eius loci, unde quid sustulerat, deprehensus est, uel antequã ad eum locum, quo destinauerat, perueniret. Nec manifestus fur est, qui in faciendo quidẽ deprehensus nõ est, sed eum furtũ fecisse negari non potest, Concepti actione is tenetur, apud quẽ furtum quæsitum & inuentũ est. Oblati actione is tenetur, qui rem furtiuã alij obtulit, ne apud se inueniretur. Alia.

† rem perisse

Furti actione is agere potest, cuius interest †nõ perdidisse. Alia.

Concepti is agere potest, qui rem concepit & inuenit. Alia.

Oblati is agere potest, penes quẽ res concepta & inuenta est. Alia.

Manifesti furti actio, & nec manifesti, & cõcepti ac oblati, hæredi quidem competit, sed in hæredem non datur. Interpretatio.

Furtorum genera hæres eius, qui furtum fecerat, prosequi potest, eius uero hæredes, qui furtum fecerat, ad pœnam criminis tenere non possunt. Alia.

Seruus, qui furtũ fecerit, damnúmue dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxæ dedi potest. Interpretatio.

Si seruus alicui furtũ fecerit, uel damnũ dederit, si dominus eius pro eo reddere noluerit, tradere eum uindictæ pro qualitate facti debebit. Alia.

Si seruus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit, aut alienatus, cum ipso manumissore, uel emptore agi potest: Noxa enim caput sequitur.

Seruus qui furtum fecerit, & postea aut manumissus, aut uenditus fuerit, aut is qui manumissus est, pro furti redhibitione tenebitur, aut emptor eius: Quia noxa semper caput sequitur. Alia.

Filiusfamilias si furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur: quia in omnibus noxa caput sequitur. Alia.

Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur. Alia.

Qui meretricem libidinis causa rapuit, & cælauit, eum quoq; furti actione teneri placuit. Alia.

Furti manifesti actio, præter pœnã quadrupli, ipsius rei prosecutionẽ genere uendicationis & condictionis continet.

Furti

Furti manifesti pœna quadrupli est, & ipsius rei quæ est sublata, redhibitio.

Furti concepti actio, aduersus eũ qui obtulit, tripli est pœna, & ipsius rei †restitutio. Interpretatio. † repetitio

† Si quis rem furtiuam alteri obtulit, ne apud ipsum inueniretur, tripli pœna est, & ipsius rei redhibitio, quæ sublata cognoscitur. Alia. † Is qui

Furti quocunq; genere condemnatus, famosus efficitur. Alia.

Quæcunq; in caupona, uel in meritorio stabulo, diuersorioq; perierint, in exercitores eorum furti actio competit. Alia.

Rem pignori datã, debitor creditori subtrahendo furtũ fecit. †Quod & ipse similiter †amiserit, suo nomine persequi potest. Alia. †quasi †admiserit

Pater, †mater, uel dominus, de ea re, quæ filiofamiliâs, uel seruo surrepta est, furti agere potest: Interest enim ei deferri actionem, qui de peculio conuenitur. Interpretatio. † Non erat in nonnullis codicibus.

Si filiofamiliâs, uel seruo, furto aliquid sublatum fuerit, ad patrem uel dominũ furti actio pertinebit: Quia merito eis hæc actio datur, ex quorum personis solent †aliquoties conueniri. Alia. † aliquatenus

Si rem quam tibi cõmendaui, postea surripui, furti actio cõpetere tibi non poterit: Rei enim nostræ furtum facere non possumus. Alia.

Si cum furtũ quis quærit, damnũ iniuriæ dederit, actione legis Aquiliæ tenebitur. Interpretatio.

Si cum furtum quis quærit, damnum alicui dederit, uel iniuriam fecerit, secundum legem Aquiliam in duplum damni illati redhibitione multatur. Alia.

Ob indiciũ cõprehendendi furis præmiũ promissum, iure debetur.

Siue segetes †per furtũ, siue quælibet arbores cæsæ sint, in duplũ eius rei nomine reus conuenitur. Alia. † Non erat in nonnullis exemplaribus

Qui tabulas cautionésue surripuit, in ascriptã summã furti actione tenebitur, nec interest an cancellatæ nec ne sint, quia ex hijs debitum solutũ interest comprobari. Interpretatio.

Qui tabulas aut cautiones furto abstulerit, ad eam summam redhibitionis, quã tabulæ, uel chartæ sublatæ continent, furti actione tenebitur: Nec interest, utrũ cautiões ipsæ sine aliqua †litura sint, an fuerint cãcellatæ, aut forsitan iã solutæ. Alia. † læsione

Seruus, qui in fuga est, à domino quidem possidetur, sed dominus furti actione eius nomine non tenetur: quia in potestate eum non habet.

DE OPERIS LIBERTORVM. TIT. XXXIII.

EGentẽ patronũ, libertus obligatione doni, muneris & operarum solutus, alere cogẽdus est pro modo facultatũ suarũ. Int.

Si qs ita fuerit manumissus, ut nec donũ, nec operas patrono præstare deberet, & patronus eius egens fuerit effectus, eum pro modo facultatũ suarũ pascere, & sustentare compellatur.

IVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM, LIBER TERTIVS.

TITVLI LIBRI TERTII.

De Carboniano edicto.
De bonis liberti.
De lege † Fabia. † Fabiana
De testamentis.
De eo cui moribus interdicitur.
Item de testamentis.
Ad senatusconsultum Syllanianum.
De legatis.
De usufructu.
De mortis causa donationibus.
Ad legem Falcidiam,

DE CARBONIANO EDICTO. TITVLVS I.

SI fratri puberi controuersia fiat, an pro parte impuberis differri causa debeat, uariatum est. Sed magis est, ut differri non debeat. Interpretatio.

Si quis contra duos fratres, id est, unum puberē, cuius ætas Curatorem habere potest, & alterum impuberem causam habeat, si frater qui senior est, propter personam fratris minoris, ne causam dicat, se uoluerit excusare, ille qui senior est pro sua causa uel persona respondere cōpellitur. Quod etiamsi Curatorem non habeat, adhibere sibi cogetur. Nam adultus se per personam pupilli penitus non excusat.

DE BONIS LIBERTI. TIT. II.

IN bonis liberti prior est patronus, quàm filius alterius patroni. Itemq; prior est filius patroni, quàm nepos alterius patroni. Alia.

Si libertus duos patronos † hæredes instituit, alter eorū uiuo liberto moritur, is qui supereſt contra tabulas testamenti bonorum possessionem recte postulat. Interpretatio. † habere

Si libertus duos patronos hæredes scripserit, & unus ex ipsis patronis uiuente liberto mortuus fuerit, ad illum patronum qui supereſt, quod ambobus dimiserat pertinebit.

Libertorum

Libertorum hæreditas, in capita, non in stirpes diuidetur. Et ideo si unius patroni duo sint liberti, & alterius quatuor, singuli uiriles, id est, æquales portiones habebunt. Alia.

Patronus, uel patroni liberti, ex parte dimidia hæredes instituti, † debitum liberti pro portionibus exoluere cogātur. Interpretatio. † æs alienum

Si liberto mortuo patronus, uel patroni filij, cum secundum paginam testamenti in dimidia eius hæreditate successerint, debitum liberti pro portionum suarum † quantitate restituant. † propinquitate

DE LEGE FABIA. TIT. III.

EA quæ in fraudem patroni à liberto quoquo modo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono, quàm à liberis eius reuocantur. Interpretatio.

Si libertus aliqua ex bonis suis hoc animo alienauerit, ne ad patronum, uel filios eius inter hæreditaria corpora perueniant, id quod hoc ordine per fraudem alienatum constiterit, potest à patrono, uel filijs ipsius reuocari.

DE TESTAMENTIS. TIT. IIII.

TEstamentum facere possunt masculi, post impletum quartumdecimum annum, fœminæ post duodecimum. Alia.

Spadones eo tempore testamentū facere possunt, quo ✻ pleriq; pubescunt, id est, anno decimo octauo. Alia. ✻ Non erat in nōnullis codicibus hæc dictio.

Filius familiâs, qui militauit, de castrensi peculio tam communi, quàm proprio iure testamentum facere potest. Castrense autem peculium est, quod in castris acquiritur, † & quod proficiscēti ad militiā datur. Alia. † uel

Cæcus testamētum potest facere, quia scire potest adhibitos testes, & audire sibi testimonium perhibentes. Alia.

Furiosus tempore intermissæ furiæ testamentū facere potest.

DE EO CVI MORIBVS INTERDICITVR. TIT. V.

MOribus per Prætorem bonis interdicitur hoc modo: Quando tibi bona paterna habita, quæ nequitia tua disperdis, liberosq; tuos ad egestatem perducis, † ob eam rem tibi † ea re cō mercioq; interdico. † ab ea re † arcere

ITEM DE TESTAMENTIS. TIT. VI.

QVi ab hostibus captus est, testamētum quasi seruus facere nō potest. Sanè ualet testamentum id, quod ante captiuitatem factum est, si reuertatur iure postliminij. Aut si ibidem decedat, beneficio legis Corneliæ ualet: qua lege etiam legitimæ tutelæ hæreditates q; firmantur.

Qui ab hostibus captus fuerit, in captiuitate positus, quia seruus est, non potest facere testamentum. Sed si quod testamentum ante fecit, si redierit, iure postlimi-
†aut nij ualet. † Sed si ibidem † defecerit, beneficio legis Corneliæ, qua lege etiam legi-
†decedat timæ tutelæ hæreditates cę firmantur, ualet. Alia.

In insulam relegatus, & in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet ciuitatẽ, testamentũ facere potest, & ex testamẽto capere. Int.

†deportatur Qui pro aliquo crimine ad tempus aut in insulam relegatur, aut in metallũ †deputatur, quia perpetuam damnationem non habet, & testamentũ facere potest, & si quid ei ex testamento derelictum fuerit, obtinebit. Alia.

Plures quàm septem ad testamentum adhibiti non nocent. Superflua enim facta prodesse iuri tantum, nocere non possunt. Alia.

In aduersa corporis ualetudine mente captus, eodem tempore testamentum facere non potest. Alia.

Prodigus recepta uitæ sanitate, ad bonos mores reuersus, & testamẽtum facere potest, & ad testamenti solennia adhiberi potest. Alia.

Ex hijs qui ad testamentũ adhibentur, si qui sint qui Latine nesciant,
†si uel non intelligant, † sed tamen sentiant, cuius rei interfint, adhibiti non uitiant testamentum. Alia.

Conditionũ duo sunt genera: Aut enim possibilis est, aut impossibilis. Possibilis, quæ per rerum naturam admitti potest. Impossibilis, quæ nõ potest. Quarum ex euentu altera expectatur, altera impossibilis submouetur. Interpretatio.

Si aliquis in testamento suo conditionem hæredi constituat, quã prius impleat, quàm hæreditatem præsumat, merito ad eam implendam, quia possibilis uidetur, expectandum tempus istud est, ut non præsumatur hæreditas, quãdiu conditio impleatur: Nam si impossibile aliquid hæredi fuerit iniunctũ, quod impleri penitus nõ potest, talis conditio statim submouenda est: quia nullum scripto hæredi impedimentum facit. Alia.

Conditiones contra leges, & decreta principum, uel bonos mores ascriptæ, nullius sunt momenti, ueluti: si uxorem non duxeris, si filios nõ
†Non est in codice Argento: cum in Murpacensi pro barbaro legeretur laruali. susceperis, si homicidium feceris, si barbaro, uel † latronali habitu processeris, & hijs similia, Alia.

Quoties nõ apparet qs sit hæres institutus, institutio nõ ualet. Quod euenit, si testator plures amicos unius nominis habeat. Interpretatio.

Quoties in testamento hæres euidenter qui sit scriptus non exprimitur, nulla fit mitas est hæredis: Nam si euenit, ut testatori amici plures uno nomine nuncupentur, debet testator, quẽ de illis hæredẽ appellat, rebus euidẽtibus declarare. Alia.

Hæredes aut instituti, aut substituti dicuntur, Instituitur primo gradu, substituitur secundo uel tertio scriptus. Interpretatio.

Qui testamenta faciunt, sicut instituere hæredes, ita & substituere possunt. Nam qui primo gradu hæredes scripti sunt, instituti appellantur: qui secundo, substituti: qui tertio, scripti uocantur: Quia usq; ad tertium gradum hæredes substituere, pro-

testatoris

testatoris uoluntate permissum est, hoc est, ut secundum uoluntatem testatoris ita substitutio ordinata seruetur, ea tamẽ ratione, ut sicut committitur fidei hæredis, sic quibuscunq; uerbis testator iniunxerit, hæreditas defuncti ab instituto ad substitutum ualeat peruenire. Alia.

Substituere quis & pure, & sub conditione potest, & tam suis quàm extraneis, tam puberibus, quàm impuberibus. Interpretatio.

Substitutio & pure, id est, sine conditione, fieri potest, hoc est, ut cum ad substitutum hæreditas peruenerit, ad tertium hæredem non debeat peruenire. Sub conditione autem ita quis substituitur, ut cum ille mortuus fuerit, ad tertium hæredẽ, id est scriptum, hæreditas quæ est ab eodem tenta, perueniat. Quæ tamen substitutio tam in suos hæredes, quàm in alienos, & tam puberes, quàm impuberes fieri potest, hoc est, & in pupillos, & in adultos. Alia.

In quot uult uncias testator hæreditatem suam diuidere potest, imple to asse, sine parte hæredis instituti, ad prioris assis semissem æquis portionibus ueniunt. Interpretatio.

In quot uult uncias testator assem suum in diuersos hæredes diuidere potest, ut faciat si uoluerit, & XV. & XX. uncias, & in maiori numero. Aut certe, si uoluerit, & in minori potest, hoc est, aut VII. aut IX. Aut quot uoluerit in minori modo uncias facere potest. Si uero XII. uncias impleuerit, id est, totum assem in testamento suo, & postmodum alteri dicat: Ille hæres mihi esto, & nõ dicat in quot uncias: quia nihil impleto asse † in hæreditate remansit. Illi, qui in XII. uncias hæredes † de
nominatim instituti sunt, medietatem tollunt, & medietatem ille, qui post impletũ assem hæres est posterior sine portione aliqua nominatus. Quod si hæredes instituti in XII. uncias inueniantur, & postmodũ hæredem hijs uerbis testator instituat, ut dicat: Ex reliqua parte ille hæres mihi esto. Ei qui sic institutus est, nihil debetur: quia impleto asse, nihil quod ei testator reliquerit, dinoscitur remansisse. Alia.

Seruus alienus cum libertate hæres institutus, institutionem non infirmat, sed libertas, ut alieno, superuacue data uidetur. Interpretatio.

Si seruũ alienũ aliquis, data ei libertate, hæredẽ instituerit, institutio quidẽ facta ualebit, sed libertas alieno seruo data ualere non poterit. Alia.

Filio & extraneo æquis partibus hæredibus institutis, si præterita accrescant, tantũ suo aduocabit, quantũ extraneo. Si uero duo sint filij instituti, suis tertiam, extraneis dimidiã tollit. Interpretatio.

Si quis filium suum & extraneum æquis partibus testamento scribat hæredes, filia prætermissa tantum de portione germani sui, quantum de extraneis reuocabit. Si uero duo filij fuerint hæredes scripti, filia prætermissa duobus fratribus tertiam tollit, & extraneis dimidiam. Alia.

Talis est Posthumorum institutio: Si qui post mortem meam Posthumi nati fuerint, hæredes sunto te: Si uiuo eo nascantur, rumpunt testamentum. Interpretatio.

Si pater moriens, in testamento suo, sciens uxorem se prægnantẽ habere, ita scribat: ut, si qui filij post mortem meam nati fuerint, hæredes sint. Si post mortem patris nati fuerint, ualeat testamentum: Nam si post testamentum uiuo patre nati

 fuerint,

fuerint, & testamentum pater non mutauerit, rumpent testamentum. Alia.

Nepos posthumus, qui in locũ patris succedere potest, ab auo aut hæres instituendus est, aut nominatim exhæredandus, ne agnascando rumpat testamentum. Alia.

Qui semel constituit ad se hæreditatem pertinere, ac se rebus eius immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit.

AD SENATVSCONSVLTVM SYLLANIANVM. TIT. VII.

HAereditas eius, qui à familia occisus esse dicitur, ante habitam quæstionem adiri non potest, neque bonorum possessio postulari. Interpretatio.

Quicunq; à familia sua occisus fuerit, hæreditas illius ab hærede adiri non potest, nisi prius de familia quæstio fuerit uentilata, & mors occisi fuerit uindicata.

Occisus uidetur, non tantũ qui per uim, aut per cædẽ interfectus est, aut iugulatus, aut præcipitatus, sed & is qui ueneno necatus dicitur. Honestati enim hæredis conuenit, qualemcunq; mortem testatoris inuitam inultam non prætermittere. Alia.

Domino occiso, de ea familia quæstio habenda est, quæ intra tectum fuerit, uel certe extra tectũ, †cũ dominus eo tẽpore occidebatur. Alia.

†cum domino eo tempore cum occidebatur.

Qui occisus dicitur, si constet eum sibi quoquo modo manus intulisse, de familia eius quæstio non est habenda, nisi forte prohibere potuit, nec prohibuit. Alia.

† à

Neroniano senatuscõsulto cauetur, ut occisa uxore etiam † de familia uiri quæstio habeatur. Idq; iuxta uxoris familiam obseruatur, si uir dicatur occisus. Alia.

Serui, qui sub eodem tecto fuerint, ubi dominus perhibetur occisus, & torquentur, & puniuntur, etsi testamento occisi manumissi †sint. Sed & hij torquentur, qui cum occiso in itinere fuerunt. Alia.

†dicantur

Serui de proximo, si cum possent ferre auditis clamoribus auxilium domino, non tulerunt, puniuntur. Alia.

† qui

Seruos, †quicunq; in itinere circundatum à latronibus dominum per fugam deserunt, apprehensos & torqueri, & summo supplicio affici placuit. Alia.

Habebitur de familia quæstio, & si hæres testatorem occidisse dicatur. Nec interest, extraneus, an ex liberis sit.

Omnibus, qui contra uoluntatem defuncti faciunt, ut indignis aufertur hæreditas, si nihil testamento in fraudẽ legis fuerit cautũ. Int.

†si

Hæredi scripto, † qui aliquid contra ultimam defuncti fecerit uoluntatem, ut indigno

indigno aufertur hæreditas, si tamen nihil contra leges in eius testamento fuerit comprehensum. Alia.

Siue falsum, siue ruptum, siue irritum dicatur esse testamentum, salua eorum disceptatione, scriptus hæres iure in possessionem mitti desiderat. Alia.

Si inter hæredem institutum & substitutum controuersia sit, magis placuit eum in possessionem rerum hæreditariarum mitti, qui primo loco scriptus est. Interpretatio.

Si inter institutum & substitutum hæredem intentio de hæreditate nata fuerit, ille in possessionem rerum hæreditariarum mittendus est, qui institutus magis probatur, quàm is qui legitur substitutus. Alia.

Scriptus hæres ut statim in possessionẽ mittatur, iure desiderat, hoc post annum impetrare non poterit. Alia.

In eo testamento, quod neq; ut oportuit oblatum, neq; publice recitatum est, hæres scriptus in possessionem mitti frustra desiderat. Alia.

In possessionem earum rerum, quas mortis tempore testator non possedit, hæres scriptus, priusquam iure ordinario experiatur, improbe mitti desiderat.

DE LEGATIS. TIT. VIII.

PEr præceptionem uni ex hæredibus nummi legati, qui domi non erant, officio iudicis familiæ herciscundæ, à cohæredibus præstabuntur. Interpretatio.

Si testator uni ex hæredibus pecuniam, quam in substantia non reliquit, dari præceperit, nummi qui in legato relicti sunt, legatario tempore diuisionis, à cohæredibus implebitur. Alia.

Ante hæredis institutionẽ legari non potest, inter medias hæredum institutiones, siue alter, siue uterq; adeat, potest interdum dimidiũ, interdum totum: Debetur dimidium, si per uendicationem legatum sit: Totum, si per damnationem. Alia.

Communi seruo cum libertate, & sine libertate legari potest, totumq; legatum socio testatoris acquiritur. Alia.

Post mortem hæredis legari non potest: quia nihil ab hæredibus hæredi relinqui potest. Interpretatio.

Constitutum est, ut si quis hæredi suo iniunxerit, ut eius hæres cui dixerit soluat, hæc conditio † ualere non debeat: quia ille qui hæres relinquitur, quem sit hæredẽ habiturus incertum est. Alia.

† non ualeat

In mortis tempus tam sua, quàm hæredis eius legata confirmari possunt, hoc modo: Lucio Titio cũ morietur do, lego. Aut, hæres meus †Dares damnes esto. Interpretatio.

† dare

Si quis faciens testamentum iniungat hæredi, ut tempore, quo ipse hæres moritur, legatum legatario tradat, ualet legatum.

Per uendicationem legatum, etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atq; ita post apertas tabulas ante aditam hæreditatem decesserit, ad hæredem suum legatum transmittit. Interpretatio.

Constitutum est, ut legatum uendicationis, id est, quod non expectato hærede legatarius præsumit, etiam non præsumptũ à legatarij hærede præsumitur. Alia.

Si res obligata creditori, cuius causam testator non ignorat, per damnationem legata sit, solutio ad hæredis sollicitudinem spectat. Int.

Si pro debito pignus depositũ fuerit creditori, & testamento suo debitor id quod pignus posuerat, per damnationẽ ipsi creditori legati titulo derelinquat, creditor secundũ testamentũ legatũ possidet, et debitũ ab hæredibus recipiet testatoris. Alia.

Seruo fataliter interempto legatarij damnum est, quia legatum nulla culpa hæredis intercidit. Interpretatio.

† *legati titulo* Seruus nominatim † legatario dimissus, si mortuus fuerit, legatario non debeẽ.

Damnari hæres potest, ut alicui domum extruat, aut ære alieno eum liberet. Alia.

Sinendi modo tam corporales res, quàm quæ in iure consistunt, legari possunt. Et ideo debitori id quod debet recte legatur. Alia.

Eius rei quæ legata est, exemplo hæredis partim agnoscere, partim repudiare legatarius non potest. Alia.

Legatum, nisi certæ rei sit, & ad certam personam deferatur, nullius est momenti. Alia.

† *Titio* Si quis sibi & † alij legatum adscripserit, magis est ut totum legatum ad coniunctum pertineat. Interpretatio.

Si quis sibi & alij in alterius testamento legatũ cõscripserit, ad illũ quẽ sibi adiunxerit, magis quàm ad eũ qui pro se scripserit, totũ legatũ poterit pertinere. Alia.

Qui se filio testatoris impuberi Tutorẽ adscripserit, ut suspectus à tutela remouendus est, ad quam ultro uidetur affectasse. Alia.

Rem legatam testator si postea pignori uel fiduciæ dederit, ex eo uoluntatem mutasse non uidetur.

DE VSVFRVCTV. TIT. IX.

VSusfructus uniuscuiusq; rei legari potest, & aut ipso iure cõstituetur, aut per hæredẽ præstabitur: ex causa quidẽ dãnationis per hæredẽ præstabitur: ipso aũt iure per uendicationẽ. Al.

† *aut* Furioso, † & ægrotanti, & infanti ususfructus utiliter relinquitur. Horum enim alius resipiscere, alius cõualescere, alius crescere potest. Alia.

Ancillæ usufructu legato, partus eius ad fructuariũ nõ ptinẽt. Alia.

Gregis usufructu legato, grege in integro manente, fœtus ad usufructuarium

fructuarium pertinent, saluo eo, ut quicquid gregibus deperierit ex fœtibus impleatur. Alia.

Areæ usufructu legato, ædificia in ea constitui non possunt. Alia.

Accessio alluuionum ad usufructuarium fundum, qui fructus fundi non est, non pertinet. Venationis uero, & aucupij redditus ad fructuarium pertinent. Alia.

Seruus nec torquere, neq; flagellis cædere, neq; in eũ casum facto suo perducere usufructuarius potest, quo deterior fiat. Alia.

Fructu legato, si usus non ascribatur, magis placuit, usumfructum uideri ascriptum: Fructus enim sine usu esse non possunt. Alia.

Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit. Quod in fructu usuarius facere non potest. Interpretatio.

Si duobus ita legetur, ut alteri usus, alteri fructus legatur, relictus fructuarius, cum fructu usum præsumit, id quod ei qui eius usum acceperit, de fructibus non licebit. Alia.

Cum coniunctim dũobus usumfructum do lego: legatum altero mortuo ad alterum in solidum pertinebit. Interpretatio.

Si duobus † communem usumfructus legati titulo dimittatur, & unus ex ipsis mortuus fuerit, legatus ususfructus ex integro ad eũ q superfuerit ptinebit. Al. † *In communi*

Vsufructu legato, de modo utendi cautio à fructuario solet interponi. Et ideo perinde omnia se usurũ, ac si optimus paterfamiliâs uteretur, fideiussoribus oblatis cauere cogetur. Alia.

Vsusfructus amissus ad proprietatem recurrit. Amittitur autẽ quinque modis, capitis minutione, rei mutatione, non utendo, in iure cessione, dominij comparatione. Alia.

Capitis minutione amittitur, si in insulam fructuarius deportetur, uel si ex causa metalli seruus penè efficiatur. Aut si statum ex arrogatione, uel adoptione mutauerit. Alia.

Non utẽdo amittitur ususfructus, si possessione fundi biennio fructuarius non utatur, uel rei mobilis anno. Alia.

Rei mutatione amittitur ususfructus, si domus legata incẽdio conflagrauerit, aut ruina perierit, licet postea restituatur. Alia.

In iure cessione amittitur ususfructus, quoties domino proprietatis eum fructuarius in iure cesserit, Alia.

Finitur ususfructus aut morte, aut tempore: Morte, cum ususfructuarius moritur. Tempore, quoties ad certum tempus ususfructus legatur, uelut biennio, aut triennio. Alia.

Fundo uel seruo legato, tam fundi instrumentum, quam serui peculiũ ad legatarium pertinet.

Quærendorum

Quærendorũ fructuum causæ esse uidentur, qui opus rusticum fa-
† bidentes ciunt, & munitores, & uillici, & saltuarij. Item boues aratorij, aratra, † tri
dentes, & falces putatoriæ, frumentũ quoq; ad sementẽ repositũ. Alia.
† Cogendorũ † Condendorũ fructuum causa comparata, instrumento cedunt, uelut
corbes, aluei, falces messoriæ & fœnariæ, item molæ oliuariæ. Alia.

Conseruandarum fructuum causa comparata, instrumento cedunt,
† soccariæ uelut dolia, cupæ, uehicula rustica, & cibaria, pistores, asini, † focariæ.
† Legendum Item ancillæ, quæ uestimenta rusticis faciunt, † scotra quoque & sutor
opinor scra= continebuntur. Alia.
pta.

Vxores eorum qui operantur, magis est, ut instrumento cedant. Pe
cora quoque & pastores eorum stercorandi causa parata, instrumen
to continentur. Alia.

Ea autem quæ custodiæ magis causa, quod ad usus patrisfamiliæ eò
delata sunt, instrumenti nomine non continentur. Alia.

Vxores uero eorum, qui mercedes præstare consueuerunt, neq; in
structionis, neq; instrumenti appellatione continentur. Alia.

Piscatoris & uenationis instrumentum ita demum instrumento fun
di continetur, si ex hijs maxime fundi reditus cogatur. Alia.

Fructus percepti instrumento fundi ita demum cedunt, si ibidem ab
sumi à testatore consueuerant. Alia.

Fundo cum omni instrumento rustico, & urbano, & mancipijs, quæ
ibi sunt, legato, semina quoq; & cibaria debebuntur. Alia.

Fundo cum omni instrumento rustico, & urbano, & mancipijs, quæ
ibi sunt, legato, tam supellex, quàm æramentum, itemq; argentum, & ue
stes, quæ ibi paterfamiliâs instruendi gratia habere solet, debebuntur.
Item ea mancipia, quæ usui patrisfamiliâs esse solent. Itemq; aues &
pecora, quæ instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt,
exceptis hijs, quæ ibi custodiæ causa deposita sunt. Alia.

Fundo legato, ita ut optimus maximusq; est, retia apraria, & cætera
uenationis instrumenta continebuntur. Quæ etiã ad instrumentũ per
tinẽt, si quæstus fundi ex maxima parte in uenationibus cõsistat. Alia.

Fructus qui solo cohærebant, mortis testatoris tempore, ad legatariũ
pertinent. Ante percepti, ad hæredem. Alia.

† & Fundo legato cum mancipijs & pecoribus, † cum omni instrumẽto rũ
stico & urbano, peculium actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem
fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere. Alia.

Actor uel colonus ex alio fundo in eodem constitutus, qui cum omni
† ius instrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet, nisi eum ad † rem
eius fundi testator uoluerit pertinere.

Adiunctiones

Adiunctiones, quas fundo legato testator ex diuersis emptionibus
applicauerat, legatario cedere placuit. Alia.

Instructo prædio legato, fabri ferrarij, item tignarij, putatores, et qui
instruendi fundi gratia ibidem morabantur, legato cedunt. Alia.

Instructo fundo legato, libri quoq; & bibliothecæ, quæ in eodem fun
do sunt, legato continebuntur. Alia.

Seruus studendi gratia, ex eodem fundo qui cum mancipijs fuerat le
gatus, alio translatus, ad legatarium placuit pertinere. Interpretatio.

Si aliquis agrum cum mancipijs per legatum reliquerit, quicunq; exinde discen
di artificij causa alibi translatus fuerit, inter alia eius fundi mancipia ad legatarium
pertinebit. Alia.

Fundo ita ut possederat legato, mancipia tam urbana quàm rustica,
itemq; † aurum & uestes, quæ eodem tempore in fundo comprehendun † argentum
tur, ad legatarium pertinent. Alia.

Pascuaria, quæ postea comparata ad fundum legatum testator adiun
xerat, si eius appellatione contineantur, ad legatarium pertinent. Alia.

Quicquid in eadem domo, quã instructam legauit paterfamiliâs, per
petuo instruendi se gratia habuit, legatario cedit. Alia.

Instructa domo legata, in legato continentur, quibus domus muni
tior, uel tuta ab incendio præstatur, ut tegulæ, specularia, & tela legato cõ
tinebuntur. Item æramenta, lecti, culcitræ, puluini, subsellia, cathedræ,
mensæ, armaria, delphicæ pelues, aquiminalia, candelabra, lucernæ, &
similia quacunq; materia expressa. Interpretatio.

Hic de domus conuersatione, non de uilla dicit. Alia.

Domo legata, balneum eius quod publice præbetur, nisi aliâs separe
tur legato cedit. Alia.

Domo cum omni iure suo, sicut instructa est, legata, urbana familia,
item artifices, & uestiarij, & zytharij, & aquarij, & eidem domui seruiẽ
tes legato cedunt. Alia.

Omnibus quæ in domo sunt legatis, cautiones debitorũ, rationesq;
seruorum legato cedunt. Alia.

Mobilibus legatis, aurum uel argentũ non debetur, nisi de hijs quoq;
manifeste sensisse testatorem possit ostendi. Alia.

Instrumento cauponio legato, ea debentur quæ in cauponis usum pa
rata sunt, uelut uasa in quibus uinum diffunditur, escaria quoq; & pocula
& uasa debentur. Sanè ministri earum rerum legato non cedunt. Alia.

Instrumento medici legato, collyria, & emplastra, & apparatus o
mnis conficiendorũ medicamentorũ, itẽq; ferramẽta legato cedunt. Al.

Instrumento pictoris legato, colores, † pensuli, cauteria, & tempe- † penicilli
randorũ

randorum colorum uasa debebuntur. Alia.

Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molæ, & serui qui pistrinũ exercẽt, itẽ machinæ, quibus farinæ subiguntur, legato cedunt. Alia.

†hypodia Instrumento balneatorio legato, balneator ipse, & scamna, & †podia.

†situlæ †fistulæ, miliaria, epistomia, rotæ aquariæ, iumẽta quoq; quibus ligna deferuntur legato cedunt. Alia.

Instrumento piscatoris legato, & retia, & nassæ, & fuscinæ, & nauiculæ, hami quoq;, & cætera eiusmodi usibus destinata debentur. Alia.

Supellectile legata, capsæ, armaria, non solum librorum, aut quæ uestis ponendæ gratia parata sint debebũtur, sed & byssina, & crystallina,

†aurea, aliàs nitria & argentea, &†uitrea uasa, tam escaria quàm pocula, & uestes stratoria legato cedunt. Alia.

Villis uel agris separatim legatis, alterum alteri cedit. Interp.

Si quis per testamentũ cuicunq; legati titulo agrũ reliquerit, & uillam reliquisse uidetur. Si uero uillam reliquerit, & agrum reliquisse cognoscitur. Alia.

Seruis do, lego legatis, ancillæ quoq; debebuntur. Non item serui, legatis ancillis. Sed ancillarum appellatione tam uirgines, quàm seruorũ pueri continẽtur, ijs scilicet exceptis, quæ fiduciæ datæ sunt. Interp.

Seruis legati titulo dimissis, tam pueri quàm ancillæ debebũtur: Quia masculorum appellatione etiam fœminæ continentur. Ancillis uero legatis, serui non continentur. Ancillarum autem appellatione tam uirgines, quàm puberes uel impuberes accipiendæ sunt, exceptis quæ testator loco pignoris posuerit. Alia.

Seruis amanuensibus legatis, omnes qui ad manum seruiunt, debebuntur. Interpretatio.

Seruis amanuensibus legatis, omnes qui ex conuersatione urbana, & in ministerio fuerunt, debebuntur: nisi ex hijs aliqui perpetuo ad opus rusticum transferantur. Alia.

Venatores serui, uel aucupes, an inter urbana ministeria contineantur, dubium remansit: Et ideo uoluntatis est quæstio. Tamen si instruendarum quotidianarũ epularũ gratia habentur, debentur. Alia.

Muliones, & institores, inter urbana ministeria continẽtur, item obsonatores, & uestiarij, & cellarij, & cubicularij, & arcarij, & coqui placentarij, tonsores, & pistores, lecticarij, stabularij. Alia.

Pecoribus legatis, quadrupedes omnes continentur, quæ gregatim pascuntur. Alia.

Iumentis legatis, boues non continentur: Equis uero legatis, equas quoq; placuit contineri. Ouibus autem legatis, agni non continentur, nisi annuales sint. Alia.

Grege ouium legato, arietes etiam continentur. Alia.

Auibus legatis, anseres, phasiani, gallinæ, & auiaria debebuntur. An autem

autem phasianarij, & pastores anserum, uoluntatis quæstio est. Alia.

Dulcibus legatis, sapa, defrutũ, mulsum, dulce etiã uinũ, palmæ caricæ, uuæ passæ uidebũtur. Sed in hoc quoq; uoluntatis est quæstio: quia & in specie pomorum comprehendi possunt. Alia.

Frugibus legatis, tam legumina, q̃ ordeũ & triticũ cõtinentur. Alia.

Veste legata, ea cedunt, quæ ex lana & lino texta sunt, item serica & bombicina, quæ tamen † induendi & operiendi, cingendi, sternendi, in- †indutui
ijciẽdiq; causa parata sunt, pelles quoq; indutoriæ cõtinebũtur. Alia.

Veste uirili legata, ea tantũmodo debebuntur, quæ ad usum uirilem saluo pudore uirilitatis, attinẽt. Stragula quoq; huic legato cedũt. Alia.

Muliebri ueste legata, omnia quæ ad usum muliebrem spectant, debebuntur. Alia.

Lana legata, siue succida, siue lota sit, siue pectinata, siue uersicoloria, legato cedit. Purpura uero, aut stamen subtegmenue hoc nomine non continentur. Alia.

Mundo muliebri legato, ea cedunt, per quæ mundior mulier, lautiorq; efficitur, uelut speculum, conchæ, situlæ, † etiam pixides, ungentum, † item
& uasa in quibus ea sunt. Itẽ sella balnearis, & cætera huiusmodi. Alia.

Ornamentis legatis, ea cedunt, per quæ ornatior efficitur mulier, ue luti anuli, catenæ, retícula,, & cætera, quibus collo, uel capite, uel manibus mulieres ornantur. Alia.

Argento legato, massæ tantummodo debebuntur: Vasa enim, quæ proprio nomine separantur, legato non cedunt: quia nec lana legata, uestimenta debebuntur. Alia.

Vasis argenteis legatis, ea omnia continentur, quæ capacitati alicui parata sunt. Et ideo tam potoria, quàm escaria. Itẽ ministeria omnia debebuntur, uelut urceoli, † pateræ, lances, piperatoria, cochlearia quoq;, † patinæ
itemq; trullæ, calices, scyphi, & hijs similia. Alia.

Libris legatis, tam chartæ, uolumina, uel mẽbranæ, & phyllidæ continentur. Codices quoq; debentur: Librorum enim appellatione non uolumina chartarum, sed scripturæ modus, qui certo fine concluditur, æstimatur. Alia.

Auro legato, gemmæ quoq; inclusæ, itemq; margaritæ & smaragdi legato cedunt. Sed magis est uoluntatis esse quæstionem: Infectum enim aurum debetur: factum enim ornamentorum genere continetur. Int.

Ista species in inferiore parte utilius per se & euidenter exposita est. Alia

Vasis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt. Alia.

Argento potorio legato, omnia quæ ad poculorum speciem compa-

rata sunt, debebuntur, ueluti pateræ, calices, scyphi, urceoli, œnophoria, & conchæ. Alia.

Carruca cum iũctura legata, mulæ quoq; legatæ, nec non & mulio † uidetur, propter quotidianã loquendi consuetudinẽ. Interpretatio.

† debetur

Si carruca cum iunctura per legatum dimissa fuerit, carpentum cum iunctura, & mulæ debentur, mulio autem non debetur. Alia.

Prolatis codicillis, uel alio testamento, quibus ademptum est legatũ, † uel certe rescissum, perperam † solutiones repetuntur. Interpretatio.

† solutis

Si quis facto testamento, in quo aliquibus legata sunt relicta, aliud postmodũ fecerit testamentum, & illa legata, quæ priori testamento dederat, abstulerit, uel codicillis fortasse remouerit, si illud prius testamentum post mortem testatoris prolatum fuerit, & legata hæres adscriptus absoluerit, quæ in posteriore testamento uel codicillo remota sunt, is qui ex priori testamento legatum consecutus est, reddere iubetur, quod sequentibus scripturis ostenditur fuisse sublatum.

DE MORTIS CAVSA DONATIONIBVS. TIT. X.

MOrtis causa donat, qui ad bellum proficiscitur, & qui nauigat, ea scilicet cõditione, ut si reuersus fuerit, sibi restituatur. Si perierit, penes eum remaneat cui donauit. Alia.

Donatiõ mortis causa, cessante ualetudine, & sequẽte sanitate, & pœnitentia etiam reuocatur: Morte enim tantummodo conualescit.

AD LEGEM FALCIDIAM. TIT. XI.

EXhausta legatis, aut fideicommissis, uel mortis causa donationibus hæreditate, auxilio Falcidiæ institutus hæres quadrantem retinere potest. Interpretatio.

Si quis faciat testamentum, & hæredem instituat, & omnem hæreditatem suam legatarijs, aut fideicommissarijs, uel mortis causa donationibus conualescat, ualet quidem testamentum, sed hæres scriptus quartam sibi ex omnibus bonis retinet testatoris. Alia.

Quoties de modo quartæ retinendæ quæritur, propter periculum plus petendi, officio iudicis omnibus æstimatis, quarta facienda est, quæ apud hæredem maneat. Aut certe exigenda cautio à legatario, ut quod plus dodrante percepit, restituat. Alia.

Ea quæ mater uiua filio donauit, in quartam non imputantur. Int.

Ea quæ mater superstes filio per legitimam scripturam donauit, in Falcidiam ei post mortem matris à germanis eius non possunt imputari, sed in partem sibi debitam, salua donatione succedit. Alia.

Ex mora præstandorũ fideicommissorũ, uel legatorũ, fructus & usuræ † postulanti peti possunt. Mora autẽ fieri uidetur, cum † postulatũ non datur.

IVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM AD FILIVM, LIBER QVARTVS.

TITVLI LIBRI QVARTI.

De fideicommissis.
De senatusconsulto Trebelliano.
De senatusconsulto Pegasiano.
De repudianda hæreditate.
De inofficiosi querela.
De uicesima.
De lege Cornelia.
De intestatorum successione.
Ad senatusconsultum Tertullianum.
De gradibus.
De manumissionibus.
De fideicommissis libertatibus.
Ad legem Fusiam Caniniam.

DE FIDEICOMMISSIS. TIT. I.

AB uxore, cui uir dotem prælegauit, fideicommissum relinqui non potest: Quia non ex lucratiua causa testamento aliquid capit, sed propriũ recipere uidetur. Interpretatio.

Vxori, cui maritus testamento suo dotem, quam ab ea accepit, legati titulo dereliquit, ex ea fideicommissum, si hoc testator iubeat, dare non cogetur: quia non de mariti bonis aliquid consequitur, sed quod dederat recepisse uidetur. Alia.

A posthumo hærede instituto fideicõmissum † peti potest. Alia.

† dari

Ab Imperatore hærede instituto, legatum & fideicommissum peti potest. Alia.

A surdo, uel muto, siue legatum acceperit, siue hæres institutus sit, uel ab intestato successerit, fideicommissum relinquitur. Interpretatio.

Si à quocunq; per testamentum surdus aut mutus hæres fuerit institutus, aut ab intestato fortasse successerit: si quid aut per testamentum, aut per legitimum numerum fideicommissi nomine ut dare debeat, fuerit delegatus, id dare omnimodis compellitur. Alia.

Qui fideicõmissum relinquit, etiam cum eo cui relinquit, loqui potest, uelut peto Cai contẽtus sis illa re: Aut uolo tibi illud præstari. Int.

Qui fideicõmissum cuicunq; dimittit, potest hijs uerbis ad eum, cui reliquerit, loqui: Volo tibi de rebus meis illud esse donatũ, aut spero à te, ut illa re digneris esse contentus. Quod tamen debet aut testamẽti serie, aut testiũ professione constare.

Fideicommittere hijs uerbis possumus, rogo, peto, uolo, mando, deprecor, cupio, iniungo, desidero quoq; & impetro: hæc uerba utile faciunt fideicommissum. Relinquo uero, & commendo, nullam fideicommissi pariunt actionem. Interpretatio.

Si quando fideicommissum relinquitur, precatiuis uerbis relinqui potest, ut roget quis, iniungat, petat, speret, ut id quod fidei suæ commissum est, ad eum, quem testator uoluit, sicut iniunxit, ita faciat puenire. Nam si dicat quis: dimitto hoc illi, uel cõmendo, quia uerba directa sunt, fideicõmissi locũ habere nõ possunt. Alia.

Tam nostras res, quàm alienas per fideicommissum relinquere possumus: sed nostræ statim, alienæ aũt æstimatæ aut redemptæ præstãtur.

Per fideicommissum unusquisq; potest tam proprias res, quàm alienas dimit-
† dimiſſæ tere. Sed si suas dimiserit, ipsæ quæ † relictæ sunt dantur. Si uero alienas, aut æstimationem dimissæ rei dare, aut ipsas redimere, & dare hæres, cui fideicommissum est, iure compellitur. Alia.

Si alienam rem tanquam suam testator per fideicommissum reliquerit, non relicturus si alienam scisset, ut solet legatum, ita inutile erit fideicommissum. Interpretatio.

Si quis per fideicõmissum rem alienã ideo reliquerit, quia suam esse credebat, nõ uticq; dimissurus, si scisset alienam, sicut & in legatis damnationis constitutum est, non potest propter hoc hæres, cui fideicommissum est, retineri. Alia.

Testator superuiuens, si eam rem quam reliquerat, uenditerit, extinguitur fideicommissum. Alia.

Codicilli, qui testamento confirmati non sunt, ad scriptũm fideicommissum iure debetur. Interpretatio.

Per codicillos fideicõmissum relictum iure debetur, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. Alia.

Filio quibuscunq; uerbis à patre fideicommissum relictum, iure debetur: Sufficit enim inter coniunctas personas quibuscunq; uerbis ut in donatione sit uoluntas expressa. Et ideo etiam pridie quàm moriatur, recte relictum uidetur. Alia.

In tempus emancipationis, uel cum sui iuris erit, fideicommissum relictũ, quocũq; modo patria potestate liberato debetur. Interpretatio.

Si ita fideicommissum filiofamiliâs relinquatur, ut cum emancipatus à patre fuerit, uel cum sui iuris factus fuerit, fideicommissum relictum, quocunq; modo patria potestate fuerit liberatus, id quod ei relictum est, iure debetur. Alia.

Rogati inuicem sibi si sine liberis decesserint, hæreditatẽ restituere, altero decedente sine liberis, hæreditas ad eum peruenit, qui superuixit, nec ex eo pacisci contra uoluntatẽ testatoris possunt. Interpretatio.

† ei qui superfuerit omnis hæreditas acquiratur. Si aliquis ita hæreditatem duobus reliquerit, & eos rogauerit, ut unus ex hijs sine filijs mortuo, ei qui superfuerit omnis hæreditas acquiratur, uno ex ipsis sine filijs mortuo, † ad superstitẽ integra hæredit as pertinebit. Et si aliquid hĳ, ipsi, dum uiuunt, pacisci de ea hæreditate uoluerint, id quod depacti fuerint, non ualebit.

Hæres

Hæres ante aditam hæreditatem, legatarius ante quàm legatum accipiat, fideicommissum præstare non possunt. Interpretatio.

Neq; hæres ante quàm relictam sibi hæreditatẽ adeat, neq; legatarius, ante quàm legatũ quod ei dimissum est, accipiat, aliquid per fideicommissum de eo quod eis relictũ est, ad alias possunt transferre personas. Alia.

Rem fideicõmissam si hæres uenditerit, eamq; sciens cõparauerit, nihilominus in possessionẽ eius fideicõmissarius mitti iure desiderat. Int.

Si rem, quæ fideicommisso alicui relicta est, cuicunq; hæres uenditerit, & eam sciens relictam alĳ aliquis comparauerit, fideicommissarius in possessionẽ sibi deputatam mitti iure deposcit. Alia.

Quoties libertis fideicommissum relinquitur, ad eos tantũmodo pertinere, qui manumissi sunt, uel qui in eodem testamento libertatẽ intra numerum legitimũ consecuti sunt. Interpretatio.

Si quando libertis fideicommissum relictum fuerit, hijs debetur qui manumissi sunt, uel eis qui intra legitimum numerũ libertatem fuerint consecuti. Legitimus autem numerus est, qui secundũ legem Fusiam Caniniam custoditur. Alia.

Cui ab hærede fideicommissum non præstatur, non solum in res hæreditarias, sed & in proprias hæredis inducitur. Alia.

Ius omne fideicõmissi nõ in uẽdicatione, sed in petitione cõsistit. Int.

Quoties fideicõmissum relinquitur, sicut peti potest, ita non potest uendicari.

DE SENATVSCONSVLTO TREBELLIANO. TIT. II.

SEnatusconsulto Trebelliano prospectum est, ne solus hæres omnibus hæreditarĳs actiõibus oneretur. Et ideo quoties hæreditas causa fideicõmissi restituitur, actiones eius in fideicõmissariũ transferantur: quia unicuiq; damnosam esse fidẽ suã nõ oportet.

DE SENATVSCONSVLTO PEGASIANO. TIT. III.

INter hæredẽ & fideicõmissarium, cui ex Pegasiano hæreditas restituitur partis, & pro parte stipulatio interponitur, ut hæredi instituto pro quarta actiones, pro cæteris uero portionibus fideicommissario competant. Interpretatio.

Inter hæredẽ, & eum cui hæreditatẽ per fideicõmissum iussus est reformare, ita interposita stipulatione obseruandũ est, ut hæres pro quarta, quã sibi retinet, quartæ partis excipiat actiones. Et fideicõmissarius pro tribus tantum partibus, quæ ad eum ex hæreditate perueniunt oneretur. Alia.

Totam hæreditatem restituere rogatus, si quartam retinere nolit, magis est, ut eã ex Trebelliano debeat restituere. Tunc enim omnes actiones in fideicommissarium dantur. Interpretatio.

Si is, qui totam hæreditatẽ per fideicommissum alteri reddere iussus est, quartam sibi

sibi iure concessam uoluerit retinere, necesse est ut fideicommissario integram hæreditatem restituat. Quo facto, sicut omnis hæreditas, ita ad eum omnes hæreditariæ transeunt actiones. Alia.

Lex Falcidia, itemq; senatusconsultũ Pegasianum, deducto omni ære alieno, de eorum quæ dones quartam residuæ hæreditatis ad hæredem uoluit pertinere. Interpretatio.

Lex Falcidia, similiter & Pegasianum senatusconsultũ factum, hæreditarij debiti rationem, & separatis hijs, quæ in honorem dei ecclesijs relinquuntur, quartã hæreditatis ex omnibus ad scriptum hæredem censuit pertinere. Alia.

Qui totam hæreditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, si non retineat, repetere eam non potest. Nec enim indebitum soluisse uidetur, qui plenã fidem defuncto præstare maluit. Interp.

Is qui integram hæreditatem fideicommissario restituit, cum quartam sibi iure concessam retinere potuerit, postea eam repetere nõ potest: quia nec aliquid indebitum soluit, sed integram fidem defuncto exhibuisse uidetur.

DE REPVDIANDA HAEREDITATE. TIT. IIII.

REcusari hæreditas non tantum uerbis, sed & alio quouis potest indicio uoluntatis. Alia.

Hæres per magistratus municipales, ex autoritate præsidis fideicommissario postulante, hæreditatem adire, & restituere compelletur. Alia.

Fideicommissarius, si affirmet hæredem nolle adire hæreditatem, absente eo interponi decretum, & in possessionẽ mitti iure desiderat. Int.

Si is qui hæres scriptus est, & alteri hæreditatem restituere iussus est, adire hæreditatem dissimulet, potest fideicommissarius obtinere, utis, qui hæres in hoc ordine scriptus est, & hæreditatem adire, & restituere iubeatur. Alia.

Suspectam hæreditatem adire compulsus, omnia ex Trebelliano restituit. Alia.

Qui hæreditatem, quam restituere iussus est, adire dubitabat, si eam fuerit compulsus suscipere, integram eam fideicommissario reformare compellitur.

DE INOFFICIOSI QVERELA. TIT. V.

INofficiosum dicitur testamentum, qũod frustra liberis exhæredatis, non ex officio pietatis uidetur esse conscriptũ. Alia.

Post factum à matre testamentum, filius procreatus, non mutata ab ea, cum posset, uoluntate, ad exemplum præteriti inofficiosi querela recte instituitur. Interpretatio.

Si mulier post factum testamentum filium pepererit, & testamentum suum nato filio non mutauerit, filius præteritus de inofficioso matris testamento agere potest.

Testamentum

Testamentum, in quo Imperator scriptus est hæres, inofficiosum arguí potest: Eum enim qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare conuenit. Alia.

Qui inofficiosum dicere †potest, hæreditatẽ petere nõ prohibetur. Al. † *non potest*

Filius ex asse hæres institutus, inofficiosum dicere non potest, nec interest, exhausta ne sit hæreditas, cum apud eũ quarta, aut legis Falcidiæ, aut senatusconsulti Pegasiani beneficio sit remansura. Interpretatio.

Si pater filium hæredem ex asse instituat, & per fideicommissa, aut legata ipsam hæreditatem totam diuersis distribuat, filius contra patris testamentum de inofficioso agere non potest: quia quartam sibi aut per legem Falcidiam, aut per senatusconsulti beneficium retinebit. Alia.

Quartæ portionis portio liberis, deducto ære alieno & funeris impensa, præstanda est, ut ab inofficiosi querela excludantur. Libertatis quoq; eam portionem minuere placet. Interpretatio.

Quoties filijs Falcidia computanda est de asse hæreditatis, primo loco defuncti debita detrahũtur, & expensa, quæ in funere eius est præstita. Sed & collatæ libertates nihilominus debebuntur. Et sic à liberis Falcidia, id est uniuscuiusq; portionis quarta portio debetur. Alia.

Filius in iudicio patris si minus quarta portione cõsecutus sit, ut quarta sibi à cohæredibus fratribus citra inofficiosi querelam impleatur, iure desiderat. Interpretatio.

Filio hærede scripto, cui ex ordinatione defuncti patris quarta fuerit deputata, si ei minus, quàm quarta portionis suæ fuerit derelicta, suppleri eam sibi à cohæredibus fratribus iure desiderat: quia in tali casu inofficiosi actio remouetur. Alia.

Pactio talis ne de inofficioso testamento dicatur, querelam super iudicio futuram non excludit: Meritis enim liberos magis, quàm pactionibus astringi placuit. Interpretatio.

Si talis pactio uiuo patre inter filios fiat, ut post obitum patris de inofficioso filij nõ querantur, talis pactio nõ ualebit. Sed cui cõpetit, de inofficioso agere potest.

Rogatus hæreditatem restituere, etsi inofficiosi querelam instituerit, fideicommisso non fit iniuria: quartã enim solummodo hæreditatis amittit, quam beneficio senatusconsulti habere potuisset. Interpretatio.

Si ei, qui à defuncto rogatus est, ut relictam hæreditatem alteri restituat, de inofficiosi querelæ instituerit actionẽ, id quod fideicommissum est, ut redderet ei, cui reddere iussus est, penitus non † peribit. Sed ille, qui inofficiosi querelam proposuit, † *remuit* quartam, quam ex fideicommisso senatusconsulti beneficio erat habiturus, suo uitio perdit. Alia.

Hæres institutus habens substitutũ, si de inofficioso dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

DE VICESIMA. TIT. VI.

IAbulæ testamenti aperiuntur hoc modo: Vt testes, uel maxima pars eorũ adhibeantur, qui signauerint testamentũ, ita ut agnitis signis, rupto lino aperiatur & recitetur, atq; ita describẽdi exemplifiat potestas, ac deinde signo publico obsignatũ in Archiuũ redigatur, ut siquãdo exemplũ eius interciderit, sit unde peti possit. Al.

Testamenta in municipijs, colonijs, oppidis, præfectura, uico, castello, conciliabulo facta, in foro uel basilica, præsentibus testibus uel honestis uiris, † inter horam secundam & decimam diei recitari debebunt, exemploq; sublato ab ijsdem rursus magistratibus obsignato, quorũ præsentia constat apertum. Alia. † ante

Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri uoluit, & ideo quamuis sit rescriptis uariatũ, tamen à præsentibus intra triduũ uel quinq; dies aperiendæ sunt tabulæ. Ab absentibus quoq; intra eos dies, cum superuenerint: Nec enim oportet testamentũ hæredibus & legatarijs, aut libertatibus ultra quàm necessariũ uectigali morã fieri.

DE LEGE CORNELIA. TIT. VII.

QVi testamentũ falsum scripserit, recitauerit, subiecerit, signauerit, suppresserit, amouerit, resignauerit, deleuerit, pœna legis Corneliæ de falsis tenebitur, id est, in insulã deportatur. Al.

Interpretationis loco hæc erat posita in Exemplo Argentor:

Non tantum is qui testamentum subiecit, suppressit, deleuit, pœna legis Corneliæ cohercetur, sed & is, qui sciens dolo malo id fieri, iussit, faciendumq; curauit. Alia.

Testamentum supprimit, qui sciens, prudensq; tabulas testamenti in fraudem hæredum, uel legatariorum, fideiúe commissorum, aut libertatum non profert. Alia.

Supprimere tabulas uidetur, qui cum habeat, & proferre possit, eas proferre non curauit. Alia.

Codicilli quoq; si lateãt, nec proferantur, supprimi uidebũtur. Alia.

Edicto perpetuo cauetur, ut si tabulæ testamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito, intra annum agi possit, † ad quod exhibendum compellitur qui supprimit. Tabularũ autem appellatione chartæ quoq; & membranæ continentur. † quòd ad

DE INTESTATORVM SVCCESSIONE. TIT. VIII.

INter agnatos & cognatos hoc interest: quia in agnatis etiam cognati continentur, inter cognatos uero agnati non cõprehenduntur. Et ideo patruus & agnatus est, & cognatus: auunculus

culus autem cognatus tantummodo. Interpretatio.

Agnati sunt, qui per uirilem sexum descendunt: Cognati autẽ, qui per fœmineũ. Et ideo patrui, uel patruorũ filij & agnati, & cognati sunt. Auunculi uero, & eorũ filij cognati sunt, non agnati. Alia.

Si sunt fratres defuncti, † & fratris filij uel nepotes, fratre non existente, filius fratris nepoti præfertur. Alia. † uel

Fœminæ ad hæreditates legitimas ultra consanguineas successiones non admittũtur, idq; iure ciuili, uel Voconia narratione uidetur effectũ. Cæterũ lex XII. tabularũ nulla discretiõe sexus cognatos admittit. Int.

Fœminæ, nisi fratribus cõsanguineis intestatis aliter † cognatis succedere nõ possunt: quia nec cognati masculi ad successionem intestatorũ uocantur, nisi quando agnatos deesse constiterit. Sanè deficientibus agnatis, cum cognati succedunt, possunt fœminæ cum uiris, quæ æqualis gradus sunt, iure succedere. Alia. † cum agnatis

In hæreditate legitima successioni locus non est. Et ideo fratre decedente, antequam adeat aut repudiet hæreditatẽ, fratris filius admitti nõ potest: quia omissa successio proximiori defertur. Interpretatio.

Si quãdo qs intestatus moriatur, q fratrẽ & fratris filiũ derelinquat, ad fratrẽ, non ad fratris filiũ hæreditas pertinebit. Quod si frater defuncti hæreditatẽ repudiauerit, uel adire noluerit, tunc fratris filius hæreditatẽ patrui sibi poterit uendicare. Alia.

Ab hostibus captus, neq; sui, neq; legitimi hæredis ius amittit postliminio reuersus. Quod & circa eos qui in insulam deportantur, uel serui penè effecti sunt, placuit obseruari, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur. Alia.

Pro hærede gerere, est destinationi futuri dominij aliquid ex hæreditarijs rebus usurpare. Et ideo pro hærede gerere uidetur, qui fundorum hæreditariorũ culturas rationesq; disponit, & qui seruis hæreditarijs, iumentis, rebusúe alijs utitur. Alia.

Ex pluribus hæredibus, ijsdemq; legitimis, siqui omiserint hæreditatem, uel in adeũdo aliqua ratione fuerint impediti, hijs qui adierũt, uel eorum hæredibus, omittentiũ portiones accrescunt. Quod in hærede instituto eum qui acceperat substitutũ euenire nõ poterit: Diuersa enim causa est scripti, & legitimi. Interpretatio.

Si quando multi hæredes legitimi fuerint derelicti, & aliqui eorũ hæreditatẽ prætermiserint, uel adire noluerint, portiones eorũ qui omiserint, uel adire noluerint, hijs legitimis qui adierint acquirantur. Sed in hærede instituto, cui alter substitutus est, alia cõditio est: Quia in hæredibus scriptis testamẽti ordo tenẽdus est, ut institutis, uel substitutis de adeunda hæreditate scripturæ forma seruetur. Alia.

Matres tam ingenuæ, quàm libertinæ, ciues Romanæ, ut ius liberorũ consecutæ uideantur, ter & quater peperisse sufficiet, dummodo uiuos & pleni temporis pariant. Alia.

Quæ semel uno partu tres uel duos filios edidit, ius liberorũ non con-

sequitur: Non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse uidetur: Nisi forte per interualla pariat. Alia.

Mulier si monstrosum aliqd aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit: Non sunt enim liberi, qui contra formam humani generis cõuerso more procreantur. Alia.

Partum, qui membrorũ humanorũ officia duplicauit, quia hac ratione aliquatenus uidetur effectum, matri prodesse placuit. Alia.

Septimo mense natus, matri prodest: Ratio enim Pythagorei numeri hoc uidetur admittere, ut aut septimo pleno, aut decimo mense partus maturior uideatur. Alia.

Aborsus & abactus uenter partum efficere non uidetur. Alia.

Libertina, ut ius liberorũ consequi possit, quater eam peperisse, ut ingenuam sufficit.

AD SENATVSCONSVLTVM TERTVLLIANVM. TIT. IX.

LAtina ingenua, ius Quiritiũ cõsecuta, si ter pepererit, ad legitimã filij hæreditatẽ admittitur: non est enim manumissa. Alia.

Ius liberorũ mater habet, quæ tres filios aut habet, aut habuit: aut neq; habet, neq; habuit. Habet, cui supersunt: Habuit, quæ amisit. Neq; habet, neq; habuit, quæ beneficio principis ius liberorũ consecuta est.

DE GRADIBVS. TIT. X.

PRimo gradu superiori linea continentur, pater, mater: Inferiori, filius, filia, quibus nullæ aliæ personæ iunguntur. Alia.

Secundo gradu continentur, superiori linea, auus, auia: Inferiori, nepos neptis: Trãsuersa, frater soror. Quæ personæ duplicãtur: auus enim & auia, tam ex patre, quàm ex matre. Nepos, neptis, tam ex filio, quàm ex filia. Frater, soror, tam ex patre, quàm ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequẽtibus † quibuscunq; gradibus similiter pro substantia earũ, quæ in †quocũq; gradu cõsistunt, ipso ordine duplicãtur.

†quoque

†quoquo

Istæ personæ secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo aui sunt, paternus & maternus. Item duo genera nepotũ sunt, siue ex filio, siue ex filia procreati. Frater & soror ex transuerso ueniunt, id est, aut frater patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut auunculus nominatur, qui & ipsi hoc ordine duplicantur. Alia.

Tertio gradu ueniũt, supra, proauus, proauia. Infra, ꝓnepos, ꝓneptis. Ex obliquo, fratris sororis q; filius, filia, patruus, amita, id est patris frater & soror. Auunculus, matertera, id est matris frater & soror. Alia.

Quarto gradu ueniunt, supra, abauus, abauia. Infra, abnepos, abneptis. Ex obliquo, fratres & sorores, nepos, neptis, patruelis soror, patruelis,

elis, id est, patrui filius, filia. Consobrinus, consobrina, id est, auunculi & materteræ, filius, filia, amitinus, amitina, id est, amitæ filius, filia. Itemq; consobrini, qui ex duabus sororibus nascũtur. Quibus accrescit, patruus magnus, amita magna, id est, aui paterni frater & soror. Auũculus magnus, & matertera magna, id est, auiæ tam paternæ quàm maternæ, frater & soror.

Interpretatio.

Hanc plus exponi opus non est, quàm lectio ipsa declarat. Alia.

Quinto gradu ueniũt, supra quidẽ, atauus, atauia. Infra, adnepos, adneptis. Ex obliquo, fratres & sorores, ꝓnepos, ꝓneptis, fratres patrueles, sorores patrueles, amitini amitinæ, cõsobrini cõsobrinæ, filius filia, ꝓprius sobrinus sobrina, id est, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ, filius filia. †Hijs accrescũt propatruus, proamita: hij sunt proaui materni frater & soror. Proauũculus, promatertera, hij sunt proauiæ paternæ maternæq;, frater & soror, proauiq; materni.

† Hic

Interp.

Hæc species nec alijs gradibus, q; scripta est, nec alijs uocabulis declarari potest.

Sexto gradu ueniũt, supra, tritauus tritauia. Infra, trinepos trineptis. Ex obliquo, fratris & sororis abnepos, abneptis, fratres patrueles, sorores patrueles, amitini amitinæ, consobrini consobrinæ, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ, nepos neptis. Propioris sobrini filius filia, qui consobrini appellantur. Quibus à latere accrescunt propatrui, proamitæ, proauunculi, promateterteræ filius filia, adpatruus, adamita. Hij sunt †aui materni frater & soror. Abauunculus abmatertera, hij sunt abauiæ paternæ maternæq;, frater & soror, abauiq; materni.

†abaui paterni

Interpretatio.

Hæc quoq; explanari amplius non potest, quàm ut autor ipse differuit. Alia.

† Septimo gradu sunt cognati, recta linea supra infraq;, proprijs nominibus non appellantur, sed ex transuersa linea continentur, fratres, sororesq; † adnepotes adneptes, consobrini filij filiæq;. Alia.

†vltimo

†abnepotes

Successionis idcirco gradus septẽ constituti sunt, qa ulterius per rerũ naturã nec nomina inueniri, nec ciuiliter uita succedẽtib. ꝓrogari potest.

In hijs septẽ gradibus omnia propinquitatũ nomina cotinentur, ultra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius † prorogari.

†propagari

DE MANVMISSIONIBVS. TIT. XI.

SEruũ cõmunem unus ex dñis manumittẽdo Latinũ facere non potest, nec magis q; ciuẽ Romanũ, cuius portio eo casu, quasi proprius esset, & ad ciuitatẽ Romanã puenerit, socio accrescit.

Si aliquis seruum cõmunem manumiserit, eundem manumittẽdo, nec Latinũ, nec ciuẽ Romanũ facere potest, & ideo portio eius manumissori perit, & alteri domino ex integro, quasi eius tantum proprius fuisset, acquiritur.

Mutus & surdus seruum uindicta liberare non possunt. Inter amicos †uero †tamen & per epistolam manumittere non prohibentur. Vt autem ad iustã libertatẽ peruenire possit, cõditione uẽditionis excipi potest. Alia.

†subiectus Tormentis apud Præsidem †subditus, & de nulla culpa confessus, ad iustam libertatem perduci potest. Alia.

Fideicommissa libertas data, facto hæredis non mutatur, si seruũ, quẽ manumittere iussus est, uinxerit. Interpretatio.

†remoueri Per fideicommissum data libertas ab hærede, per hoc †reuocari nõ potest, si seruum, quem manumittere iussus est, crimine obiecto in uincla redegerit. Alia.

Communem seruũ unus ex socijs uinciendo, futuræ libertati non nocebit. Inter pares enim sententias clementior seueriori præfertur. Et certe humanæ rationis est, fauere miseris, †prope innocentes dicere, quos absolute nocentes pronuntiare non possunt. Interpretatio.

†probet

†propter Si communem seruũ unus ex dominis in uincula redegerit, †per hoc libertati eius, si postea manumissus fuerit, non nocebit: Quia in tali re indulgentioris domini sententia, qui nihil in eum fecit, melior iudicat. Et ideo si ab utroq; domino manumissus fuerit, ciuis Romanus effici potest. Alia.

Debitor, creditórue seruum pignoris uinciendo, dedititium facere non possunt: Alter enim sine altero causam pignoris deteriorem facere non potest. Alia.

Seruus furiosus dñi uel pupilli iussu uinctus, de dedititiorũ numero nõ efficitur: quia neq; furiosus, neq; pupillus exacti cõsilij capax est.

Non tantũ si ipse dominus uinciat, nocet libertati, sed & si uinciri iubeat, aut uincientis Procuratoris Actorisúe factum comprobet. Quod si ante quàm sciret uinctum, solutionis eius causas approbauerit, libertati futuræ uincula non nocebunt. Interpretatio.

Si seruũ non solũ dominus, sed Procurator eius, uel Actor in uincula redegerit, & dominus hoc iuste factum adquieuerit, futuræ impedit libertati. Nam si cum ab actore ligatũ dominus solui præceperit, futura libertas nõ poterit impediri. Alia.

Cæco Curator dari non potest: quia ipse sibi Procuratorem instituere potest.

DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBVS. TIT. XII.

EA conditione hæres institutus, si liberos suos emancipauerit, omnimodis eos cogẽdus est emancipare: Pro cõditione enim hoc loco emancipatio uidetur ascripta. Alia.

Decedente eo à quo fideicommissa libertas relicta est, hæredes eius eam præstare cogendi sunt. Interpretatio.

Si testator fideicommisso seruũ iusserit manumitti, & ita euenerit, ut ante quàm manumissio daretur, is cui fideicõmissa libertas est, moriatur, hæres eius ad manumissionẽ præstandam, quam autor suus daturus erat, iure compellitur.

Si decedẽs

Si decedens seruis suis libertatẽ ita dederit: Illum & illum liberos esse uolo, eosq; filijs meis Tutores do, impeditur fideicõmissa libertas: Quia pupilli sine Tutoris autoritate manumittere non possunt: Et habentibus Tutores, Tutor dari non potest. Sed interim uice absentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis primum libertas, ac deinde tutela competere possit. Interpretatio.

Si quis moriens seruis suis libertatem dandam filiorum fideicommiserit, eosq; filijs suis Tutores esse præceperit, hoc ordine fideicommissa libertas aliquatenus impeditur: Quia nec pupilli sine Tutoris autoritate seruos manumittere possunt, & qui Tutores à patre nominatim relictos habent, alios Tutores habere non possunt. Sed in tali casu ordinis consilio & ratione prospectum est, ut pupilli uelut absentium uice, dum libertas seruis tribuitur, habeantur, ut data hijs à iudice secundũ formam testamenti primitus libertate, etiã Tutores esse præualeant.

AD LEGEM FVSIAM CANINIAM. TITVLVS XIII.

NOminatim serui testamento manumitti secũdum legem Fusiã possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo: Stichus liber esto. Cum autem obsonatorem, uel qui ex ancilla nascitur, liberum esse uolo, ex Orficiano senatusconsulto perinde libertas competit, ac si nominatim data sit. Officiorum enim & artium appellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo officio designentur: Tunc enim nomen adiungendum est, ut eluceat de quo testator sensisse uideatur. Alia.

Codicillis testamento confirmatis, datæ libertates cum hijs quæ tabulis testamenti datæ sunt, concurrunt. Et siue antecedant, siue sequãtur testamentum, nouissimo loco adhibetur: quia ex testamento utræque confirmantur. Interpretatio.

Quoties per testamẽtum & codicillos libertates dantur, qui in codicillo manumissi sunt, siue ante testamentum factus sit codicillus, siue post, & testamento confirmatus sit, posteriori loco tamen habendi sunt, qui per codicillos fuerint manumissi. Et ideo computatis primũ, qui testamento manumissi sunt, tum illis, qui in codicillis manumissi numerantur. Et si maior numerus per codicillum, quàm in lege Fusia Caninia cõtinetur, illi libertatem perdunt, qui in codicillo super legitimũ numerum manumissi inueniuntur. Alia.

Quoties numerus seruorum, propter legem Fusiam Caniniã, ineundus est, fugitiui quoq;, quorũ semper possessio animo retinetur, computandi sunt. Alia.

Lege Fusia Caninia cauetur, ut certus seruorum numerus testamento manumittatur. Subductis igitur à duobus usq; ad decem, pars dimidia: à decem usq; ad triginta, pars tertia: usq; ad centum, pars quarta: à centum usq; ad quingentos, pars quinta. Plures autẽ quàm centum ex maiori numero seruorum manumitti non licet.

IVLII PAVLI SEN
TENTIARVM RECEPTARVM, AD FILIVM, LIBER QVINTVS.

TITVLI LIBRI QVINTI.

De liberali causa.
De his quæ per turbam fiunt.
De effectu sententiarũ, & fine litiũ.
De interdicto utrum ui.
De nouationibus.
De contrahenda autoritate.
De iure fisci & populi.
De delatoribus.
De testibus.
De † abolitionibus.
De sacrilegis.
De uaticinationibus, & uaticinatoribus, & Mathematicis.
Ad legẽ Pompeiã de paricidis.
Ad legẽ Cornelíã testamentariã.
Ad legem Iuliam peculatus.
Ad legem Iuliam maiestatis.
De pœnis militum.
De cautionibus & pœnis appellationum.
Post, puocationẽ qd obseruãdũ sit.
De usucapione.
De iniurijs.
De interdictis.
De obligationibus.
De stipulationibus.
De donationibus.
De fisci aduocato.
De quæstionibus habendis.
De seruorum quæstionibus.
De Abactoribus.
De incendiarijs.
De seditiosis.
Ad legem Corneliam de sicarijs & ueneficis.
Ad legẽ Iuliã de ui publica & priuata.
Ad legem Iuliam repetundarum.
Ad legem Iuliam ambitus.
Quando appellandum sit.
De literis dimissorijs.
De reddendis causis appellationum.
De meritis appellationum.

† *absolutionibus.*

DE LIBERALI CAVSA. TIT. I.

QVi contemplatione extremæ necessitatis, aut alimentorũ gratia filios suos uendiderint, statui ingenuitatis eorum non præiudicant. Homo enim liber nullo pretio æstimatur, id est, nec pignori ab his, aut fiduciæ dari possunt. Ex quo facto sciens creditor deportatur: Operæ tamen eorum locari possunt. Alia.

Veritati & origini ingenuitatis manumissio quocunq; modo facta fuerit, non præiudicat. Interpretatio.

Quicunq; ingenuam personam fraudis studio manumittendam esse crediderit, præiudicium ex hoc † ingenuitatis non incurrit. Alia.

† *ingenuitas*

Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalem familiam facta, ingenuitati non præiudicat.

Qui

Qui metu aũt impressione alicuius terroris apud acta præsidis seruũ se esse mentitus est, postea statum suũ defendenti nõ præiudicat. Alia.

Post susceptũ liberale iudicium, si Assertor causam deseruerit, in aliũ assertorem omne iudicium transferri placuit. In priorẽ uero quod prodendæ libertatis gratia factum est, extra ordinẽ uindicatur: Non enim oportet susceptam status causam, nulla cogente necessitate, destitui.

DE VSVCAPIONE. TIT. II.

POssessionem acquirimus & animo & corpore. Animo utiq; nostro: Corpore uel nostro, uel alieno. Sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus, retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hybernis æstiuisq; contingit. Interp.

Aliqua sunt, quæ animo & corpore possidemus: Aliqua, quæ tantum animo. Corpore ea possidemus, quæ in præsenti tenere uidemur uel utimur. Animo uero ea possidemus, quæ in longinquo posita sunt, & in nostro iure cõsistunt, & ea proprietati nostræ possumus uendicare. Alia.

Per liberas personas, quæ in potestate nostra nõ sunt, acquiri nobis nihil potest. Sed per Procuratorẽ acquiri nobis possessionem posse, utilitatis causa receptum est. Absente autem domino comparata, nõ aliter ei quàm si rata sit quæritur. Interpretatio.

Per liberas personas, quæ nobis nulla conditione obligatæ sunt, acquirere nihil possumus. Sed per Procuratores acquiri nobis possessiones certum est: Nam si aliquid absente domino fuerit comparatũ, non aliter ei acquiritur, nisi hanc ipsam uenditionem sibi acceptam dominus esse consenserit. Alia.

Longi autem temporis præscriptio, inter præsentes continuo decennij spatio, inter absentes uicennij comprehenditur. Alia.

Viginti annorum præscriptio etiam aduersus rem publicam prodesse ei, qui iustum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen, quanti eius interest, aduersus eos rei publicæ datur, qui ea negocia defendere neglexerunt. Interpretatio.

Viginti annorum non † requisita possessio, si tamen iustum possidendi initium intercessisse probatur, possessori prodesse certum est. Iustum autẽ initiũ est emptionis, hæreditatis, donationis, legati, fideicommissi, & cæterarum rerum similiũ, quæ per legitimas scripturas atq; contractus, ad uniuscuiusq; dominiũ transire noscuntur. Huius † tamen rei præscriptio, inter præsentes decennij est, inter absentes uero uicennij computatur. Alia.

† *repetita*

† *autem*

Si post motam intra tempus quæstionem, res ad nouum dominum emptione transierit, nec is per uiginti annos fuerit inquietatus, euelli ei possessionem non oportet.

DE HIIS QVAE PER TVRBAM FIVNT. TIT. III.

† Hæc clausula nec erat in Morpacensi, nec in Argēt.

IN eos, qui per turbam seditionemúe damnum alicui dederint, †damnumúe curauerint: siquidem res pecuniaria est, æstimatione dupli sarcitur. Quodsi ex hoc corporis alicuius, uitæ, membrisúe noceatur, extra ordinem uindicatur. Interpretatio.

Si aliquis collecta multitudine, aut concitata seditione damnum cuicunq; intulerit, si pecuniæ damnum fiat, dupli redhibitione componitur. Nam si corpus alicuius, uel membra cæde pulsata fuerint, huiusmodi admissum à iudice uindicatur.

Quicquid ex incēdio, ruina, naufragio, nauiq; expugnata raptum, susceptum, suppressumúe fuerit, eo anno in quadruplum, eius rei quā quis suppresserit, celauerit, rapuerit, cōuenitur. Postea uero in simplū. Alia.

Hij, q æades aliquas alienas, uillásue expoliauerint, effregerint, expugnauerint, siquidem id turba cum telis coacta fecerint, capite puniūtur. Telorum autē appellatione, omnia ex quibus saluti hominis noceri possit, accipiuntur. Alia.

Receptores aggressorū, itēq; latronū, eadē pœna afficiūtur, qua ipsi latrones: Sublatis enim susceptoribus, grassantiū cupido cōquiescet.

Fures, uel raptores balnearū, plerumq; in metallum, aut in opus publicum damnantur: Nam nonnunquam, pro frequentia admissorum, iudicantis sententia temperatur. Alia.

Incendiarij, qui consulto incendium inferunt, summo supplicio afficiuntur. Quodsi incuria eorum ignis euaserit, dupli compendio damnum eiusmodi sarciri placuit. Interpretatio.

Si aliquis malitiæ studio incendiū miserit, de hoc crimine conuictus, pœnis grauissimis iubetur interfici. Quod si per negligentiam factum incendium comprobatur, damnū quod cuicunq; illatū fuerit, res quæ incendio perierint, dupli satisfactione sarcientur.

DE INIVRIIS. TIT. IIII.

INiuriam patimur, aut in corpus, aut extra corpus. In corpus, uerberibus, & illatione stupri. Extra corpus, cōuicijs, & famosis libellis. Quod ex affectu uniuscuiusq; patientis, & facientis æstimatur. Alia.

Furiosus, itemq; infans, affectu doli, & captu contumeliæ carent, idcirco iniuriarum agi cum hijs non potest. Alia.

Si liberis, qui in potestate sunt, aut uxori fiat iniuria, nostra interest uindicare. Ideoq; per nos actio inferri potest: Si modo is qui fecit, in iuriam nostram id fecisse doceatur. Alia.

Corpori iniuria infertur, cum quis pulsatur, cuiq; stuprum infertur, aut

aut de stupro interpellatur: Quæ res extra ordinem uindicatur, ita ut pulsatio pudoris pœna capitis uindicetur. Alia.

Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemq; matrimoniorū interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter uoluntatē pernicios æ libidinis extra ordinem puniuntur. Alia.

Iniuriarum actio aut lege, aut more, aut mixto iure introducta est. Lege, XII. tabularū de famosis carminibus, membris ruptis, & ossibus fractis. Moribus, quoties factum pro qualitate sui arbitrio iudicis æstimatur, congruentis pœnæ supplicio uindicatur. Mixto iure iuriarum actio ex lege Cornelia cōstituitur, ut quoties quis pulsatur, uel cuius domus introitur ab hijs, qui uulgo Derectarij appellantur, in quos extra ordinem animaduertitur, ita ut prius ingruentis consiliū pro modo commētæ fraudis pœna uindicetur exilij, aut metalli, aut operis publici. Al.

Iniuriarum ciuiliter damnatus, eiusq; æstimationem inferre iussus, famosus efficitur. Interpretatio.

Qui pro iniuria mediocri, æstimatæ iniuriæ damna subire compellitur, quamuis ciuiliter uideatur addictus, tamen infamis efficitur. Alia.

Atrox iniuria æstimatur, aut loco, aut tempore, aut persona. Loco, quoties in publico irrogatur. Tempore, quoties interdiu. Persona, quoties Senatori, uel Equiti Romano, Decurioni, uel aliās spectatæ autoritatis uiro, etsi plebeius, uel humili loco natus, Senatori, uel Equiti Romano, Decurioni, uel Magistratui, uel Aedili, uel Iudici, quilibet horum, uel si hijs omnibus plebeius. Alia.

Qui per calumniam iniuriæ actionem instituit, extra ordinem punitur: Omnes enim calumniatores exilij, uel insulæ relegatione, aut ordinis amissione puniri placuit. Alia.

Iniuriarum non nisi præsentes accusare possunt: Crimen enim, quod uindictæ, aut calumniæ iudiciū expectat, per alios intēdi nō potest. Al.

Fit iniuria contra bonos mores, ueluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, cœno, luto obliniuerit, aquas spurcauerit, fistulā lacus, qdúe aliud in iniuriā publicā cōtaminarit. In quos grauiter animaduerti solet.

Qui puero prætextato stuprū, aliudúe flagitiū, abducto ab eo uel corrupto comite persuaserit, mulierē, puellamúe interpellauerit, quidúe corrumpendæ pudicitiæ gratia fecerit, domū præbuerit, pretiumúe, quo id psuadeat, dederit, perfecto flagitio, capite punitur. Imperfecto, in insulā deportatur. Corrupti comites summo supplicio afficiuntur. Alia.

Qui carmen famosum in iniuriā alicuius, uel alia quælibet cantica, quo agnosci possit, composuerit, ex autoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur. Interest enim publicæ disciplinæ, opinionem uniuscuiusque

* *Interpretis hæc uidentur esse.* turpi carminis infamia uindicare. *Carmen facit non tantũ qui satyras, & epigrammata, sed illegitimam infectandi alicuius causam, quidue aliud alio genere componit de ratione, & de personarum dignitate nil caue tur: quoniã omnimodo deformanda est eius persona, cõtra quem uenimus. Sed in hoc modo quidem & ratio adhibẽda est: æstimatio enim etiam hoc modo lædit̃ur. Alia.

Psalterium, quod uulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum, & publice cantatũ, tam in eos qui hoc cantauerint, quàm in eos qui composuerint extra ordinem uindicatur, eò acrius, si personæ dignitas ab hac iniuria defendenda sit. Alia.

In eos autores, qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem usq; ad relegationem insulæ uindicatur. Alia.

Conuicium Iudici ab appellatoribus fieri non oportet, alioqui infamia notantur. Alia.

Maledictum, itemq; cõuicium publicæ factum, ad iniuriæ uindictam reuocatur. Quo facto condemnatus infamis efficitur. Alia.

Non tantum is, qui maledictum aut conuicium ingesserit, iniuriarum conuictus famosus efficitur, sed & is, cuius ope consilióue factum esse dicitur. Alia.

Conuicium contra bonos mores fieri uidetur, si obscœno nomine, aut inferiore parte corporis nudatus, aliquis infectatus sit, quod factum contemplatione morum, & causa publicæ honestatis uindictam extraordinariæ ultionis expectat. Alia.

Seruus, qui iniuriam, aut contumeliam fecerit: siquidem atrocem, in metallum damnatur: si uero leuem, flagellis cæsus, sub pœna uinculorum temporalium domino restituitur. Alia.

DE EFFECTV SENTENTIARVM, ET FINE LITIVM. TIT. V.

REs iudicatæ euidenter ab hijs, qui imperium potestatemq; habent, uel qui ex autoritate eorũ inter partes datur, itemq; magistratus municipalis usq; ad summam, qua ius dicere possunt, itemq; ab hijs, qui ab Imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem iudex sumptus, rem iudicatã non facit. Sed si pœna inter eos promissa sit, pœna rei in iudiciũ deductæ ex stipulato peti potest. Alia.

Confessi debitores pro iudicatis habentur, ideoq; ex die confessionis tempora solutionis præstituta computantur. Alia.

Confiteri quis in iudicio, non tantum sua uoce, sed & literis, & quocũq; modo potest. Cõuinci autẽ nõ nisi scriptura, aut testibus potest.

Eorũ qui debita confessi sunt, pignora capi, & distrahi possunt.

Ea quæ

Ea quæ altera parte absente † decernuntur, uim rerum iudicatarum nõ obtinent. Alia. † *discernuntur*

Trinis literis uel edictis, aut uno pro omnibus dato, aut trina denuntiatione conuentus, nisi ad iudicem, à † quo sibi denuntiatum est, aut cuius literis, uel edicto conuentus est, uenerit, quasi in contumacem † dicta sententia, autoritatem rerum iudicatarum obtinet. Quinimo nec appellari potest ab ea. Interpretatio. † *ad quem* † *data*

Quicunq; tribus autoritatibus iudicis conuentus, uel tribus edictis ad iudicium fuerit prouocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est, quod causam extinguit, fuerit euocatus, & præsentiam suam apud eum iudicem, à quo ei denuntiatũ est, exhibere noluerit, aduersus eũ, quasi in contumacem iudicari potest. Quinimo nec retractari per appellationem negocia possunt. Alia.

Quoties in contumacem fuerit iudicatum, ab ea sentẽtia, quæ aduersus contumaces data est, neque appellari, neque in duplum reuocari potest. Alia.

Res olim iudicata, post longum silentium in iudicium deduci non potest, nec eo nomine in duplum reuocari. Longum autem tempus, exemplo longæ præscriptionis, decennij inter præsentes, & inter absentes uicennij. Alia.

In causa capitali absens nemo damnatur, neq; absens per alium accusare aut accusari potest. Alia.

Falsis instrumentis religio iudicis circunducta, si iam dicta sententia prius de crimine admisso constiterit, eius causæ instauratio iure desciscitur.

DE INTERDICTIS. TIT. VI.

REtinendæ possessionis gratia comparata sunt Interdicta, per quæ eam possessionem, quam iam habemus, retinere uolumus. Quale est: † Vti possidetis: De rebus soli: Et utrum uidere, & de re mobili. Et in priore quidem is potior est, qui † rem interdicti tempore nec ui, nec clàm, nec precario ab aduersario possidetur. In altero uero potior est, qui maiore parte anni retrorsum numerati, nec ui, nec clàm, nec precario possidet. Interpretatio. † *Vti poßidentes de rebus solidis: & utrũ ui de re mobili.* † *reddidit*

Interdicta dicuntur, quasi non perpetua sententia, sed ad tempus interim dicta, hoc est, à iudice momentum priori reddere possessori. Id est, ut si quis possidenti intra anni spatium, quod amisisse uidetur, præsentibus litigatoribus, iudice ordinante recipiat, & postmodum si uoluerit, tam de ui, quàm de rei proprietate confligat. Nam si talis casus emerserit, & aduentitiã quolibet titulo rem nouus possessor adeat, & eam maiore parte anni, id est, plus quàm sex mensibus teneat, & ab alio hæc res quam tenuit, auferatur, & ille qui abstulit, quatuor aut quinque mẽsibus teneat. Si intra ipsum annũ de momento fuerit † actũ, priori possessori, qui † *appellatum*

maiore parte anni possedit, res à iudice, partibus præsentibus, merito reformãt, ita ut de negocij qualitate partes sequenti actione cõfligant. Sin uero qui abstulit maiori parte possedit, ante iudiciũ momenti beneficio reddere nõ cõpellitur. Alia.

Vt interdictum, ita & actio proponitur, ne quis uia publica aliquem prohibeat. Cuius rei sollicitudo ad uiarum †cultores pertinet, á quarũ munitione nemo exceptus est. Si quis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impediantur, demolito opere condemnatur.

†curatores

DE INTERDICTO VTRVM VI. TIT. VII.

NOn tantum si ipse dominus possessione deijciatur, utile interdictum est, sed etiam si familia eius. Familiæ autem nomine etiã duo serui continentur. Alia.

Vi deijcitur non tantum qui oppressus multitudine, aut fustium, aut telorum, aut armorum metu terretur, sed & is, qui uiolentiæ opinione cõperta, possessione cessit: si tamen aduersarius eam ingressus sit. Alia.

De naui ui deiectus hoc interdicto experiri non potest. Sed utilis ei actio de rebus recuperandis, exemplo de ui bonorum raptorum datur. Idemq; de eo dicendum est, qui à carruca aut equo deijcitur: Quibus nõ abductis iniuriarum actio datur. Alia.

Vi deiectus uidetur, & qui in prædio ui retinetur, & qui in uia territus est, ne ad fundum suum accederet. Alia.

Qui ui, aut clàm, aut precario possidet, ab aduersario impune deijcitur. Interpretatio.

Vi possidet, qui impetu †efficaciter depulso aduersario possedit. Sed clàm possedisse uidetur, qui ignorante & inscio domino possessionem occupat. Precario, qui per precem postulat, ut ei in possessione permisso, domini uel creditoris fiduciam commorari liceat. Alia.

†efficaci

Ex rebus ui possessis si aliquæres arserint, uel serui decesserint, licet id sine dolo eius, qui deiecit, factum sit, æstimatione tamen condemnandus est: †quia ita uoluit adipisci rem iuris alieni. Interpretatio.

†qui

Si ex rebus, quas uiolenter aliquis occupauit, quælibet quacunq; occasione perierint, aut arserint, uel serui uiolenter occupati, mortui fuerint, quamlibet fraude illius qui occupauit, id quod perit factum non uideatur, tamen ab ipso quæcũq; perierint reddenda sunt, qui rem iuris alieni uiolenter usus est occupasse. Alia.

Si inter uicinos ex communi riuo aqua ducatur, induci prius debet ex hijs uicibus, quibus à singulis duci consueuit. Ducenti autem uis fieri prohibetur. Alienam autem aquã usurpanti, nummaria pœna irrogatur. Cuius rei cura ad sollicitudinẽ Præsidis expectat: Alia.

Redditur interdicti actio, quæ proponitur ex eo, ut quis quod precarium habet restituat. Nam & ciuilis actio huius rei, sicut †commodati competit, eò uel maxime, quod ex beneficio suo unusquisque iniuriam pati

†commendati

riam pati non debet. Interpretatio.

Si quando alicuius precibus exorati, aliquid cuicunq; possidendum ad tempus fuerit præstitum, & ad primam admonitionem hoc ipsum reddere noluerit, datur aduersus eum interdictum, & actio iusta proponitur, † quæ actio ciuilis est, uelut si de cõmodato agitur, ut res †ipsa præstita sine aliqua difficultate reddatur: Quia pro beneficio pati quencunq; iniuriam non oportet. Alia.

† quia actio utilis est

† ita

Precario possidere uidetur, non tantum qui per epistolam, uel quacunq; alia ratione hoc sibi concedi postulauit, sed & is qui nullo uoluntatis indicio, patiente tamen domino possedit. Alia.

Hæres eius, qui precariam possessionem tenebat, si in ea manserit, magis dicendũ est clàm id uideri possedisse: Nullæ enim preces eius uidentur adhibitæ. Et ideo persecutio eius rei semper manebit, nec interdicto locus est. Interpretatio.

Si hæres eius in ea possessione, quam autor suus precario possederat, post mortẽ illius manserit, magis æstimandus est clàm, id est, occulte manere. Actio tamẽ proprietatis domino aduersus eum, qui ita manserit, iure competit. Alia.

Arbor, quæ in alienas ædes, uel in uicini agrum imminet, nisi à domino sublucari non potest: isq; conueniendus est, ut eum sublucet. Quodsi conuentus dominus id facere noluerit, à uicino luxuries ramorum compescatur. Idq; qualiscunq; dominus facere non prohibetur. Alia.

Aduersus eum, qui hominem liberum uinxerit, suppresserit, incluserit, operamúe, ut id fieret, dederit, tam interdictum, quàm legis Fabiæ super ea re actio reddetur. Et interdicto quidem id agitur, ut exhibeatur is qui detinetur. Lege autem Fabia, aut etiam pœna nummaria †cohercetur. Interpretatio.

†addicetur

Si quicunq; hominem liberum ligauerit, absconderit, incluserit, aut ut id fieret, solatium præbuerit, aduersus eum legis Fabiæ actio datur, id est, ut exhibeatur is, qui in clausura, aut in uinculis detinetur, ab eo qui fecisse conuincitur. Aut secundum legem Fabiam puniendus est, aut secundum æstimationẽ iudicis pœna nummaria feriendus est. Alia.

Bene concordans matrimonium separari à patre Diuus Pius prohibuit, itemq; à patrono libertum, à parentibus filium filiamq;: Nisi forte quæratur, ubi utilius morari debeat. Alia.

Omnibus bonis, quæ habet, quæq; habiturus est, obligatis, nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea quæ in usu quotidiano habet, obligantur. Ideoq; de hijs nec interdictum redditur. Interp.

Si quis debitor creditori suo talem fecerit cautionem, ut omnia ei, quæ in bonis suis habet, uel habiturus est, oppignorasse uideatur, in tali conditione nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea quæ in usu quotidiano habet, obligata uideri possunt. Nec momentum, si creditor petat, de hijs rebus quas superius diximus, accipere potest.

DE OBLIGATIONIBVS. TIT. VIII.

Stipulum. OBligationum firmandarum gratia ſtipulationes inductæ ſunt, quæ quadam uerborum ſolennitate concipiuntur. Et appellatæ, quod per eas firmitas obligationum conſtringitur. Stipulum enim ueteres firmum appellauerunt. Alia.

Verborum obligatio inter præſentes, non etiam inter abſentes contrahitur. Quod ſi ſcriptum fuerit inſtrumento, promiſiſſe aliquem, perinde habetur, atq; ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit. Int.

Verborum obligatio ideo inter præſentes conſtare uidetur, quia neceſſe eſt, ut is, qui aliquid redditurum ſe promittit, ad creditoris interrogata reſpõdeat. Vt ſi interrogatus fuerit, Iſtud dabis? Ille reſpondet: Dabo. Si interrogatus fuerit: Promittis? Ille reſpondet: Promitto. Sed ſi ſcribat aliquis, ſe quancunq; ſummam redditurum, ita habetur, quaſi ad interrogata reſponderit. Ideo ad redhibitionẽ ſecundum ſcripturæ ordinem retinetur. Alia.

Fructuarius ſeruus, ſi quid ex re fructuarij, aut ex operis ſuis acquiret, ad fructuarium pertinet. Quicquid autem aliunde, uel ex re proprietaria acquiret, domino proprietatis acquiret. Alia.

Cum facto promiſſoris res in ſtipulatum deducta intercidit, perinde agi ex ſtipulato poteſt, ac ſi ea res extaret. Ideo promiſſor æſtimatione eius punitur. Maxime, ſi in dolũ quoq; eius cõcepta fuerit ſtipulatio.

† *ubicunque* Qui aliquid ſe rei † cuicunq; redditurum eſſe promiſerit, ſi eius facto res promiſſa depereat, ita eam is, cui promiſſa eſt, ab eo recipere poteſt, tanquam nõ perierit. Ideoq; promiſſor, æſtimatione habita, pretium eius rei quæ perierit, reformare compellitur. Quod in eo magis obſeruandũ eſt, ſi promiſſoris fraude fuerit factũ.

DE NOVATIONIBVS. TIT. IX.

NOn ſolum per noſmetipſos nouamus quod nobis detur, ſed per eos etiam, per quos ſtipulare poſſumus, ueluti per filium familiâs, uel per ſeruum, iubendo uel ratum habendo. Procurator quoq; noſter ex iuſſu noſtro præceptũ eſt ut nouare poſſit. Int.

Nouatio eſt, quoties cauſa nouatur.

DE STIPVLATIONIBVS. TIT. X.

SVbſtitutus hæres, ab inſtituto, qui ſub conditione ſcriptus eſt, utiliter ſibi inſtitutũ hac ſtipulatione cauere compellitur, ne petita bonorũ poſſeſſione res hæreditarias diminuat. Hoc enim caſu, ex die interpoſitæ ſtipulationis, duplos fructus præſtare compellitur: Huius enim præiudicium à ſuperiore differt, quo quæritur, an ea res de qua agitur, maior ſit centum ſeſtertijs. Ideoq; in longiorem diem concepit. Interpretatio.

Subſtitutus hæres, eum qui ſub conditione hæres inſtitutus eſt, adita hæreditate compellere

compellere poteſt, ut ſibi hæres inſtitutus caueat, id eſt, cautione promittat, hanc ipſam hæreditatem à ſe in nullo penitus minuendam. Quo facto, ſi quid de hæreditate fuerit imminutum, duplos fructus eius à die cautionis hæres inſtitutus redhibere compellitur. Alia.

Ex die accepti iudicij dupli fructus computãtur. Et tam dantes quàm accipientes: hæredes quoq; eorũ, procuratores, cognitorumq; perſonæ, itemq; ſponſores eadem ſtipulatione comprehenduntur, eorum quoq; quorum nomine promittitur. Interpretatio.

Ex ea die, qua de cauſa fuerit iudicatum, ſi in redhibitione mora facta fuerit, dupli fructus computantur, & tam hij qui addicti fuerint, quàm etiam hæredes eorũ, uel procuratores, aut cognitores, uel fideiuſſores eadem promiſſio comprehendit, qui etiam tenendi ſunt, quorum nomine facta fuerit promiſſio. Alia.

Quoties iudicatum ſolui ſtipulatione ſatiſdatur, omiſſa eius actio rei iudicatæ perſecutionem non excludit. Interpretatio.

Si quando cauſa per iudicium fuerit terminata, & iudicati ſolutio fideiuſſione interpoſita fuerit repromiſſa, ſed is cui fideiuſſio præbita eſt, huius rei actionem qualibet ratione tardauerit, perſecutio rei quæ addicta eſt non excluditur. Alia.

Emancipati liberi præteriti, ſi uelint ſe miſcere paternæ hæreditati, & cum hijs, qui in poteſtate remanſerint, communis patris diuidere hæreditatem, antequam bonorum poſſeſſionem petant, de conferẽdo cauere cum ſatisdatione debebunt. Quod ſi ſatisdare non poſſunt, ſtatim exfide bonorũ confuſionẽ, excepto peculio caſtrenſi, facere cogẽdi ſunt.

Emancipati filij ſi patris teſtamento fuerint prætermiſſi, & ſe paternæ hæreditati cum reliquis fratribus miſcere uoluerint, de confundendis rebus, quas à patre emancipationis tẽpore præceperint, fideiuſſores dare compelluntur, qui eos omnia diuiſioni refuſuros ſua fideiuſſione promittant. Quod ſi huiuſmodi fideiuſſores non dederint, ſtatim fide media confuſionem rerum omnium, quas acceperunt, facere cõpelluntur: Exceptis tamen rebus, quas de caſtrenſi peculio habere probantur.

DE CONTRAHENDA AVTORITATE. TIT. XI.

OB metum impendentis damni uicinus uicino ſatisdare debet, additis ſponſoribus ſuper eo, quod damni acciderit de communi pariete. Vtilitatis cauſa hoc cœpit obſeruari, ut ædificet quidem, cui ædificare intereſt. Cogatur uero ſocius portionis ſuæ impenſas agnoſcere. Interpretatio.

Si quando aliquibus uicinus paries ruinæ metum uideatur oſtendere, inuicem ſibi datis fideiuſſoribus, promittere debent, ut ſi cui uicinus paries damnum fecerit, à ſocio ſarciatur. Sed ſi ab uno ex hijs communis paries propter metum ruinæ fuerit reparatus, impenſas fabricæ ſocius illi pro portione ſua † præſtare cogendus eſt. † reſtaurare

DE DONATIONIBVS. TIT. XII.

SPecies extra dotem à matre, in honorem nuptiarum, præsente filia genero traditæ, donationẽ perfeciſſe uidentur. Alia.

Probatio traditæ, uel non traditæ poſſeſſionis, non tam in iure, quàm in facto conſiſtit. Ideoq; ſufficit ad probationem, ſi rem corporaliter teneant. Interpretatio.

Si inter aliquos de tradita, aut non tradita re naſcatur intentio, huius rei probatio non in iure, aut in ſcriptura, ſed in facto conſtat. Ideo ad omnem probationẽ ſufficit, ſi res ab eo, qui ſibi traditam aſſerit, teneatur. Alia.

Pater ſi filiofamiliæ aliquid donauerit, & in ea uoluntate perſeuerans deceſſerit, morte patris donatio conualeſcit. Alia.

Cum unius rei in duos donatio confertur, potior eſt ille cui res tradita eſt: Nec intereſt, poſterior quis, an prior acceperit, & acceptæ nec ne perſonæ ſint. Interpretatio.

Si aliquis unam rem duobus per legitimas ſcripturas donauerit, uni prius, & alteri poſtea, non quærendum eſt in hijs donationibus, qui prior, qui poſterior, ſed qui rem tradente donatore poſſederit, is eam, cui eſt tradita, poſſidebit, nec intereſt, utrum in parentes, an in extraneos talis ſit facta donatio. Alia.

Inuitus donator de euectione rei donatæ promittere non cogetur, nec eo nomine, ſi promiſerit, oneratur: Quia lucratiuæ rei poſſeſſor ab euectionis actione ipſa iuris ratione depellitur. Interpretatio.

Si aliquis rem iuris ſui, ſcriptura interueniente, donauerit, euectionis pœnam ſibi conſtituere inuiti non compelluntur. Ad quam etiamſi uolens promiſerit, non poteſt retineri: Quia res quæ lucrum alteri facit, damnũ pro munere ſuo donatori inferre non poterit. Et ſi ad hanc rem is, cui donatum eſt, donatorem uoluerit atti-
† *remouetur.* nere, ab hac actione omnimodis †reuocetur. Alia.

† *donare* Ei qui aliquem à latrunculis, uel hoſtibus eripuit, in infinitũ †dare nõ prohibetur, ſi tamen donatio, & non merces eximij laboris appellanda eſt: quia contẽplationẽ ſalutis certo modo æſtimari non placuit. Int.

Siquis aliquẽ de imminenti periculo, id eſt, de latronũ aut hoſtiũ perſecutione, uel manu eripuit: quicquid uel quantum, aut ſi omnia is qui liberatus eſt, pro ſalutis ſuæ mercede donauerit, nec ab ipſo donatore, nec ab hæredibus eius repeti poteſt: Quia uitæ præmium nulla poteſt æſtimatione pretij penſari.

DE IVRE FISCI ET POPVLI. TIT. XIII.

† *tædio* IUs bona, qui ſibi ob aliquod admiſſum flagitium mortem cõſciuit, fiſcus uendicat. Quod ſi †id odio uitæ, aut pudore æris alieni, uel ualetudinis alicuius impatientia hoc admiſit, non inquietabunturs, ſed ordinaria ſucceſſio relinquitur. Interpretatio.

† *ingratitudine* Si quis ſibi pro aliquo admiſſo crimine mortem intulerit, facultates eius fiſcus uendicat: Nam ſi† per ingrauitudinem malæ uitæ, aut propter uerecundiã contracti enormis

enormis debiti, uel impatientia ualetudinis, mortem ſibi intulerit, bona eius ſuis, aut legitimis hæredibus nullatenus auferuntur. Alia.

Ei etiam uelut indigno aufertur hæreditas, qui affinem uel cognatũ, cui ipſe ab inteſtato ſucceſſurus erat, teſtamentum facere prohibuit, aut ne iure ſubſiſteret, operam dedit. Alia.

Si pater uel dominus id teſtamentum, quo filius eius uel ſeruus hæredes inſtituti ſunt, aut legatum acceperunt, falſum redarguant, nec obtineant, fiſco locus eſt. Alia.

Aetati eius, qui accuſat teſtamentum, ſi non obtineat, ſuccurri ſolet in id, quod ita amiſit: maxime, ſi Tutoris, aut Curatoris conſilio actio inſtituta ſit.

DE FISCI ADVOCATO. TIT. XIIII.

IN ea prouincia, ex qua quis originem ducit, officium fiſcale adminiſtrare prohibetur, ne aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe uideatur. Alia.

Quoties ſine autoritate iudicati Officiales alicuius bona occupant, uel deſcribunt, uel ſub obſeruatione eſſe faciunt, †addito Procuratore, † *adito* iniuria ſubmouetur, †ut rei huius autores ad Præfectos Prætorio pu- † *ut* niendi mittantur. Alia.

Litem in perniciem priuatorum fiſco donari non oportet, nec ab eodem donata ſuſcipi. Interpretatio.

Imperatorem litis cauſa hæredem inſtitui inuidioſum eſt: Nec enim calumniandi facultatem ex Principali maieſtate capi oportet. Alia.

Ex nuda pollicitatione nulla actio naſcitur. Ideoq; eius bona, qui ſe hæredẽ Imperatorẽ facturũ eſſe iactauerat, à fiſco occupari nõ poſſunt.

Priuilegiũ fiſci eſt, inter omnes creditores primũ locũ tenere. Alia.

Quicunq; à fiſco conuenitur, non ex indice, uel exemplo alicuius ſcripturæ, ſed ex autentico cõueniendus eſt, etſi cõtractus fides poſſit oſtendi. Cæterum calumnioſam ſcripturã uim iuſtæ petitionis in iudicio obtinere non conuenit. Alia.

Eius bona, qui falſam monetam percuſſiſſe dicitur, fiſco uendicantur. Quod ſi ſerui, ignorante domino, id feciſſe dicantur, ipſi quidem ſummo ſupplicio afficiuntur, domino tamen nihil aufertur: Quia peiorem domini cauſam ſerui facere, niſi forte ſcierit, omnino non poſſunt.

DE DELATORIBVS. TIT. XV.

OMnes omnino deferre alterum, & cauſam pecuniariã fiſco nuntiare prohibentur. Nec refert, mares iſtud an fœminæ faciant, ſerui an ingenui, an libertini, an ſuos, an extraneos deferant:

omni enim modo puniuntur. Alia.

Serui fiscales, qui causam domino prodere, ac nuntiare contendunt, deferre non uidentur, subornati sanè reũ prodere coguntur. Ne † quod per se non potest, per alium deferat. Perinde autem subornatores ac delatores puniuntur. Interpretatio.

† qui

Si serui fiscales aliquid domino nuntiauerint atq; prodiderint, delatores esse non uidentur. Sane si aliquis eos ad hanc rem immiserit uel instigauerit, eũ prodere cõpelluntur. Qui cum proditus ab illis fuerit, ita puniri iubetur, quemadmodum delatores pro iuris ordine puniuntur. Alia.

Damnati serui, siue post sententiam, siue ante sententiam dominorum facinora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi forte reos deferant maiestatis.

DE QVAESTIONIBVS HABENDIS. TIT. XVI.

IN criminibus eruendis quæstio quidem adhibetur, sed nõ statim à tormentis incipiendũ est. Ideoq; prius argumentis quærendum est, etsi suspicione aliqua reus arguatur, adhibitis tormentis de socijs & de sceleribus suis confiteri compellitur. Alia.

Vnius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior, & teneræ ætatis esse uideatur.

DE TESTIBVS. TIT. XVII.

SVspectus gratiæ testis ex eis uel maxime, quos accusator de domo produxerit, uel uitæ † uilitas infamauerit, interrogari non placuit: In teste enim & uitæ qualitas expectari debet, & dignitas. Alia.

† humilitas

In affinem uel cognatum inuiti testes interrogari non possunt. Alia.

Aduersus se inuicem parentes & liberi, itemq; liberti nec uolentes ad testimonium admittendi sunt: Quia ueritatis testimonium necessitudo personarum plerunq; corrumpit. Interpretatio.

Aduersus se inuicem testimonium parentes & filij, uel liberti dicere prohibẽtur: Quia ueritatis professionem propinquitatis affectio impedire cognoscit. Alia.

Testes cum de fide tabularum nihil dicitur, aduersus scripturam interrogari non possunt. Alia.

Hij qui falsè uel uarie testimonia dixerunt, uel utriq; parti † prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut Curia submouentur. Alia

† prouiderint

In re pecuniaria tormenta, nisi cum de rebus hæreditarijs quæritur, non adhibentur. Aliàs autem iureiurando, aut testibus explicantur.

DE SER-

DE SERVORVM QVAESTIONIBVS. TIT. XVIII.

SEruum de facto interrogari posse, ratio æquitatis ostendit: Nec enim obesse ei debet, qui per seruum aliquid sine cautione commodatum deponit. Interpretatio.

Seruum de facto suo in se interrogari posse præceptum est, ut si aliquid dominus eius per eum cuicunq; sine cautione transmiserit, aut commodauerit, si ille, cui traditum est, negare uoluerit, responsione serui, per quem res acta est, possit rei probatio non deesse. Alia.

Iudex tutelaris, itemq; Curiri, si aliter de rebus hæreditarijs, uel de fide generis instrui non possunt, poterunt de seruis hæreditarijs habere quæstionem. Interpretatio.

Si quando rerum hæreditariarũ quantitas, Tutore agente requiritur, ut possit hæreditatis quantitas inueniri, de seruis hæreditarijs haberi quæstionem iure præceptũ est. Et si fortasse de filijs aliqua dubitatio habeatur, ut ueritas inueniri non possit, torqueri serui hæreditarij iubentur. Alia.

Serui alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt. Et hoc inuito domino non est permittendum, nisi delator, cuius interest quod intendit probare, pretia eorum, quanti dominus taxauerit, inferre sit paratus, uel certe deterioris facti serui subire taxationem. Alia.

Seruo, qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur: Nec enim oportet in rebus dubijs salutem dominorum seruorum arbitrio committi. Alia.

Serui in caput domini, neq; à Præside, neq; à Procuratore, neq; in pecuniarijs, neq; in capitalibus causis interrogari possunt. Alia.

Communis seruus in caput alterius † ex dñis torqueri non potest.

† domini

Qui seruum ideo comparauit, ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari. Alia.

Seruus in caput eius domini, à quo distractus est, cuiq; aliquando seruiuit, in memoriã prioris dominj interrogari non potest. Alia.

Si seruus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueatur, quæstio de eo nihilominus † haberi non potest. Alia.

† aliàs, haberi potest.

Quæstioni eius latronis, quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, fidem accommodari non conuenit, nisi id forte uelandæ conscientiæ suæ gratia, quam cum reo habuit, fecisse doceatur. Interpretatio.

Si latro quæstioni subditus, de eo qui ipsum quæstioni obtulit, confiteatur, credulitatem confessioni eius non conuenit adhiberi, nisi forte ad protegendam conscientiam suam eum quæstioni obtulisse rebus euidentibus approbetur. Alia.

Neq; accusator per aliũ accusare, neq; reus per aliũ defendi potest, nisi ingratum libertum patronus accuset, aut rei absentia defendatur.

In criminalibus cauſis nec accuſator, niſi per ſe, aliquẽ accuſare poteſt, neq; accuſatus per Procuratorẽ, aut aliam perſonam ſe defenſare permittitur, niſi forte ingratum libertum patronus accuſet. Alia.

Si pecunia data iudici reus abſolutus eſſe dicatur, idq; in eum fuerit comprobatum, ea pœna damnatur, qua reus damnari potuiſſet. Alia.

In conuictum reum, ſiue torqueri poſſit, ſiue non poſſit, pro modo admiſſi ſceleris ſtatuendum eſt. Interpretatio.

In eum reum, qui obiecti criminis ueritate conuincitur, ſiue torqueri poteſt, ſiue non poſſit, iudex quod ei uiſum fuerit iudicabit. Alia.

Reis ſuis edere crimina accuſatores cogendi ſunt: Scire enim oportet, quibus ſint criminibus reſponſuri.

DE ABOLITIONIBVS. TIT. XIX.

POſt abolitionem publicam à delatore ſuo reus intra triceſimũ diem repeti poteſt, poſtea non poteſt. Alia.

Summa ſupplicia ſunt, crux, crematio, decollatio. Mediocrium autem delictorum pœnæ ſunt, metallum, ludus, deportatio. Minimæ, relegatio, exilium, opus publicum, uincula. Sanè qui ad gladium dantur, intra annum conſumendi ſunt.

DE ABACTORIBVS. TIT. XX.

ABactores ſunt, qui unum equum, duas equas, totidemq; boues, uel capras decem, porcos quinq; abegerint. Quicquid uero intra hunc numerum fuerit ablatũ, in pœna furti pro qualitate eius, aut in duplũ, aut in triplũ cõuenitur, uelfuſtibus cæſus, in opus publicũ unius anni datur, aut ſub pœna uinculorũ domino reſtituitur.

Si ea pecora, de quibus quis litigat, abegerit, ad forũ †non mittendus eſt, atq; ita conuictus, in duplũ, uel in triplũ, furis more, damnatur. †renuntiãdus eſt

DE SACRILEGIIS. TIT. XXI.

QVi noctu manu facta, prædandi ac depopulandi gratia, templum irrũpunt, beſtijs obijciũtur. Si uero per diẽ leue aliquid de templo abſtulerint, uel deportantur honeſtiores, uel humiliores in metallum damnantur. Interpretatio.

Iſta quæ de templo dicta ſunt, de eccleſia loqui intelligenda ſunt de reliquo.

DE INCENDIARIIS. TIT. XXII.

QVi noctu fructiferas arbores, manu facta, cæciderint, ad tempus plerunq; in opus publicum damnãtur, aut honeſtiores damnũ †ſarcire cogentur, uel Curia ſubmouẽtur, uel relegantur. †ſubire

DE VATI-

DE VATICINATORIBVS, ET VATICINATIONIBVS, ET MATHEMATICIS. TIT. XXIII.

VAticinatores, qui ſe deo plenos aſſimulant, idcirco à ciuitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad ſpem alicuius rei corrumperentur.: uel certe ex eo populares animi turbarentur: Ideoq; primo fuſtibus cæſi ciuitate pelluntur, perſeuerantes autem, in uincula publica conijciuntur, aut in inſulam deportantur, uel certe relegantur. Alia.

Qui nouas, & uſu, uel ratione incognitas religiones inducũt, ex quibus animi hominum moueantur, honeſtiores deportantur, humiliores capite puniuntur. Alia. †indicant

Qui de ſalute Principis, uel de ſumma reipublicæ, Mathematicos, Ariolos, Aruſpices, Vaticinatores conſulit, cum eo qui reſponderit capite punitur. Alia.

Non tantum diuinatione quis, ſed ipſa ſcientia, eius q; libris melius ſe cerit abſtinere. Quod ſi ſerui de ſalute dominorum conſuluerint, ſummo ſupplicio, id eſt cruce afficiuntur. Conſulti autem ſi reſponſa dederint, aut in metallum damnantur, aut in inſulam †deportantur. †relegantur

DE SEDITIOSIS. TIT. XXIIII.

AVtores ſeditionis & tumultus, uel concitatores populi, pro qualitate dignitatis, aut in crucem tolluntur, aut beſtijs obijciuntur, aut in inſulam deportantur. Alia.

Qui terminos effodiunt, uel exarant, arbores ue terminales euertunt, ſiquidem id ſerui ſua ſponte fecerint, in metallum damnantur, humiliores in opus publicum, honeſtiores in inſulam, amiſſa tertia parte bonorum, relegantur, † aut exulare coguntur. Alia.

Ciues Romani, qui ſe Iudaico ritu, uel ſeruos ſuos circũcidi patiũtur, bonis adẽptis in inſulã perpetuo relegãtur: Medici capite puniũtur.

Iudæi ſi alienæ nationis comparatos ſeruos circunciderint, aut deportantur, aut capite puniuntur. †Hanc clauſulam apparet irrepſiſſe in contextum, cum fuerit à diligenti aliquo margini aſcripta.

AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS, ET VENEFICIS. TIT. XXV.

LEx Cornelia pœnam deportationis infligit eis, qui hominẽ occiderint, eiuſue rei cauſa, furtiue faciendi cum telo fuerint. Et qui uenenum hominis necandi cauſa habuerint, uendiderint, comparauerint, falſum teſtimonium dixerint, quo quis perierit, mortisue cauſas præſtiterint: Ob quæ omnia facinora, honeſtiores pœna capitis

capitis iudicantur: humiliores uero in crucem tolluntur, aut bestijs obijciuntur. Alia.

Qui aut uenenũ, aut quodcunq; ingenio uel dolo, qualiter homo occidatur, excogitauerit, capite puniatur. Alia.

Qui hominem occiderit aliquando absoluitur. Et qui non occidit, ut homicida damnatur. Consiliũ enim uniuscuiusq;, non factum puniendũ est. Ideoq; quicunq; uoluntarie occidere uoluit, si id causa aliqua perpetrare non potuerit, ut homicida punietur. Et is, qui casu iactu teli hominẽ imprudenter occiderit, absoluitur. Alia.

Qui latronẽ cædem sibi inferentem, uel aliâs quemlibet stupro occiderit, puniri non placuit. Alius enim uitam, alius pudorem publico facinore defendit. Alia.

Iudex, qui in caput fortunasq; hominis pecuniam accepit, in insulam, bonis ademptis deportetur. Alia.

Mandatores cædis perinde ut homicidæ puniuntur. Alia.

Si putator ex arbore cum ramum deciderit, & non proclamauerit, ut uitaretur, atq; ita præteriens eius ictu homo perierit, etsi in legem nõ incurrit, in metallum damnatur. Alia.

Qui hominem inuitum, libidinis aut mercedis causa castrauerit, castrandumue curauerit, siue is seruus, siue liber sit, capite puniatur. Honestiores, publicatis bonis in insulam deportantur. Alia.

Qui abortionis & amatorium poculum dant, etsi id dolo non faciant, tamen mali exempli res est. Humiliores in metallum, honestiores in insulam, amissa parte bonorum relegantur. Quod si ex hoc homo aut mulier perierit, summo supplicio afficiuntur. Alia.

Qui sacra impia nocturnáue obcantare obligauerint, fecerint, faciendáue curauerint, aut cruci suffigũtur, aut bestijs obijciũtur. Alia.

Qui hominem immolauerint, eiusq; ex sanguine litauerint, phanum, templumue polluerint, bestijs obijciuntur. Vel si honestiores sint, capite puniuntur. Alia.

Magicæ artis conscios summo supplicio affici placuit, id est, bestijs obijci, aut cruci suffigi. Ipsi autem Magi uiui exuruntur. Alia.

Libros magicæ artis apud se neminẽ habere licet: at penes quoscunq; reperti sint, bonis ademptis, ambustisq; hijs publice, in insulam deportantur. Humiliores capite puniũtur. Non tantum huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est. Alia.

Si ex eo medicamine, quod ad salutẽ hominis, uel ad remedium datum erat, homo perierit, is qui dederit, si honestior fuerit, in insulam †relegetur. Humilior autem capite puniatur. †deportatur

AD LEGEM POMPEIAM DE PARICIDIIS. TIT. XXVI.

LEge Pompeia de paricidijs tenetur, qui patrẽ, matrem, auũ, fratrem, sororem, patronum, patronam occiderit, etsi antea insuti culleo in mare præcipitabantur, hodie tamen uiui exuruntur, uel ad bestias dantur.

AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM. TIT. XXVII.

LEge Cornelia testamentaria tenetur, qui testamentũ, quodue aliud instrumentum falsum, †sciens dolo malo scripserit, recitauerit, subiecerit, suppresserit, amouerit, resignauerit, deleuerit, quodue aliud signum adulterinum exculpserit, perfecerit, expresserit, amouerit, reseruauerit: quiue nummos aureos, argenteos, adulterauerit, lauerit, conflauerit, raserit, corruperit, uitiauerit, uultue Principum signatam monetam, præter adulterinam, reprobauerit: honestiores quidem in insulam deportantur, humiliores autem aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur. Serui autem post admissum manumissi capite puniuntur. Alia. †insciens dolose

Qui ad falsum testimoniũ perhibendum, uel uerum nõ perhibendum pecuniam acceperit, dederit, iudicemue, ut sententiam ferret, corruperit, corrumpẽdumue curauerit: humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur. Alia.

Iudex, qui contra sacras Principũ constitutiones, contráue ius publicũ, quod apud se recitatũ est, pronuntiat, in insulã deportatur. Int.

Quicunq; iudex oblatas sibi in iudicio leges, uel iuris species audire noluerit, & contra eas iudicauerit, ex ea re conuictus in insulam deportetur. Alia.

Qui rationes, acta, libellos, album propositum, contestationes, cautiones, chirographa, epistolas, sciens dolo malo in fraudem alicuius †læserit, mutauerit, subiecerit, subscripserit, quidue inaurauerit, argentauerit, æs, stannumue subiecerit, falsi pœna cohercetur. Alia. †delcuerit

Amplissimus Ordo decreuit, eas tabulas, quæ publici, uel priuati cõtractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summã marginis ad mediam partẽ perforatæ, triplici lino constringantur, atq; impositũ supra linum ceræ signa imprimantur, ut exteriores scripturæ fidẽ interiori seruẽt. Aliter tabulæ prolatæ nihil momenti habent. Alia.

Qui testamentum aperuit, recitauerit, †signauerit, pœna legis Corneliæ tenebitur, & plerunq; aut humiliores in metallum damnantur, aut honestiores in insulam deportantur. †resignauerit

Si quis instrumenta utilitatis suæ à Procuratore suo uel Cognitore aduersario prodita esse conuicerit, tam Procurator, quàm Cognitor, si humiliores sunt, in metallum damnantur: si honestiores, adempta dimidia parte bonorum in perpetuum relegantur. Interpretatio.

Instrumenta penes se deposita quicunq; alteri, altero absente, tradiderit, uel aduersario prodiderit, pro personæ eius conditione, aut in metallum damnetur, aut in insulam relegetur. Alia.

Qui falsis instrumentis, actis, epistolis, rescriptis, sciens dolo malo usus fuerit, pœna falsi cohercetur. Ideoq; humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam deportantur. Alia.

Si quis sibi falsum nomen imposuerit, genus, parentesue finxerit, quodq; alienum interceperit, possederit, pœna legis Corneliæ De falsis cohercetur. Alia.

† militiamq; Qui insignibus altioris ordinis utuntur, †si malitia confingunt, quo quem terreant, uel concutiant, humiliores capite puniuntur, honestiores in insulam deportantur. Alia.

Si qui de iudicis amicitijs, uel familiaritate mentientes, euentus sententiarum eius uendunt, quidue obtentu nominis eius agunt: conuicti pro modo delicti, aut relegantur, aut capite puniuntur.

AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLCA ET PRIVATA. TIT. XXVIII.

LEge Iulia de ui publica damnatur, qui aliqua potestate præditus, ciuem Romanum antea ad populum, nunc Imperatorem appellantem, necarit, necariue iusserit, torserit, uerberauerit, condemnauerit, in publica uincula duci iusserit. Cuius rei pœna in humiliores capite, in honestiores insulæ deportatione cohercetur. Alia.

Hac lege excipiuntur, qui artem ludicram faciunt. Iudicati etiam & confessi, qui ideo in carcerem duci iubentur, quod ius dicenti non obtemperauerint, quidue contra disciplinam publicam fecerint. Tribuni etiam militum, & Præfecti classium, alarumue, ut sine aliquo impedimento legis Iuliæ per eos militare delictum coherceri possit. Interpretatio.

Lege Iulia decretum est, ut pro uiolentia publica damnetur, quicunq; iudex appellantem, ut ad Principis præsentiam ducatur, ingenuum hominem, uel ciuem Romanũ factum torserit, occiderit, uel occidi iusserit, uel in uinculis publicis astrinxerit, uel flagellis cæciderit, aut damnare præsumpserit. Pro qua re humiliores per† ad sonæ iudicio capitis puniuntur, honestiores in insulã relegantur. Sed † à legis istius pœna de aliquibus præceptum est, etiamsi ad Principem appellauerint, posse torqueri, uel damnari, siquos in ludicra arte offenderint, uel iudicio fuerint condemnati, aut de crimine suo confessi. Et qui propter hoc in carcerem rediguntur: quia secundum leges sententiæ iudicis parére noluerint. Vel si contra disciplinam publicam

eam commisisse aliquid conuincantur. Tribuni quoq; militum, & præpositi nauium, & præfecti alarum, & omnes sine impedimento legis Iuliæ, etiam post appellationem possunt pro culpæ suæ qualitate aut damnari, aut uerberari. Alia.

Lege Iulia de ui publica & priuata tenentur, qui quẽ armatis hominibus possessione, domo, uilla, agróue deiecerit, expugnauerit, obsederit, causerit, idue ut fieret, hoies cõmodauerit, locauerit, cõduxerit, quiue cœtum, concursum, turbam, seditionem, incendium fecerit, funerari, sepeliriue aliquem prohibuerit, funusue eripuerit, turbauerit. Et qui eum, cui aqua & igni interdictũ est, receperit, celauerit, tenuerit. Quiue cum telo in publico fueri. Ttempla, portas, aliudue quid publicum armatis obsederit, cinxerit, clauserit, occupauerit. Quibus omnibus conuictis, si honestiores sint, tertia pars bonorum eripiatur, & in insulam relegẽtur, humiliores in metallum damnentur. Alia.

Creditor chirographarius si sine iussu Præsidis per uim debitoris sui pignora, cum non habuerit obligata, acceperit, in legem Iuliam de ui priuata committit. Fiduciam uero & pignora apud se deposita persequi, & sine autoritate iudicis uindicare non prohibetur.

DE LEGE IVLIA PECVLATVS. TIT. XXIX.

QVis fiscalem pecuniam attrectauerit, surripuerit, mutauerit, seu in suos usus conuerterit, in quadruplum eius pecuniæ, quã sustulit condemnetur.

AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM. TIT. XXX.

IVdices Pedanei, si pecunia corrupti dicantur, plerunq; à Præside aut Curia submouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur. Interpretatio.

Si Pedanei Iudices, id est, qui ex delegatione causas audiunt, in audientia causæ corrupti, contra iustitiam iudicasse conuicti fuerint, à iudice prouinciæ aut Curia submouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur.

AD LEGEM IVLIAM MAIESTATIS. TIT. XXXI.

LEge Iulia maiestatis tenetur is, cuius ope, cõsilio, aduersus Imperatorem, uel rempub. arma mota sunt, exercitusue eius in insidias deductus est, quiue iniussu Imperatoris bellum gesserit, delectumue habuerit, exercitum comparauerit, sollicitauerit, deseruerit Imperatorem. Hijs antea in perpetuum aqua & igni interdicebatur,

tur, nunc uero humiliores beſtijs obijciuntur, uel uiui exuruntur, honeſtiores capite puniuntur. Quod crimen non ſolum facto, ſed & uerbis impijs ac maledictis maxime exacerbatur. Alia.

In reum maieſtatis inquiri prius conuenit, quibus opibus, qua factione, quibus hoc autoribus fecerit: Tanti enim criminis reus, non obtentu adulationis alicuius, ſed ipſius admiſſi cauſa puniendus eſt. Et ideo cum de eo quæritur, nulla dignitas à tormentis excipitur.

AD LEGEM IVLIAM AMBITVS. TIT. XXXII.

*†uelprouincia

PEtiturus magiſtratus, †uel prouinciæ ſacerdotium, ſi turbam ſuffragiorum cauſa conduxerit, ſeruos aduocauerit, aliamúe quam multitudinem conduxerit, cõuictus ut uis publicæ reus, in inſulam deportatur.

DE POENIS MILITVM. TIT. XXXIII.

SI pecunia accepta miles cuſtodiã dimiſerit, capite puniẽdus eſt: Et certe quæritur, cuius criminis reus dimiſſus eſſe uideatur.

Qui cuſtodiam militi proſequẽti magna manu excuſſerint, capite puniuntur.

QVANDO APPELLANDVM SIT. TIT. XXXIIII.

QVoties iuſiurandum poſtulatur, eo tempore appellandum eſt, quo defertur, non quo iuratur. Interpretatio.

Siquando, dum cauſa à iudice auditur, ſacramentum petente uno ex litigatoribus, alter obtulerit, litigator qui iudicibus appellare uoluerit, tunc appellare debet, quando ſacramentũ offertur, non poſtq̃ iuratur.

DE CAVTIONIBVS ET POENIS APPELLATIONVM. TIT. XXXV.

NE liberum quis & ſolutum haberet arbitrium retractandæ & reuocãdæ ſententiæ, & pœnæ & tẽpora appellatoribus præſtituta ſunt. Quod niſi iuſte appellauerint, tempora ad cauendum in pœna appellationis quinq̃ dierum præſtituta ſunt. Igitur ignorans, ſi in eo loco, tibi appellauit, cauere debet, ut ex die acceptarum literarum continui quinq̃ dies computẽtur. Sin uero longius, ſalua dinumeratione integri quinq̃ dies cum eo ipſo quo literas acceperit cõputantur. Int.

Propter ſuperfluã appellatorũ licentiam, ne in retractandis, uel reuocandis ſententijs liberum habere arbitriũ uideantur, & tempora appellationis, & pœnæ cõſtitutæ ſunt, ut quicunq̃ iudici, qui cauſam eius audiuit, appellare, & ad alium iudicẽ, quem prouocauerit, intra quinq̃ dies appellet, & hijs ipſis quinq̃ diebus ad iudicẽ, quem prouocauerit, ſine aliqua diſſimulatione perueniat. Et ipſe dies, quo accepit literas, in hijs quinq̃ diebus ſpecialiter cõputetur. Quod ſi longius iter ſit, exceptis

exceptis hijs quinq̃ diebus, ſpatiũ dierum, quo iter agi poſſit, cõputetur. Alia.

Ne quis in captionem uerborum in cauendo incidat, expeditiſſimum eſt, pœnam ipſam, uel quid aliud pro ea deponere. Neceſſe enim non habet ſponſorem quis fideiuſſorẽue dare, aut præſentem eſſe, ſed ſi contra eum fuerit pronuntiatum, perdit quod depoſuit. Interpretatio.

Si quando inter litigatores de dando præſentiæ ſuæ fideiuſſore contentio eſt, ſi aliquis in cautione uerborum uel præiudicium timeat, & propter hoc fideiuſſorem dare nolit, poteſt certum aliquid de rebus ſuis pœnæ cauſa deponere. Sed ſi contra eum fuerit iudicatum, & ipſe defuerit, perdat quod depoſuit. Alia.

Quoties in pœna appellationis cauetur, tam unus, quàm plures fideiuſſores, ſi idonei ſunt, dari poſſunt. Sufficit etiam per unum idoneum † ſolennitatis pœnam conſtitui. Alia. *†indemnitatis pœna conſuli

Si plures appellãt, una cautio ſufficit. Et ſi unus caueat, oĩbus uincit.

Si in una cauſa multi appellent, unã pro omnibus fieri ſufficit cautionem. Et ſi in communi cauſa unus cauerit, & uicerit, omnes, quibus una cauſa eſt, uicíſſe uidentur. Alia.

Cum à pluribus ſententijs prouocatur, ſingulæ cautiones † faciendæ ſunt, & de ſingulis pœnis ſpondendum eſt. Interpretatio. *†exigendæ

Cum de multis cauſis à iudicum ſententijs appellatum fuerit, ſingulæ cautiones de ſingulis ſententijs faciendæ ſunt. Et in ſingulis cautionibus ſingulæ pœnæ ſpecialiter appellatoribus inſerendæ. Alia.

Modus pœnæ, in qua quis cauere debet, ſpecialiter in cautione exprimendus eſt, ut ſit in qua ſtipulatio committatur. Aliter enim recte caũiſſe non uidetur. Alia.

Aſſertor ſi prouocet, in eiuſmodi † tertia cauere debet, quanti cauſa æſtimata eſt. *†aſſertione forte legendũ.

DE DIMISSORIIS LITERIS. TIT. XXXVI.

AB eo quo appellatum, ad eũ qui de appellatione cogniturus eſt, literæ dimiſſoriæ dirigantur, quæ uulgo Apoſtoli appellãtur, quorum poſtulatio & acceptio intra quintum diem ex officio facienda eſt. Interpretatio.

Iſta ſuperius ſub titulo de cautionibus & pœnis appellationum eſt. Alia.

Qui intra tẽpora præſtituta dimiſſorias non poſtulauerit, uel acceperit, uel reddiderit, præſcriptione ab agendo ſubmouetur.

DE REDDENDIS CAVSIS APPELLATIONVM. TIT. XXXVII.

MEritum appellationis cauſæ capitalis, & ipſam rationẽ ſtatus, non niſi per noſmetipſos proſequi poſſumus. Nemo enim abſens aut duci in ſeruitutem poteſt, aut damnari.

Si quando in causa capitali, similiter in causa status, id est, ingenuitatis uel seruitutis appellatum fuerit, non per Procuratores, sed ipsis præsentibus est agendum: Quia nemo absens aut capite damnari potest, aut sententiã seruitutis excipere.

Moratorias appellationes, & eas, quæ ab executoribus & confessis fiunt, recipi non placuit. Interpretatio.

Quicunq; non confidentia iustæ causæ, at causa afferendæ moræ, ne contra eum sententia proferatur, appellauerit, uel si de facto suo confessus, ne addicatur appellare uoluerit, huiusmodi appellationes non recipiuntur. Alia.

Eum qui appellat, cum conuicio ipsius iudicis appellare non oportet. Idcoq; quod ita factum est, arbitrio Principis uindicatur.

POST PROVOCATIONEM QVID OBSERVANDVM SIT. TIT. XXXVIII.

QVoties possessor appellat, fructus medij temporis deponi cõuenit. Quod si petitor prouocet, fructus in causa depositi esse non possunt, nec recte eorum nomine satisdatio postulatur.

Quoties post auditam causam iudici possessor appellat, fructus possessionis de qua agitur, dum secundæ audientiæ euentus in dubio est, merito sequestratur: Nam si petitor appellauerit, hoc ab eo non potest postulari: quia non potest sequestrare quod non habet. Alia.

Si propter prædia urbana uel mancipia appelletur, impensiones eorum uel mercedes, uecturæ etiam, si de naui agatur, deponi solent.

DE MERITIS APPELLATIONVM. TIT. XXXIX.

OMni modo puniendum est, ut quoties iniusta appellatio pronuntiatur, sumptum, quos dum requiritur aduersarius impendit, reddere cogatur non simplum, sed quadruplum. Int.

Si quando cuiuscunq; instituta appellatio iniusta pronuntiatur, sumptus, quos dum sequeretur aduersarium suum compulit sustinere, nõ in simplum, sed in quadruplum ei reformare cogetur.

IVLII PAVLI SENTENTIARVM RECEPTARVM LIBRI QVINTI ET VLTIMI FINIS.

CODICIS

CODICIS GREGORIANI LIBER PRIMVS.

DE TRANSACTIONIBVS.

Imp. Gregorianus A. ad † Licium Timotheum. † *Licinium*

TRansactionis placitum ab eo interpositum, cui causam actionis, non decisionis litis mandasti, nihil petitioni tuæ derogabitur. Dat. x. Cal. Ian. Pio, & Pontiano COSS. Interpretatio.

† Siquando per mandatũ Procurator litis fuerit institutus, & de † petitione causæ in ipso mandato nihil continetur adscriptum, litigare potest, componere penitus non præsumat. Quod si composuerit, non ualebit. † *Siquis* † *cõpositione*

CODICIS GREGORIANI LIBER SECVNDVS.

TITVLI LIBRI SECVNDI.

Si aduersus donationes sponsis factas in integrum restitui uelit.
Si maior fuerit prouocatus.
De inofficioso testamento.

SI ADVERSVS DONATIONES SPONSIS FACTAS IN INTEGRVM RESTITVI VELIT. TIT. I.

Impp. Valerianus, & Galienus AA. & Valerianus Cæsar, † Sabino Octauiano suo Salutem. † *Albino*

PRecibus tuis & iuris autoritas, & æquitas assistit: Neq; enim dubium est, ea quæ sponsæ affinitatis contrahendæ causa à minore donantur, repeti non posse: Quando huiuscemodi causas communis uoti complendi ratio prouocet, propter quæ & in integrum restitutio denegatur, tametsi inter minores uerti uideatur. Nec discrepat ab his, qui legitimæ ætatis ad huiuscemodi contractus prodeunt. Quare quæcunq; Iulius Agrippinus, v Cl. filiæ tuæ animo sponsæ donauit, repetere nullo modo poterit. Ac si facere tentauerit, opponit autoritatem suam Iulius Donatus

natus, VC. PF. V. amicus noster, ut tam improba petitio repellatur.

† III. Dat. † prídie Id. Iun. Aemíliano & Bassо COSS. Interpretatio.

Iure & legibus continetur, ut minoribus contra ea, quæ intra XXV. annos male gesserint, per integri restitutionem debeat subueniri. Sed in hoc tantum casu præsenti lege remouentur, ut si quid minores pro coniunctione matrimonij sponsalitia largitate donauerint, per obtentum integri restitutionis nullatenus debeant reuocare. Quod similiter iuxta Nouellam legem & De dote seruabitur.

SI MAIOR FVERIT PROVOCATVS. TIT. II.

† Hedio Impp. Philippus A. & Philippus Cæsar, † Aelio Maximo.

Minoribus annis deceptis, non decipiẽtibus subuenitur. Et ideo si ad circunueniendum emptorem mentitus est, ætate ex aspectu te maiorem annis probare effecisti lubricum frustra pudentes. PP. prídie Id. Nouẽb. Philippo A. & Titiano COSS. Int.

† cõscripserit Si quis decipiendi animo maiorem se instrumentis quibuscunq; esse † consenserit, & postea per ætatis ueniam contra hoc uenire tentauerit, nullatenus audiatur: quia deceptus non est, sed ipse alium uoluit fraude decipere.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO. TIT. III.

Imp. Alexander A. Valeriæ Celestinæ.

Dos quæ à patre nubẽti filiæ data est, aut in obligatione constituta, in quarta, quã habere ex bonis patris debet, ne inofficiosum testamentum possit accusari, non computatur: Quoniam uiuente patre, bonis eius fuit separata. Imperite itaq; introducit querela cautionis à marito tuo emissa, quasi nõ omnia tradita ei essent, cum etsi uerum sit quod scriptura continetur, non perimitur querela inofficiosi testamenti, si ex iudicio patris supremo quarta filiæ non suppletur, quam intestato patre pro portione sua habere debuit. PP. IIII. Cal. Sept. Maximo II. & Aemiliano COSS.

† & Valerianus Imp. Alexander A. † Valeriæ Rufinæ.

Si ex uoluntate patris, qui tres ex se natos relinquit hæredes, tertiæ portionis quarta ad te sine ulla diminutione peruenire non potuit, inofficiosi testamẽti accusationem instituere non prohiberis. In † quarta tamẽ parte ea quæ ante à patre filiæ in dotem data sunt, non placet computari. Quæ etiam in bonis mariti sunt, & à patrimonio patris, uiuente eo, separata fuerint. PP. III. Cal. Septemb. Maximo & Aemiliano COSS.

† qua

Si pater pro filia dotẽ tradiderit, aut certe genero pro ipsa dote fecerit cautionẽ, uel se promissionis uinculo obligauerit, & mortis tempore Falcidiam filiæ pater de hijs rebus, quas mortis tempore dereliquit, non dimiserit, de inofficioso patris testamento agere filia non prohibetur. Illud etiam, quod pro ea à patre in dotem datum est aut promissum, in Falcidia non poterit imputari. Nam ea, quæ pater uiuus in dotis conditione aut promiserit, aut tradiderit, de bonis eius antequam moreretur, discessisse, & aliena esse noscuntur. Similis erit & de sponsalitia donatione conditio.

CODICIS GREGORIANI LIBER TERTIVS.

TITVLI LIBRI TERTII.

De petitione hæreditatis.
De rei uindicatione.
Si sub alterius nomine res empta fuerit.
De familia herciscunda, & communi diuidundo.
Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negociũ gestũ esse dicitur.

DE PETITIONE HAEREDITATIS. TIT. I.

† Antonius † Potentio † Constantinus A. † Pontio Ingenuo.

Fructus ante litem contestatam perceptos malæ fidei possessores restituere placuit. PP. XII. Cal. Iul. Romæ, Duobus Aspris COSS.

DE REI VINDICATIONE. TIT. II.

† Gratianus Imp. † Gordianus A. Aurelio Alexandro.

Vineas in alieno agro institutas solo cedere, & si à malæ fidei possessore id factum sit, sumptus eius nomine erogatur, per retentionem seruari non posse, incognitum non est. PP. IIII. Id. Mar. † Tatio & Prætextato COSS. Interpretatio.

† Attico

Si quis uineas in aliena terra posuerit, ad illum sine dubio pertinebũt, cuius terra esse probatur. Qui si solum nesciens alienum, dum id bona fide se crediderit possidere, sumptus quos in ipsis uineis ponendis fecit, à domino terræ recipiat. Si uero sciens in alieno posuit, & uineas restituat, & expensas penitus non requirat.

Imp. Philippus A. & Philippus Cæsar, Aurelio, Victorino, Marco, & Valerio.

Aedificium in alieno agro extructum, solo cedere, sumptusq; eius nomine factos, non nisi bonæ fidei emptorem per retentionem posse seruare certissimi iuris est. PP. Cal. Octob. * COSS. Interpretatio.

Pariter de ædificijs, uel de reliquis rebus in alieno solo positis, sicut superius dictum est, forma seruabitur.

Imp. Philippus A. & Philippus Cæsar, Aurelio Antonio.

Partus ancillæ matris sequitur conditionẽ, nec statũ in hac specie patris cõ-

†XIIII. tris considerari, explorati iuris est. PP. †X. Cal. Nouemb. Philippo A. & Titiano COSS.

† & Philoximæ. Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Aureliæ †Philoxenæ.

Quoties eadem res à domino diuersis temporibus pluribus uenunda tur, cum potiorem esse, cui possessio primum data est. PP. XIII. Cal. †Aquilino Maij. Maximo & †Aquilo COSS.

Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Aureliæ Mammæ.

Si neq; mandato, neq; ratum habente maritus tuus possessionem iuris tui alienauit, non prohiberis rem tuam uindicare, intercedente Rectore † Id. prouinciæ. PP. VIII. † Cal. Martij, Diocletiano A. III. & Maximiano COSS.

SI SVB ALTERIVS NOMINE RES EMPTA FVERIT. TIT. III.

Impp. Valerianus, & Galienus AA. Aurelio Ausonio.

†Imperatoris INstrumentis scriptura non oberit, quod nomen contineat alterius †emptoris, ad cuius fidem ipse confugeris, cum dominium possessionis, quod habuisse te semper, & adhuc habere † Iul. proponis, securus obtineas. PP. Cal. †Iun. Aemiliano & Basso COSS.

Impp. Diocletianus, & Maximianus AA. Aelio Ingenuo.

Si nomine quidem uxoris tuæ emptionem fecisti, uerum pecuniam de proprio numerasti, et ipse inductus es in possessionẽ, ac negocium tibi gestum est, idq; euidenter probabitur, Præses prouinciæ uim tibi super †Mart. iure tuo inferri prohibebit. PP. IIII. Id. †Maij. Maximo II. &† Aqui †Aquilone lio COSS.

Interpretatio.

Quoties aut maritus, aut alia quæcunq; persona, agrum, aut quancunque rem, sua pecunia, & uxoris, aut cuiuscunq; alterius nomine uoluerit comparare, & is qui pecuniam dat, in rem fuerit intromissus, & ipse qui pecuniam dedit, rem comparatam cognoscitur possedisse, potest hoc præiudicio laborare, quia alterius nomine res legitur comparata. Quod si uero cuius nomine comparatæ sunt, ipsi traditæ sunt, uel ab ipso possessæ, is qui pecuniam suam pro hac re datam fuisse probauerit, rem quidem comparatam non potest uendicare, sed pecuniam potest à possessore recipere, quæ duæ res cum quo fuerint, eius dominum faciunt meliorem.

DE FAMILIA HERCISCVNDA, ET COMMVNI DIVIDVNDO. TIT. IIII.

Imp. Gordianus A. Sextio Iuuenali.

EX re certa hæredem institutum sic haberi, acsi eius rei commoratione hæres institutus fuisset, sanè officio familiæ herciscundæ iudicio conuenire non prohiberis, ut non plus emolumenti

menti consequatur, quàm alioqui esset habiturus. At si re certa hæres instituí potuisset, & in dubium non uenit, Falcidiam quoq; in matris testamento renuntiasti, sera prece subueniri tibi desideras. PP. XV. Cal. Nouemb. Arriano & Papo COSS.

Interpretatio.

Siquis per testamentum hæredem aliquem appellauerit, & rem certam, id est, aut possessionem, aut mancipia, aut quamlibet aliam speciem, de qua dubietas esse non possit, sub hæredis uocabulo dimiserit, cui hæredis nomen imposuerit, ad eum & illa quæ non sunt nominata peruenient.

Impp. Valerianus & Galienus AA. Antonio Potito.

Si domũ, cuius meministi, pater tuus, cum in potestate eius ageres, nomine tuo donandi animo comparauit, iure quidem non subsistere donationem scire debuisti. Verum si in extremum fati diem pater eadẽ animi destinatione duravit, iudicium eius, iuxta formam constitutam, esse seruandum, indubitati iuris est. PP. XI. Cal. April. Seculari † II. & †XII. Donato COSS.

Interpretatio.

In hac lege similis erit & de donatione conditio, quam filius familiâs à quocũq; perceperit. Sed hoc amplius habet, quod si maior fuerit ista donatio, quæ nomine filij familiâs facta est, ut omnis facultas patris quartam eius rei, quã filius donatã accepit, implere non possit, reliquis filijs de hac ipsa donatione Falcidia suppleatur.

QVOD CVM EO QVI IN ALIENA POTESTATE EST NEGOCIVM GESTVM ESSE DICITVR. TIT. V.

Imp. Alexander A. Septimiæ Musæ.

MAcedoniani senatusconsulti autoritas petitionem eius pecuniæ non impedit, quæ filiofamiliæ studiorum causa † egenti, † agenti ad necessarios sumptus suos patris pietas non recusaret, creditа est. Sed ex contractu filij, post mortem eius, de peculio actio in patrem competere ita demum potest, si anni utilis spatium petitionem non impedit. Sanè si iussu patris datum ei probetur, nec in quos usus uersa sit pecunia exquiri necesse est. Et perpetua in patrẽ, etiam mortuo eo filio, actio est. PP. pridie Cal. Mart. Agricola & Clementino COSS.

Interpretatio.

Senatusconsultum Macedonianũ præcepit, ut filiofamiliâs pecunia non credatur: Nam hæc constitutio iubet, ut pro studio literarũ, si quis filiofamiliæ pecuniã dederit, hanc ei pater sine aliqua obiectione restituat. Quod si ipse filiusfamiliâs in peregrinis fortasse defecerit, intra anni spatium, qui pecuniam commodauit de peculio potest petere, ut sibi debitum reformetur. Quod si pater iusserit ut pecunia præstaretur, non quærendum est, quid de ea pecunia fecerit, sed debitum pater sine mora restituat.

CODICIS GREGO
RIANI LIBER QVARTVS.

TITVLI LIBRI QVARTI.

Si debito persoluto instrumentum apud creditorem remanserit.
Si amissis, uel debitori redditis instrumentis, creditum petatur.
Quibus res iudicata non noceat.

SI DEBITO PERSOLVTO INSTRVMENTVM APVD CREDITOREM REMANSERIT. TIT. I.

Impp. Seuerus & Antoninus AA. Octauio Prisco.

SI exoluta est pecunia, nihil obest ueritati quod cautio integra manet apud creditorem. PP. Pridie Id. Iun. Antonino II. & Geta COSS.

Impp. †Valerianus & Galienus AA. Metrodoro.

†Valentinianus

Si potes probare, omnem pecuniam exolutam creditori tuo, cautio tua, quæ apud hæredem eius remansit, inanis est, ut tamen aut ipsa reddatur tibi, aut incisa apud creditorem remaneat, hæredem eius conuenire potes. PP. VI. Id. †Iun. Galieno II. & †Fausto COSS.

†Ian.
†Faustino

SI AMISSIS, VEL DEBITORI REDDITIS INSTRVMENTIS, CREDITVM PETATVR. TIT. II.

Imp. Antoninus A. Septimiæ Martiæ.

DEbitores tuos quibuscunq; rationibus debere tibi pecuniam si probaueris, ad solutionem compellet aditus Præses prouinciæ. Nec oberit tibi amissio instrumentorũ, si manifestis probationibus eosdem debitores esse apparuerit. PP. Id. Septemb.

Ista interpretatione non indiget.

Imp. Gordianus A. Aurelio Prisco & Marco militi.

Sicut iniquum est, instrumentis suis igne extinctis debitores quantitatũ debitarum renuere solutionem, ita non statim casum conquerentibus facile credendum est. Intellígite itaq; debitorijs non existentibus instrumentis, uel alijs argumentis probate fidem precibus uestris assistere. PP. III. Cal. Iul. Sabino II. & Venusto COSS.

Interpretatione non indiget.

QVIBVS

QVIBVS RES IVDICATA NON NOCEAT. TIT. III.

Impp. Diocletianus & Maximianus AA. Heliæ matronæ.

SEntentia aduersus absentes & indefensos, ac maxime minores prolata, nullas uires obtinere notissimi iuris est. PP. Cal. †Septemb. Diocletiano III. & Maximiano AA. COSS.

†Iun.

CODICIS GREGO
RIANI LIBER XIII.

DE PATRIA POTESTATE.

Imp. Antoninus A. Victorinæ.

SI in potestate patris fuisti, cum hæreditas Bassæ tibi obuenit, eamq; iussu patris creuisti, iure patriæ potestatis ei eam quæsisti. Ideóque quod ab eo iure alienatum est, nulla ratione oblato pretio tibi restitui desideras. PP. IIII. Cal. Ianuarij, Romæ, ipso Augusto V. & Aduento COSS.

Interpretatione non indiget.

HERMOGENIANI
CORPORIS LIBER.

TITVLI.

De cauta & non numerata pecunia.
Ex delictis defunctorũ quẽadmodũ conueniãtur successores.

DE CAVTA ET NON NVMERATA PECVNIA. TIT. I.

Aurelius Alexandro.

EX cautione non numeratæ pecuniæ, non anni, sed quinquennij spatio deficere, nuper censuimus. Scripta VII. Id. April. Syrmio. Interpretatio.

Secundum legem ex corpore Theodosiano, Si certum petitur de Chirographis,

quia de quinquennio habetur expositum, ideo hanc legem ex Hermogeniano credidimus adiungendã, quæ tempora, intra quæ †constari conuenit, de cauta & non numerata pecunia, id est intra quinquennium euidenter ostendit. †testari

EX DELICTIS DEFVNCTORVM QVEMADMODVM CONVENIANTVR SVCCESSORES. TIT. III.

†Timeo

Aurelius †Tennio Saturnino.

LIcet ante litem contestatam defuncto, qui ex proprio delicto conueniri potuit, successor non poterit pœnali actione conueniri, tamen hoc iam in tantũ quantum ad eos peruenit de alienis, nec scelere detinentur alieno certissimi iuris est, addidit etiam parti
* obligationis V. C. prouinciæ Africæ in pronuntiano forum sequitur.
Scripta Cal. Octob. Syrmio. Interpretatio.

Hæc lex præcipit, ut in criminalibus causis, si quis antequam moriatur non fuerit de facti sui scelere conuentus, atq; conuictus, si post eius obitum, quod ab eo cũ pœna reddendum fuerat, apud successores eius fortasse repertum fuerit, hoc totum ab hærede reddendum, quod cognoscetur peruenisse. Cæterũ in tali re hæredes nec ad pœnam, nec aliquam satisfactionem tenentur obnoxij.

PAPINIANI
TITVLVS.

INter uirum & uxorem pacta non solum uerbis, sed uoluntate contrahentium constituuntur, ut neuter coniugum locupletior fiat.

FINIS.

VOLVSII

VOLVSII METIANI
DISTRIBVTIO, ITEM VOCABVLA AC NOTAE PARTIVM IN REBVS PECVNIARIIS, PONDERE, NVMERO, MENSVRA.

SAEpenumero Censor animaduerti ægre ferentẽ te, quod Assis distributionem & in hæredum institutione, & in aliis multis necessariam, ignotam haberes. Quæ ne tam exigua res ingenium tuum ullo modo moraretur, cum partes ipsas, tum uocabula & notas proponendas existimaui. Et deprehendes distributionem quidem partium iufinitam, oppido autem quàm exigua uocabula ac notas. Prima diuisio solidi, id est libræ, quod As uocatur, in duas partes dimidias deducitur, pars dimidia semis uocatur, nota eius S Sequens diuisio fit in tres tertias partes, pars tertia Triens uocatur, nota eius ⚌ Sequitur diuisio in quatuor quartas partes, pars quarta Quadrans uocatur, nota eius ⚍ Deinceps fit diuisio in sex sextas partes: Sextæ partis nomen est Sextans, cuius nota est ⚎ Deinde diuiditur in octo octauas, quæ Sescunciæ uocantur, quarum est nota ℈ Item in nouem nonas: Nona pars uocatur unciæ duæ sextulæ, nota ⚏ Diuiditur item As in XII. partes duodecimas, uocantur singulæ unciæ, cui nota ⚈ Hæc uelut elementa primæ de Asse distributionis æqualitatem seruant. Si quid quibusdam earum detrahas, uel conferas, fient dispares: Quare si quadranti sextantem, uel trienti unciam applices, facies quincuncem: qui constat ex quinq; uncijs, hoc est quinque duodecimis: Nota quincuncis ⚋ Si semissi applices unciam, uel quincunci sextantem, uel trienti quadrantem, efficies septuncem, hoc est septem duodecimas: Nota septuncis ☿ Si septunci applicueris unciam, uel semissi sextãtem, uel quincunci quadrantem, uel trienti tantundem, facies bessem, id est, duodecimas octo: Nota bessis ⚉ Si bessi applicueris unciam, uel septunci sextantem, uel semissi quadrantem, uel quincunci trientem, dodrantem efficies, hoc est, nouem duodecimas: Nota dodrantis 𐆖 Si dodranti applicueris unciam, uel bessi sextantem, uel septunci quadrantem, uel semissi trientem, uel quincunci tantundem, facies dextantem, hoc est, decem partes duodecimas: Nota dextantis ⚊ Si dextanti applicueris unciam, uel dodranti sextantem, uel bessi quadrantem, uel septunci trientem, uel semissi quincuncem, facies deuncẽ, hoc est, undecim duodecimas: Nota deuncis ⚉ Ex hijs apparet, in quas partes æqualiter, in quas dispares As diuidatur. Quo tamen facilius & memoria res teneatur, summa diuisionis hæc est. In Asse sunt unciæ decem duæ, hoc est, pars duodecimæ, duodecim unciæ, & binæ sextulæ nouem, hoc est, nouem nouæ, sescunciæ octo, id est, octo octauæ, sextãtes sex, id est, sex partes sextæ, quadrãtes qũatuor, id est, quatuor partes quartæ, triẽtes tres, id est, tres partes tertiæ, semisses duo, id est, duæ partes dimidiæ. Cæteræ partes inæqualem faciunt diuisionem. In deunce sunt unciæ undecim, sextantes quinque & uncia, quadrantes tres & sextans, trientes duo & quadrans, quincũces duo & uncia, semis & quincunx, sextans & triens, bes & quadrans, dodrãs & sextans, dextans & uncia: deest assi uncia. In dextante sunt unciæ decem, sextantes quinq;, quadrantes tres & uncia, trientes duo & sextans, quincunces duo, semis & triẽs, septunx & quadrans, bes & sextans, dodrans & uncia: deest assi sextans. In dodrante sunt unciæ nouem, sextantes quatuor & uncia, quadrantes tres trientes

Libra. Solidus. As. Semis. Triens. Quadrans. Sextans. Sescunciæ. Vncia. Quincunx. Septunx. Bes. Dodrans. Dextans.

trientes duo & uncia, quincunx & triens, semis & quadrans, septunx & sextans, bes & uncia: deest assi quadrans. In besse sunt unciæ octo, sextantes quatuor, quadrantes duo & sextans, trientes duo, quincunx & quadrans, semis & sextans, septunx & uncia: deest assi triens. In septunce sunt unciæ septem, sextantes tres & uncia, quadrantes duo & uncia, triens & quadrans, quincunx & sextans, semis & uncia, deest assi quincuns. In semisse sunt unciæ sex, sextātes tres, quadrantes duo, triens & sextans, quincunx & uncia: deest assi alter semis. In quincunce sunt unciæ quinque, sextantes duo & uncia, quadrans & sextans, triens & unciad: eest assi septunx. In triente sunt unciæ quatuor, sextantes duo, quadrans & uncia: deest assi bes. In quadrante sunt unciæ tres, sextans & uncia: deest assi dodrans. In sextante sunt unciæ duæ: deest assi dextans. Huc usq; diuisio maiorū, ut ita dictum sit, partium, & celebris & nota est, sed cum in se natura infinitam partiendi præstet facultatem, succedit unciæ quoq;, quæ est assis, ut supra dictum est, pars duodecima, diuisio non tam celebris quidē, sed tamē nō adeo ignota ut assis. Ita unciæ prima di-

Semunciæ. uisio fit in duas partes dimidias, quæ uocātur semunciæ: Nota semunciæ ℈ Itē diuidit uncia in tres partes, quæ uocant binæ sextulæ: Nota binarum sextularum

Binæ sextulæ. ◝ Itē diuidit uncia in quatuor sicilicos, id est quatuor quartas: Nota sicilici

Sicilicus. ↄ Item in sextulas sex, id est sex sextas: Nota sextulæ ◝ Item in duodeci-

Scriptulum. mas duodecim, quas singulas partes dimidias sextulas uocamus: Nota dimidiæ sextulæ ⊣ Item in scriptula XXIIII. Scriptuli nota ⅁ Est autem assis semuncia pars uicesima & quarta, duæ sextulæ pars triceſima sexta, sicilicus quadrageſima octaua, sextula septuageſima secūda, dimidia sextula centeſima triceſima quarta, scriptulum ducenteſima octogeſima octaua. Semuncia habet sicilicos duos, sextulas tres, dimidias sextulas sex, scriptula duodecim. Duæ sextulæ habent sicilicum, & dimidiā sextulam, sextulas duas, dimidias sextulas quatuor, scriptula octo. Sicilicus habet sextulam & dimidiam, dimidias sextulas tres, scriptula sex. Sextula habet dimidias sextulas duas, scriptula quatuor. Dimidia sextula habet scriptula duo. Has quoq; partes in quantūlibet diuidere possis: uerum infra eas neq; notas, neq; propria uocabula inuenies. Præterea dimidium scriptulum audio quosdā

Simplium. ratiocinatores simplium uocare: quod erit totius assis quingenteſima septuageſima sexta, quam & ipsam partem infinitò separare possis. Nec mirum si infra has partes partitio facta & nominibus & notis caret, cū etiā inter superiores primasq; diuisiones pleraq; partes & nominibus & notis careāt. Statim nanq; undecim uncias decimæ assem efficiunt, nec aut nomen propriū, aut notā habent, perinde decē decimæ: Nam nona assis facit unciam, duas sextulas octaua, ut supra redditū est. Ses-

Sesciuncia. cuncia uocatur septem septimæ, quæ & ipsæ assem implent, nec nomen proprium, nec notam habent, sextæ sextantes uocantur. Ne quintæ quidem, aut nomen proprium, aut notam habent. Iam uero tertias trientes, quartas quadrantes, sicut duodecimas uncias uocari ostensum est. Infra has cæteras usq; sextamdecimam nomine proprio notaq; carent. Sed sextadecima semuncia Sicilicus dicetur: nam sedecim semunciæ octo sunt unciæ, sedecim sicilici, quatuor unciæ fiunt, iunctæ uncijs octo assem implent. Septima decima deinde interiecta, nomine notaq; caret. Octauadecima uocabitur semuncia sextula: nam hæ decies octies ductæ assem efficient. Post has inferiores partes, excepta semūcia, duabus sextulis, sicilico, sextula, dimidia sextula, scriptulo, neq; uocabula propria neq; notas habent, centeſimaq; commodia, ut usurarum nomine ad sortem applicaretur, sicilico, id est, ↄ auerso eo no-

† E tari. Quod cum † c centū significaret, conuertebatur ad eam summam, cuius centeſima futura erat, & siue una conuenerat, unus sicilicus, siue plures, tot sicilici ponebātur. Sicut autē assis appellatio ad rerum solidiorum hæreditatisq; totius, diuisio autem eius ad partium demonstrationem pertinet, ita & ad pecuniam numeratam

ratam refertur: quæ olim in ære erat, postea & in argento feriri cœpit, ita ut omnis nummus argenteus ex numero æris potestatem haberet. Eo in numero sunt hij argentei nummi, Denarius, cuius est nota ** Quinarius, cuius est nota ⅄ Se- *Denarius.*
stertius, cuius nota est H–S Victoriatus enim nunc tantundem ualet, quantum *Victoriatus.*
quinarius olim. At peregrinus nummus loco mercis, ut nunc tetrachmū & drach- *Peregrinus.*
ma habebatur. Denarius primo asses decem ualebat, unde & nomen traxit. Quina- *Quinarius.*
rius dimidium eius, id est, quinq; asses, unde & ipse uocatur. Sestertius duos as- *Sestertius.*
ses & semissem, quasi semis tertius græca figura τὸ ἥμιτάλαντον: Nam sex talenta, & semitalentum eò uerbo significantur. Lex etiam XII. tabularum argumento est, in qua duo pedes & semissis tertius pes uocatur. Nunc denarius XVI. Victoriatus & quinarius VIII. Sestertius quatuor asses ualet. Infra quam diuisionem sequitur alia quædam subdiuisio, notas æque ac propria uocabula habens. Quare si ad denariam rationem conficias assem, hac nota scribas ac uoces semuncia sicilicus ** Semunciæ enim sedecim, & sicilici XVI. assem efficiunt. Dipondium *Dipondius.*
hac nota scribas, & uoces sesuncia ⅄ Nam XVI. sesuncīæ dipondium efficiunt. Tressis hac nota scribas, ac uoces sextans sicilicus ✶ Aeque em XVI. *Treßis.*
sextantes totidemq; sicilici tres asses efficiunt. Quartussis hac nota scribas, uocesq; *Quartußis.*
quadrans *Sedecim enim quadrantes quartussis efficiunt. Quinques hac *Quinques.*
nota scribas, uocesq; quadrans semuncia sicilicus Nam sedecim quadrantes ac totidem semunciæ siciliciq; faciunt quinques. Sexis hac nota scribas, nomines q; triens semuncia Aeque enim trientes & semunciæ sedecies *Sexis.*
ducti sexis efficiunt. Septus hac nota scribas, ac nomines quincunx sicilicus *Septus.*
Simili enim modo quincunces ac sicilici multiplicati septus efficiunt.
Octus hac nota scribas, ac nomines semis: quibus eodē modo multiplicatis octus *Octus.*
reperias. Nonus hac nota scribas, appellesq; semis semuncia sicilicus Vt *Nonus.*
semissem hanc quoq; notam, quæ uocatur semissis uncia sicilicus multiplicatum
nonus inuenies. Decus hac nota scribas: atq; nomines septuncem semunciam *Decus.*
Septuncem quoq; ac semunciā toties si duxeris Decus efficies. Vndeci- *Vndeciæs.*
æs hac nota scribas, appellesq; bessicilicus Nam bessicilici toties ducti
undeciæris efficiunt. Duodeciæs hac nota, ac uoces dodrans Dodrantes *Duodeciæs.*
eodem modo computati duodeciæs efficiunt. Tredeciæs hac nota scribas, uo- *Tredeciæs.*
cesq; dodrans semuncia sicilicus Dodrantibus semūcijs sicilicis eadē
ratione multiplicatis tredecim asses efficies. Quatuordeciæs hac nota scribas, ac *Quatuordeciæs.*
uoces dextās semūcia Dextātes semūcia æq; sedecim æq; quatuordecimæs efficiūt. Quindeciæs hac nota scribas, ac appelles deunx sicilicus. *deest nota.* Deunx quoq; ac sicilicus sedecies ducti quindeciæs efficiunt. Ingeniosissime autem cum ad denarium ratio conficeretur, excurrentis æris nota inuenta est, quæ sedecies multiplicata id efficeret: Nam cum denarij nota præscribatur, eiq; subiungatur æris excurrentis nota, manifestum est eam sedecies ducendā ex adnotatione denarij. Ad quinariū & uictoriatum rationem Romæ confici nescio, quemadmodum tamen si uelis conficias, facilius apparebit, si prius inspexeris ad quē modum sestertiaria ratio conficiatur: tunc enim excurrentis æris, licet exemplum denariariæ rationis & dimidiā duces, uel sestertiaria & duplicabis. Ad sestertiū ratio si cōficiatur, semis hac nota scribitur T Vocatur libella ter- *Libella.*
uncius. Est autem libella sestertij decima pars, teruncius quadrageſima, quæ duæ *Teruncius.*
partes iunctæ octauam sestertij, id est semissem efficiunt: Nam octo libellis, id est octo decimis, teruncij octo, id est octo quadrageſimæ, quæ fiūt quatuor uiceſimæ, hoc est duæ decimæ adiectæ complent sestertium. Sunt enim in sestertio libellæ X. singulæ uigīnti: teruncij quadraginta, infra semissem nemo rationem tenere sestertiariā ducit: potest tamen, nam quadrans, qui est pars sextadecima sestertij, po-

V terit

Singula. terit notari ſingula, quæ eſt uiceſima ſeſtertij, & dimidio teruncio, qui eſt octogeſima ſeſtertij: nam utraq; hæc pars iuncta efficit ſextãdecimam. As notari debet ☰ ☾ Hæc ad ſeſtertium nota uocatur, duæ libellæ ſingula fiunt duodecimæ, & uiceſima, hoc eſt quarta pars ſeſtertij: nam quater binæ libellæ, octo fiunt decimæ, quatuor ſingulæ, quatuor fiunt uiceſimæ, hoc eſt duæ decimæ: quæ ſuperioribus iunctæ ſeſtertiũ cõplent. As ſemis notari debet ☾ ⊢ T Vocatur tres libellæ, ſingula teruncius, & ſunt tres decimæ, una uiceſima, una quadrageſima, hoc eſt quarta & octaua ſeſtertij: ſupſunt octauæ quintæ, id eſt ſemiſſes quinq; ut cõpleant ſeſtertiũ. Dipondius hac nota ſ Vocantur quinq; libellæ, quæ ſunt quinq; decimæ. Hæ duplicatæ ſeſtertium implent. Dipondius ſemis hac nota ſ☾ T Vocatur ſex libellæ teruncius. Sunt autem ſex decimæ, & quadrageſima, id eſt dimidia & octaua totius, ſuperſunt octauæ tres, id eſt ſemiſſes tres ut ſeſtertium compleãt. Treſſis hac nota ſ ☰ ☾ Vocatur ſeptem libellæ ſingula, ſunt autem pars dimidia & duæ decimæ & uiceſima, hoc eſt pars dimidia & quarta: deſunt duæ octauæ, id eſt, quarta quæ iuncta impleat ſeſtertium. Tres ſemis hac nota ſ ☰ ⊢ ☾ T Vocatur octo libellæ ſingula. Teruncius, ſunt pars dimidia, & tres decimæ & uiceſima, & quadrageſima, hoc eſt, pars dimidia, & quarta, & octaua. Supereſt octaua, quæ adiecta ſeſtertium compleat. *Libella unde dicta.* Libella dicta creditur quaſi puſilla libra: nam cum olim aſſes libriles eſſent, & denarius decem aſſes ualeret, & decima pars denarij libram, quæ eadẽ as erat, ſingula ſelibrã, quæ eadẽ ſemis erat, teruncius quadrantem haberet, ſiue denariaria ſiue ſeſtertiaria ratio conficeretur, iiſdem notis, id eſt libellarum, & ſingularum, & terunciorum præpoſita nota denarij uel ſeſtertij, ut erat ratio, æra exprimebantur. Poſteaquã in ſedecim aſſes denarius diſtributus eſt, denaria ratio expeditius confici cœpit, ut ſupra dictum eſt: ſeſtertiaria manſit ſub iiſdem notis, aucta tamen computatione. Hæc quoq; libella exemplo maiorum in duos uelut ſemiſſes, qui ſingulæ uocantur, & quatuor uelut quadrantes, qui teruncij uocantur, diuiditur.

Ponderis eadẽ diuiſio eſt quæ æris: nam in quas partes As diuiditur, in has & libra diſpenditur. Ita As quidem ſeu de diuiſione ſolidi, ſeu de pondere, ſeu de numerata in ære pecunia agatur, libra autem in pondere, nummi uero argentei in pecu- *Nummorũ nomina.* nia forma publica duntaxat nomen accipiunt. Menſuræ liquoris atq; grani expeditior & forma & appellatio eſt: nam quadrantal, quod nunc plerisq; amphorã uocant, habet urnas duas, modios tres, ſemodios ſex, congios octo, ſextarios XLVIII. Heminas LXXXXVI. Quartarios C. LXXXXII. Cyathos D. LXXVI.

Notæ menſurarum.

	Quadrantalis	q1.		Semodij	ↀ ſ.
✳	Ad granum	υ.		Cyathi	TI.
	Vrnæ	q ſ.		Congij	☾.
	Heminæ	⊢.		Modij	ↀI.
	Sextarij ad uinum	).		Quartarij	⁺ↀ.

VOLVSII METIANI FINIS.

IVLIVS FRONTI
NVS CELSO PENESTO.

NOtum eſt omnibus, Celſe Peneſte, ſtudiorũ noſtrorũ manere ſummam, ideoq; primum ſedulitatis meæ impendiũ iudicio tuo offerre propoſui. Nam cum ſibi inter æquales quendam locum depoſcat æmulatio, neminem magis conatibus noſtris profuturum credidi, quàm qui inter eos in hac parte plurimũ poſſit. Itaq; quo cultior in quorundam notitiam ueniat, omnia tibi nota perlaturus ad te primum liber iſte feſtinat, ut apud te tyrocinij rudimenta deponat, tecum conferat, quicquid à me inter ipſas armorum exercitationes accipere potuit. Nam & ſi meretur publica conuerſatione ſufferre uniuerſorum oculos, à te potiſſimum incipiat. Quod ſi illi parum diligentem adhibitam curam eſſe credideris, & ſi in paruo, aut aliqua ceſſaſſe uideamur parte, non exiguum laboris mei conſequar fructum, quod te monente malignorum lucrifecerim exiſtimationem. Quæſo itaque, ſi nõ eſt improbum, habeat apud te quandam excuſationem, quod non potuerit eo tempore conſummari, quo genus hoc feruentibus ſtudijs noſtris diſputatum eſt; Omnium enim, ut puto, liberalium ſtudiorum Mars ampla materia eſt, cui ne quid deſit, in hac modica re ingenti animo admoueram uires, interuenit clara Sacratiſſimi Imperatoris noſtri expeditio, quæ me in ipſa ſcribendi feſtinatione præpedijt. Nam dum armorum magis exerceor curis, totum hoc negocium, uelut oblitus, intermiſeram, nec quicquam aliud quàm belli gloriam cogitabam. At poſtquam primum hoſtica terram intrauimus, ſtatim Celſe Cæſaris noſtri opera menſurarum ratione exercere cœpi. Erant dandi, interueniente certo itineris ſpatio, duo rigores ordinati, quibus in tutelam commeandi ingens uallorum aſſurgeret moles, mox interuẽtu operis deciſa parte ferramenti uſus explicuit. Nam quod ad notitiam pontium pertinet, & fluminum latitudinem dicere, etiamſi hoſtis infeſtare uoluiſſet, ex proxima ripa poteramus: expugnandorum deinde montium altitudines ut ſcirem, hanc mihi uenerabiles Dij rationẽ monſtrabant, quos ego in omnibus templis adorabam. At poſtquam magnorum deorum experimenta religioſius colere cœpi, ad conſummandum hunc librum, uelut ad uota reddenda properaui. Poſtquam ergo Maximus Imperator uictoriam Dacicam proxime reſeruit, ſtatim ad ſeptentrionalem plagam tranſire permiſit. Ego ad ſtudium meum, tanquam ad ocium ſum reuerſus, & multa uelut foliis & ſparſa in artis ordinem laturus recollegi: Fœdum enim mihi uidebatur, ſi genera angulorum quaſi interrogatus reſponderem multa †. Ideoq; rerum ad profeſſionem noſtram pertinentiũ, in quantum potui occupatus, ſpecies, qualitates, conditiones, modum, & numerum excuſſi, per quæ ſatis ampla mediocritatis meæ opinio ſeruabitur, ſi illa uir tantæ autoritatis iudicaueris ſtudentibus profutura. Ergo ne quid nos præteriſſe uideamur, omnium menſurarũ appellationes confera mus: Nam menſura non tantũ iſta, de qua loquimur, appellatur, ſed & quicquid pondere aut capacitate, aut animo finitur. Quid ergo menſura ſit, de qua quæritur, tractemus.

Imperator hic Diuus Nerua fuit.

† *Videntur de eſſe aliquot uerba.*

Menſura eſt complurium, & inter ſe æqualium interuallorum longitudo finita. Menſura eſt ut pes per uncias, per pedem decempeda, per decempedam actus, per actum paſſus, per paſſus ſtadium, per ſtadium miliarium. Minima harum menſurarum pars digitus eſt: ſiquid enim intra digitũ metiamur, partibus reſpondemus, ut dimidiam aut tertiam partem digiti. In pede porrecto ſemipedes duo. In pede conſtrato

Digitus.

Pes.

constrato semipedes quatuor. In pede quadrato semipedes octo. Pes habet palmos quatuor, uncias XII. digitos sedecim. Palmus habet digitos quatuor, uncias III. Sextans, quæ eadem dodrans appellatur, habet palmos III. uncias IX. digitos XII. Hæc omnis mensura diligenter & fideliter exquirenda est, ideoq; monemus, ut unusquisque suos fines teneat, non alienos lacessat: Nam ideo limes agro positus est, ut litem discerneret aruis: nam ante Iouem limites non parebant, qui diuiderent agros: Vicinorum autẽ exempla sumite, de quibus possitis inculpabiles proferre sententias, nam ideo ager pedibus mensuratur, ut ueritas declaretur.

Palmus.

Limes unde dictus & quando positus.

Pedibus quare agri mensurentur.

DE FINIVM REGVNDORVM.

Imp. Constantin. A. ad Tertullianum PV. Comitem dioceseos Asianæ.

SI quis super inuasis sui iuris locis prior detulerit querimoniam, quæ finali cohæret cum proprietate controuersiæ, prius super possessione quæstio finiatur, & tunc Agrimensor ire præcipiatur ad loca, ut patefacta ueritate huiusmodi litigium terminetur. Quod si altera pars locorum adepta dominiũ subterfugiendo moras attulerit, ne possit controuersia definiri, ad locorum ordines directus Agrimensor dirigatur, ut loco, ut si fidelis inspectio tenentis locum esse probauerit, petitor uictus abscedat, & si controuersia eius clarueri t, qui primo detulerit causam, ut inuasor ille pœnæ teneatur addictus, si tamen in ea loca eundem inuasisse constiterit: nam si per errorem aut incuriam domini loca data ab alijs possessa sunt, ipsis solis cedere debent. Dat. VIII. Cal. Mart. Gallicano & Symmacho coss.

Idem A. ad Bassum PV.

Si constiterit eum, qui finalem retulerit quæstionem, priusquam aliquid sententia terminaretur, rem sibi alienã usurpare uoluisse, non solum id quod male petebat, amittat, sed † quod magis contentus suo, rem non expetat iuris alieni, is qui inreptor agrorum fuerit in lite superatus, tantum agri modum, quantum diripere tẽtauit, amittat. Lecta apud † Senatum XII. Cal. Iul. Gallicano & Symmacho coss.

† *ut unusquisque.*

† *Acta*

Idem A. ad uniuersos Prouinciales. Post alia.

Si finalis controuersia fuerit, tunc demum arbiter non negetur, cum intra quinque pedes locum, de quo agitur apud Præsidem, esse constiterit, cum de maiore spatio causa quædam non finalis sed proprietatis est, apud ipsum Præsidem debeat terminari. Et si socius quid petat à socio, ante Præses iudicet, an præstari aliquid oporteat, & tunc demum illud per arbitros restituatur, quod constiterit esse soluẽdum. Dat. Cal. Aug. Basso & Ablauio coss.

Imppp. Valent. Theod. & Arcad. AAA. Neoterio PF. P.

Quinque pedum præscriptione summota, finalis iurgij, uel locorum libera peragatur intentio, sola sit igitur huiusmodi legibus una præscriptio, quæ improbi petitoris refrenare possit inuidiam, si ueteribus finem cum signis limes inclusus congruum erudita arte præstiterit. Nec uero prolixioris temporis in huiusmodi locum habebit ulla præscriptio, cum diuturno ocio alienũ rus quisque asserat se diligentius coluisse, quando omne huiusmodi iurgium solo præcipimus iure discindi, quo artis huius peritis omnem commisimus sub fideli arbitratione iudicium. Dat. VII. Cal. Aug. Augusto & Bautone coss.

Imppp.

Imppp. Theodosius, Arcadius, Honorius AAA. Rufo PF. P.

Cunctis motionibus & machinis amputatis finalibus iurgijs, omnem modum quem præscribimus, ac de eo tantum spatio, hoc est, pedum quinq;, qui ueteri iure præscripti sunt, sine obseruatione temporis arbitros iussimus iudicare. Quod si loca in controuersiam ueniant, solenniter iudicare cognoscas, & seu ciuilis, seu criminalis actio competit, tribuetur, ita ut causa cognita, & redhibitione obnoxius decernatur, nec pœnam conuictus aufugiat. Dat. pridie Non. Nouemb. Constantinop. Arcadio II. & Rufino coss.

Pauli ex Sententiarum lib. V.

De pœnis, qui terminos effodiunt, uel exarant, arbores ue terminales subuertunt: siquidem serui sua sponte faciunt, in metallum damnabuntur, humiliores in opus publicum, honestiores in insulam, amissa tertia parte bonorũ, relegabuntur.

DE SEPVLCHRIS.

Imperator Tiberius Cæsar.

DE ea lege agrorum custodienda, & limitum fidem stare oportet, quæ ad * decumanis ante hac assignata est, cum ager diuisus militi traderetur, ut extremis ac compaginantibus agris limitibusue suis monimenta sepulchráue sacrarentur. Nam quidam rationem agrorum per eas recturas putant obseruari, quo uiæ & itinera ante colonias nominata, in quibus monimenta constituta inueniuntur, uel constituuntur, putent esse finalia. Nam monimentum plurimis est constitutum rationibus. Est unum quod ad itinera publica propter testimonium perennitatis est constitutum, uel quod constituitur, quod rationem finium non recipit, nisi forte inter conuenientes ager diuisus pactione fuerit. Est & aliud, quod proximis ædibus uix unus quis miles uel consors condidit impositionibus suis, uel ad progeniem futurã, hæredibusue suis testis loco uice instrumentorum tabellarumue possessionis causa monstrauerit, quod æque nullã limitũ recipit rationẽ. Est & aliud, quod non longe ab ædibus, uel itinere publico constitutum, id est, iuxta legem Semproniam, & Iuliam, quod cardinibus & decumanis constitutum esse monstratur, quod rationẽ finium recipere uidetur, id est, cõcurrentium linearum, atq; secantium se inuicem, & ordinem in utroq; custodit limitum ratione discernens: Nam & alia intra agrũ sunt sita, quæ partes militum seruant, & iuxta perennem rationem unam lineam mittunt: hæ autẽ iugerationis modiũ seruandi causa sunt sita, quibus etiã termini lapidei appositi certã distinctionẽ dant. Quos oportet non ad fidẽ, nec rationẽ eorũ limitũ, qui maiorem modum agri recipiunt, pertinere. Eorum igitur sepulchrorum sequenda est constitutio, quæ extremis finibus concurrentes plures cursus agrorum expectat, atque multo longiores discretiones linearum perennes admittit. Sunt etiam monimenta in itineribus constituta, quæ fidem publicam tenent. Si tamen eiusdem uiæ cursus finitimus reperitur, finalia esse arbitramur: Omne enim monimentum dominorum nomina testatur, quæ ad iura possessionum pertinere noscuntur. Et ideo hanc legem dedimus, rationemue declarauimus, ut ære contineatur. Dat. Romæ, Cal. April. Tiberio Cæsare Consule.

Monimenta ueterum.

Impp. Theodosius & Valentinianus AA. Numo magno magistro officiorum. Post alia.

Præcipimus itaq; Agrimensoribus, ut pro laborum uicissitudine geometricæ artis, fundũ qui finire statuens in trifinij ratione steterit, & conuenientiam trium centuriarum ibidẽ esse signauerit, tres aureos accipiat, absq; sua pulueratica. Quod si limitem

Pulueratica.

limitem direxerit, uolumus, ut per singulas possessionis uncias singulos aureos accipiat, pro intentione, quæ inter partes sopietur. &c.

Iidem AA. Florentio PF. P.

Ope atq; auxilio nostræ clementiæ de magisterijs agrorum geometriæ, uel de finium regundorum, uel maxime de discipulis eorum cura magna sancimus, ut Spectabiles scribantur, & usque dum professi fuerint Clarissimi scribantur.

Et post alia.

Quoniam qui nõ fuerit professus, super hac lege sancimus damnari: Si sine professione iudicauerit, capitali sententia feriatur. Nam & usu armorum discere compelluntur Agrimensores. Dat. v. Cal. Mar. Constantinop. Theodosio A. COS.

Impp. Theodosius, & Valentinianus AA. Cyro PF. Orientaliũ.

Semper magnum aliquid reip. conferendi materia ministratur, quod semper aliquid nobis porrigitur emendandum. Quanta itaq; Magnitudinis tuæ prouinciarium cura est, per eos quoque indubie declaratur. Alluuionum, quæ contingi solent in prædijs, quæ ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura est, ut semper incerta possessio incertũ sit eius dominũ, quod possessori per alluuionem accrescit: Nam quod hodie possidemus, nonnunquam altero die uicini fundi dominio in alteram fluminis ripam translatum acquiritur. Nec tamen apud quem accrescit remanet, sed plerunq; redit ad priorẽ dominũ cum augmento: sæpe nec ad posteriorẽ manet, nec ad priorẽ redit: sed in harenã fluminis inundatione soluitur. Ideoq; suggestionẽ culminis tui admittentes, ut iudicio Agrimensoris finiatur. Non de Aegyptijs solis, nec de limi tantũ alluuonib. loquimur, sed quod salubre est orbi terrarum atq; omnibus prouincijs promulgamus, & ea, quæ per alluuionem possessoribus acquirũtur, neq; ab ærario uendi, nec à quolibet peti, nec separatim censeri, uel functiones exigi perpetua lege ualitura sancimus, ne per alluuionũ ignorantiã, uel rem noxiã possessoribus indicere uideamur. Similiter nec quidem quæ paludibus antea, uel pascuis uidebantur ascripta, si sumptibus ac laboribus possessorum nunc ad frugum fertilitatem translata sunt, uel uendi, uel peti, uel quasi fertilia separatim censeri, uel functiones exigi concedimus, ne hij doleant diligenter operam suam agri dedisse culturæ, ne diligentiam suam sibi damnosam intelligãt. Huius legis temeratorem quinquaginta librarum auri condemnatione coherceri decernimus. Inter quos habendum est officium quoq; tuæ sedis excelsæ, si aliquid eiusmodi suggesserit disponẽdum, uel si preces instruxerit † petitor. Inlustris itaq; ac magnifica autoritas tua suggestione tui culminis ac dispositione non admissa tantum, sed etiam collaudata hanc legem edictis propositis ad omnium notitiam perferri præcipiat † hæc Agrimensorum semper esse iudicia.

† petitoris

Hæc clausula alicunde arrepsit, cum in nõ nullis codicibus non legeretur.

Paulus libro XXIII. ad Edictum. Post alia.

Sed si Mensor ab altero solo conductus sit, condemnatio erit facienda ei, qui non conduxit in partem mercedis. Item post alia.

Si dicantur termini deiecti uel exarati, iudex qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest.

DE QVA-

DE QVALITATE AGRORVM.

AGrorum qualitates sunt tres: Vna agri diuisi & assignati: altera mensura per extremitates comprehensi: tertia arcifinij, qui nulla mensura continetur. Ager ergo diuisus assignatus est Coloniarum: hic habet conditiones duas, unam, qua plerunq; limitibus continetur: alteram, qua per proximos possessionũ rigores assignatus est, sicut in Campania Suessæ, Aruncæ. Quicquid autẽ secundum hanc conditionem in longitudinem est delimatum, per strigas appellatur: quicquid per altitudinẽ, per scamna. Ager ergo limitatus hac similitudine decumani & cardinibus continetur. Ager per strigas & scamna diuisus & assignatus est more antiquo in hac similitudine, qua in prouincijs arua publica coluntur. Ager est mensura comprehensus, cuius modus uniuersus ciuitati est assignatus, sicut in Lusitania Salmaticensibus, aut in Hispania citeriore Palatinis, & compluribus prouincijs. Tributarius solus per uniuersitatẽ populis est definitus. Eadem ratione & priuatorum agrorum mensuræ aguntur. Hunc agrũ multis locis Mensores, quamuis mensura extremũ cõprehenderint, in formam in modum limitũ condiderunt. Ager est arcifinius, sicut ait Varro, qui nulla mensura continetur, finitus secundum antiquã obseruationẽ fluminibus, fossis, montibus, uijs, arboribus antemissis, aquarum diuergijs, & † si qua loca, hoc est, quæ ante à possessore potuerunt obtineri. Nam ager arcifinius, ut idem ait Varro, ab arcendis hostibus est appellatus, qui postea interuentu litium per ea loca quibus finit terminos accipere cœpit. In hijs agris nullum ius subseciuorum interuenit. Subseciuum est, quod à subsecante linea nomen accepit subseciuum. Subseciuorum genera sunt duo: Vnum, quod in extremis assignatorum finium centuria expleri non potuit: Aliud genus subseciuorum, quod in medijs assignationibus, & integris centurijs interuenit. Quicquid enim inter quatuor limites minus quàm intractusum est, fuerit assignatum, in hac remanet appellatione, ideo quod is modus, qui assignationi supersit, linea claudatur & subsecetur. Nam & reliquarum mensurarũ actus, quicquid inter normalem lineam, & extremitatem interest, subseciuũ appellatur. Est ager similis subseciuorũ conditioni extractusus, & non assignatus, qui si reipub. pop. R. aut ipsius coloniæ, cuius fine circũdatur, siue peregrinæ urbi, aut locis sacris, aut religiosis, atque ad pop. R. pertinentibus datus non est, iure subseciuorum in eius, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ager extractusus est, qui intra finitimam lineam, & centurias interiacet. Ideoq; extractusus est, quia ultra limites finitima linea clauditur.

† sicca

Arcifinius ager.

Subseciuum.

Extractusus ager.

DE CONTROVERSIIS.

MAteriæ controuersiarum sunt duæ, finis, & locus. Harum conditio alterutra continetur quicquid ex agro de hijs interuenit. Sed quoniam in hijs quoque partibus singulæ controuersiæ diuersas proprias habent conditiones, propriæ sunt nominãdæ. Vt potui ergo comprehendere, genera sunt controuersiarum numero XV. De positione terminorum. De rigore. De fine. De loco. De modo. De proprietate. De possessione. De alluuione. De iure territorij. De subseciuis. De locis publicis. De locis relictis & extractusis. De locis sacris & religiosis. De aqua pluuia arcenda. De itineribus.

De positione terminorum controuersia est inter duos pluresue uicinos. Inter duos: An in rigore sit cæterorum siue rationis. Inter plures, trifinium faciat an quadrifiniũ. De horũ opinione cum constitit Mensori, si secundum proximi tem-

poris

poris poſſeſſionẽ non conueniunt, diuerſas attiguis poſſeſſoribus faciunt controuerſias, ſed ab integro forte alius de loco, alius de fine litigat.

De rigore cõtrouerſia eſt finitimæ cõditionis, quoties inter duos plurésue termi-
Lex Manilia de V. pedibus. nos ordinatos, ſiue quæ alia ſigna ſecũdum legẽ Maniliã intra quinq; pedes agitẽ. De fine ſimilis eſt controuerſia, nec dubiũ eſt, quin ſupra de finis conditione dixerim: nam & eadem lege continetur, & de quinque pedum agitur latitudine. Sed de fine quicquid per flexus, quibus arcifinij agri continentur, ut per extrema compromontoria, aut ſumma montium, aut fluminum curſus, aut locorum natura, quam ſupercilium appellant.

De loco cõtrouerſia eſt, quicquid excedit ſupraſcriptam latitudinem, cuius modus ad patentem non proponitur. Hæc autẽ controuerſia frequenter in arcifinijs agris uariorum ſignorum demonſtrationibus exercetur, ut foſſis, fluminibus, arboribus antèmiſſis, aut culturæ diſcrimine.

De modo controuerſia eſt in agro aſſignato: agitur enim de antiquorum nomi-
num propria defenſione, ut ſi L. Titius dextra decumanum, tertium citra cardinẽ quartam acceperit, ſortis ſuæ partes tres, ſiue quod huic ſimile, quartam habeat in quacunq; proxima centuria: huic enim uniuerſitati limes finem non facit, etiamſi publico itineri ſeruiat: Nam in cæteris agris de modo fit controuerſia, quoties promiſſionis modus non quadrat.

De proprietate controuerſia eſt plerunq;, ut in Campania cultorum agrorum ſyluæ abſunt in montibus ultra quartum aut quintum forte uicinũ: propterea proprietas, ad quos fundus pertinere debeat, diſcutiatur. Eſt & paſcuorum proprietas pertinens ad fundos, ſed in commune, propter quod ea compaſcua multis locis in
Compaſcua communia. Italia communia appellantur, quibuſdam prouincijs indiuiſa: Nam per hæreditates, aut emptiones eius generis cõtrouerſiæ fiunt, de quibus iure ordinario litigatẽ. De poſſeſſione controuerſia eſt, de qua ad interdictum, hoc eſt, iure ordinario litigatur. De alluuione fit controuerſia, fluminum infeſtatione, hinc fundi multas habent conditiones.

De iure territorij cõtrouerſia eſt, cũ ad ipſam urbẽ pertinens, ſiue quod intra pomeriũ eius urbis erit, quod à priuatis operibus obtineri non oportebit, cõtenditur. Eum dico locũ, quẽ nec ordo ullo iure à publico poterit amouere. Habet autẽ conditiones duas, unã urbani ſoli, alterã agreſtis, q; in tutela urbanæ rei fuerat aſſignatũ. Vrbani, quod operibus publicis datũ fuerat aut deſtinatũ. Huius ſoli ius, quãuis habita ratione Diuus Auguſtus de ſtatu municipiorum tractauerit, in proximas urbes peruenire dicitur, quarum ex uoluntate conditoris maxima pars finium coloniæ eſt attributa: aliqua portio mœnium extremæ perticæ obſignationis inclu-
ſa, ſicut in Piceno fertur inter montium Præcutianorum quandam oppidi partem Aſculanorum fine circundari. Quod ſi ad hæc reuertamur, hoc conciliabulum fuiſſe fertur, & poſtea in municipij ius relatum: Nam non omnia antiqua municipia habent ſuum priuilegiũ. Quicquid enim ad Coloniæ municipijue priuilegiũ pertinet, territorij iuris appellant. Sed ſi rationem appellationis huius tractemus, terri-
Territorium quid ſit. torium eſt, quicquid hoſtis terrendi cauſa conſtitutum eſt.

De ſubſeciuis controuerſia eſt, quoties aliqua pars centuriæ, ſiue tota non eſt aſſignata, & poſſidetur: aut quicquid de extremitate perticæ poſſeſſor proximus aliusue detinebit, ad ſubſeciuorum controuerſiam pertinebit.

De locis publicis, ſiue populi R. ſiue coloniarum municipiorúmue controuerſia eſt, quoties ea quæ neque aſſignata, neque uendita fuerint, aliquis poſſederit,
† quem uis ut alueum fluminis ueterem populi Rom. † Quamuis aquæ interpoſita inſula & diuiſi proximi poſſeſſores finibus reliquerint, aut ſyluæ, quas ad populũ Romanum multis locis pertinere ex ueteribus inſtrumẽtis cognoſcimus, ut ex proximo

in Sabinis

in Sabinis in monte Mutela: Nam & coloniarum, ac municipiorum ſimilis eſt conditio, quoties loca quæ Reip. data aſſignataue fuerant, ab alijs obtinebunt, ut ſubſeciua conceſſa. De locis relictis & extracluſis controuerſia eſt in agris aſſignatis: Relicta autem loca ſunt, quæ ſiue locorũ iniquitate, ſiue arbitrio conditoris relicta limites nõ acceperũt. Hæc ſunt iuris ſubſeciuorũ. Extracluſa loca ſunt æque iuris ſubſeciuorum, quæ ultra limites, & ultra finitimam lineam erunt. Finitima autẽ linea aut menſuralis eſt, aut aliqua obſeruatione, aut terminorum ordine ſeruatur. Multis enim locis aſſignationi agrorum immunitas ſuperfuit, ſicut in Luſitania finibus Auguſtorum. De locis ſacris & religioſis controuerſiæ plurimæ iure ordinario finiuntur, ſi de locorum eorum modo agitur, ut locorum publicorũ in montibus, aut ædium, quibus ſecundum inſtrumentum fines reſtituuntur. Similiter locorum religioſorum, quibus ſecundum cautiones modus eſt reſtituendus: habent enim & Mœſilia iuris ſui hortorũ modos circuniacentes, aut præſcriptum agri finẽ. De aquæ pluuiæ tranſitu controuerſia eſt, in qua ſi collectio pluuialis aquæ trãſuerſum alterius ſecãs finẽ, flumẽ influit, & diſcõuenit, ad ius ordinariũ ptinebit. Q d' ſi per ordinationẽ finis ipſius agitur, exigit Menſoris interuẽtum. De itineribus controuerſia, quæ in arcifinijs agris iure ordinario finitur: in
aſſignatis menſurarum ratione. Omnes enim limites ſecundum legem colonicam itineri publico ſeruire debent. Sed multi exigente ratione per deuia & confragoſa eunt, quà iter fieri non poteſt, & ſunt in uſu agrorũ eorum locorum, ubi proximus poſſeſſor, cuius forte ſylua limitem detinet, tranſitum inuerecunde denegat, cum itineri limitem, aut locum limiti debeat. Eſt & controuerſiæ genus, quod ad ſolum non pertinet, ſed de arborum fructibusq; earum, quæ in fine ſunt, ſiue intra, nec uſlam ad radicẽ habẽt controuerſiã, quoties inclinatæ in alterutrã ptẽ fructum iactauerint, inter affines mouent diſputationem. Sunt & aliæ limitum conditiones, quæ ad ſolum non pertinent, hoc eſt ad artem noſtram. Solum autẽ quodcunque coloniæ eſt aſſignatum, id uniuerſum pertica appellatur: Quicquid enim huic uni-
Pertica. uerſitati applicitum eſt ex alterius ciuitatis fine, ſiue ſolidum, ſiue cultellatũ fuerit, Præfectura appellatur. Cultellandi ratio quæ ſit ſæpe quæritur, † cuius præmenſi ſoli ſpatium conſummamus, & illam cliuorum inæqualitatem planam eſſe cogimus, dum menſuræ lateribus inſeruimus. Cultellamus ergo agrum eminẽtiorem, & ad planiciei redigimus æqualitatem, hanc nobis ratione ipſa ſeminum natura monſtrauit: omnis enim illa ſoli inæqualitas colligi poterit, niſi quod de terra quicquid naſcitur, in erectum exit, & illam terræ obliquitatem creſcendo atterit, nec maius ſpatium occupat, quàm ſi ex plano naſcatur.
† cum

AGGENI VRBICI

IN IVLIVM FRONTINVM COMMENTARIVM.

VScepimus qualitates agrorum tractandas, atq; plano ſermone & lucido exponendas. Volumus autẽ ea quæ à ueteribus obſcuro ſermone conſcripta ſunt, apertius & intelligibilius exponere, ad erudiẽdam poſteritatis infantiã, & quo dulcius poſſit diſciplinã appetere quàm timere: Nam primeuæ ætati quàm ſint radices amariſſimæ literarum, ſcientes literas non ignorant. Ideoq; ita planum facimus iter, ut exeuntes à priori-
Radices ſtudiorum amaræ.

bus ſtudijs literarũ, in hijs ſecundis ac liberalibus uenientes, diſciplinam hanc uelut ſuauitatẽ quandã poſt amaritudinẽ concupiſcãt. Iam nũc ergo pgamus exponere.

Agrorum qualitates tres eſſe Iulius Frontinus oſtendit, dicens, unam agri diuiſi & aſſignati. Videamus quis ſit hic ager diuiſus & aſſignatus: Sine dubio uideo alicuius formã agri magnam, quæ diuiſa eſt atq; aſſignata in tempore: Et niſi eſſet quædam materialis agri forma, quomodo poterat diuidi? An totum mundum, aut prouinciam totam unius poſſumus agri, qui ſit diuiſus, qualitatẽ acciperes? Et quia hoc ita intelligere mihi omnino uidetur abſurdum, eò quod ſubiungit continuo idem Frontinus. Altera menſura per extremitatem comprehenſi. Video ergo illum agrũ, qui dũ in ſe ducenta & eò amplius iugera contineret, poſtea iuſſu Principum interciſiuis limitibus diſtributus, quinquagenis iugeribus uel amplius, ut qualitas locorum inuenta eſt. Quæ interciſiones per trifinia & quadrifinia, ſiue interuenientium, uel interpoſitorum ratione ſignorum cernuntur eſſe diſpoſitæ. Alteram qualitatem dicit menſuram per eiuſdem agri extremitatem comprehẽſam. Iuxta hunc agrum de quo locuti ſumus, uidemus confinem eſſe modum menſura comprehenſum ſubſeciui, qui frequenter in extremitatibus aſſignatorum agrorũ incidẽs, menſurali linea cernitur comprehenſus. De hoc inferius ſuo loco apertius diſputabimus. Nam quidam centuriam uolunt intelligi menſuram dictam per extremitatem comprehenſam, quod & ipſum poteſt accipi: quia & ſi centenis hominibus ducentena iugera data legimus, quorum propter numerum appellata ſit centuria, legimus in quibuſdam locis ab uno mille & trecentena iugera fuiſſe poſſeſſa. Tertiã arciſinij agri qualitatẽ aſſignat. Arciſinius ager, ab arcẽdis hoſtibus nuncupatur, ſicut paulo inferius ſubſequens lectio manifeſtat. Hic & occupatorius ager dicitur, eò quod in tempore occupatus eſt à uictore populo, territis exinde fugatiſq; hoſtibus: quia non ſolum tantum occupabat unuſquiſq;, quantum colere præſenti tempore poterat, ſed quantum in ſpe colendi habuerat, ambiebat. Fines uero hijs ſignis inter ſe diuidebant, foſſis manufactis, arboribus antemiſſis, flumi num interuenientium curſu: iugis quoq; montium, quæ ex eo nomine accipiuntur, quod continuatione ipſa iungantur ſupercilijs, nec non itineribus uel diuerſis quæ aut loci natura, aut ſolers procurauit antiquitas. Ager ergo diuiſus aſſignatus eſt colonijs, ſiue municipijs unicuiq; poſſeſſioni modũ ſecundum terræ qualitatẽ. Hic ager habet conditiones duas, unam, qua plerunq; limitibus continetur. Alteram, qua per proximos poſſeſſionum rigores aſſignata eſt. Limes ergo eſt, quodcunq; in agro opera manuum factum eſt, ad obſeruationẽ finium. Rigor uero ſuæ rectitudinis naturalis nomen accepit. Quicquid autem ſecũdum hanc conditionẽ in longitudinem eſt delimitatum per ſtrigas appellatur: quicquid per altitudinem, per ſcamna. Strigatus ager eſt, qui à ſeptentrione in longitudinem in meridianũ decurrit. Scamnatus autem, qui eo modo ab occidente in orientem creſcit. Et altitudinem hanc ſecundum idioma artis uoluit Frontinus in orientem intelligi: Nam dum ſuperficiales nunc qualitates tantũmodo uel menſuras exponat, quomodo nos poſſumus ſolliditatis corpus aduertere, in quo altitudo aut craſſitudo ponatur? Ager ergo limitatus hac ſimilitudine decumanis & cardinibus continetẽ. Ergo hic ager, quem in hac ſimilitudine aſſerit cõtineri decumanis atq; cardinibus in re præſenti conſiderare poterit: Nam decumanum limitem traxerunt, ſicut Hyginus deſcribit, ab occidente in orientem: Cardinem uero à meridiano in ſeptentrionem duxerunt. Quidã uero ex aduerſo aſſerunt eos conſtitutos, nam & alibi limites facti ſunt ab hijs, qui ſolis ortum & occaſum ſecuti ſunt, quos feſellit ratio Geometriæ. Mihi tamen, ſicut Hyginus conſtituí decreuit limites, ita rationabile uidetur, ut decumanus maximus in orientem creſcat, & cardo maximus in meridianum. Ager per ſtrigas & ſcamna diuiſus & aſſignatus eſt, more antiquo in hac ſimilitudine, qua in

Centuria.

Fines agrorũ quibus argumentis deprehendas.

Limes.

Strigatus ager.

Scamnatus.

Decumanus limes.

qua in prouincijs arua publica coluntur: Ager ergo ſiue per ſtrigas, ſiue per ſcamna diuiſus ſit, ſiue quocunq; alio ordine ſuccedenti aſſignatus eſt more antiquo, atque arbitrio, in hac ſimilitudine, qua in diuerſis prouincijs arua publica coli perſpicimus. Nã quod publica arua coli dicit, ne admiremini: nã ideo publica hoc loco eum dixiſſe æſtimo, quod omnes etiam priuati agri tributa atq; uectigalia perſoluant: Nam paulo inferius dicit: eadem ratione & priuatorum agrorum menſurã agũtur. Vt aptius oſtenderet, publicum cum priuato eſſe conſortem: quia dum priuatus laborat in proprio, & tributum publico, & ſibi alimoniam arua excolendo procurat. Ager eſt menſura comprehenſus, cuius modus uniuerſus eſt ciuitati aſſignatus. Iſtius agri menſurã in unum modum quodammodo uideo comprehendi. Nunc hic modus uniuerſalis ſagacius à nobis inueſtigari debet: Videmus igitur modum per terminos territoriales, & limitum curſus, & titulos, id eſt, inſcriptis lapidibus, plerunq; fluminibus, nec nõ aris lapideis claudi territorium, atq; diuidi ab alterius territorio ciuitatis. Idcirco quicquid intra hunc modum eſt menſura diuiſum, ſuæ conſtat ciuitati omnibus modis aſſignatũ. Sicut in Luſitania Salmaticenſibus. Luſitania Prouinciæ nomen eſt: Salmaticenſes enim uicani proprie nũcupãtur. Ita & in Hiſpania citeriore Palatinis & compluribus Prouincijs tributarium ſolum per uniuerſitatẽ populis eſt definitum. Eadem ratione & priuatorum agrorum menſuræ aguntur: Hunc agrum multis locis Menſores, quamuis extremum menſura comprehenderint, in formam in modum limitũ condiderũt. Formarum uero ſunt v. genera: Vnum, quod ex flexuoſa linea continetur: Alterum, quod ex flexuoſa & rationabilibus: Tertium, quod ex circunferẽtibus: Quartum, quod ex circunferentibus & rectis: Quintum, quod ex rectis. Horum ſunt ſpecies infinitæ: Hunc ergo agrum, ne in formis uideamus tantummodo continetur, in modum limitum, ut ſciamus plenißime non poſſe formam cuiuslibet agri ſine limitum rectura ſubſiſtere. Sed prauidere formam diligẽtius commonemur, ut originẽ cuius interfuerit limitis efficaciter prædicemus: ſeu D M, ſeu K M. quinti quoq; aut quintarij, nec non & illos in omnibus demonſtrare, qui ſolis ortum & occaſum ſequuti ſunt, ut noſtra profeſſio coram artificibus integra & omnẽ ueritatẽ indagans approbetur. Eſt ager arciſinius, qui nulla menſura continetẽ. Hic eſt de quo ſuperius dixímus, qui & arciſinius, & occupatorius nominatur. Finitur ergo ſecundum antiquam obſeruationem, fluminibus, foſſis, montibus, uijs, arboribus antemiſſis, aquarum diuergijs, & per ea loca, quæ antiquitus à poſſeſſore potuerunt obtineri. Menſura ergo hunc agrum minime actum eſſe conſpicimus, ſicut cæteros agros: Interuentu uero litium poſtea per ea loca, quibus nunc finitẽ, ex arbitrio terminos accepit. In hijs enim agris nullum ius ſubſeciuorũ interuenit. Recte ergo ſubſeciuũ interuenire nõ potuit, qui menſura actus non eſt, de quo remanere, aut ſubſecari aliqd potuiſſet. Subſeciuum eſt quod à ſubſecante linea nomen accepit ſubſeciuum. Horum ſubſeciuorum duo ſunt genera, unum, quod in extremis aſſignatorum finium centuria exleri non potuit. Hoc inuenitur quinquaginta & ſexaginta contineri iugeribus. Et quamuis exigua parte minore fuerit inuentum, de modo centuriæ ſubſeciuum dicitur. Ita tamen ſi ſpatium maius fuerit, nomine centuriæ non carebit. Nam hæc ſubſeciua & conceſſa plerũq; inueniuntur, & reddita aliqua aſſignata: nam & cenſum quædam pro ſuo modulo ſuſceperunt. Secũdam illam uero maiorem aſſignationem ſubſeciuum maius centum iugera dictum eſt: ſubſeciuum minus quinquaginta iugera nuncupatum. In extremis uero aſſignatorum finium ut ſit aſſignatũ, aut quæ ſit extremitas uideamus. Extremitas finitima linea eſt, quæ interuenit aut per iter publicum, quod tranſcendi non poteſt, ſecundũ legem Colonicam: quia omnis

Formarum genera.

Subſeciuum minus. Minus.

Limites seruiunt itineribus publicis.

omnis limes itineri publico seruire debet: aut per limites siue terminos, aliaq; signa quibus territoria finiuntur, aut ubi insoluta loca remanserunt. Hæc autem sunt loca quæ insoluta dicuntur, quæ aut in saxosis & sterilibus locis sunt, aut in paludibus, ubi nulla potuit exerceri cultura: quia dum non esset quod excoli potuisset, † *alijs.* nullis necesse fuit limitum regulis obligari, propterea & soluta loca uocata sunt.

„ Aliud genus subseciuorum, quod in †mediis assignationibus & integris centurijs
„ interuenit: quicquid enim inter quatuor limites minus quàm intractusum est fue-
„ rit assignatũ, in hac remanet appellatione. Bene igitur & recte subseciuum uocari debet, quicquid inter quatuor limites fuerit assignatum, minus quàm intra ijsdem potuit claudi limitibus, quia unusquisque limes centuriæ suæ modum claudens, adductus est. At ubi omnes quatuor, æquis mensuris centurias continentes, *Aggeni liber diazographus à nobis omissus.* uno in loco conuenerint, sicut in subsequenti libello nostro designauimus, quem diazographum appellauimus, poterit agnosci, & minus clauserint agri spatium
„ quàm quod centuriæ singulæ, quibus seruitutem præstabant, poterant continere,
„ subseciuum iuste meruit appellari. Ideoq; is modus, qui assignationi supereſt, li-
„ nea claudatur & subsecetur: Nam & reliquarum mensurarum actus, quicquid in-
„ ter normalem lineam & extremitatem interest, subseciuum appellatur. De hoc superius disputauimus.

Normalis linea mensuralis dicitur: Extremitas uero ubi centuria ut expleretur
„ transire non potuit. Est ager similis subseciuorum conditioni extractusus & non
„ assignatus, qui si reipublicæ Populi Romani, aut ipsius coloniæ, cuius fine circun-
„ datur, siue peregrinæ urbi, aut locis sacris & religiosis æque ad populum Romanũ
„ pertinẽtibus, datus non est, iure subseciuorum in eius qui assignare potuerit rema
„ net potestate. In ambiguo uidẽ hic ager, & uelut indefinite remansisse: Si enim
hijs omnibus supradictis datus non est, utique in assignantis remanet potestate.
Hunc agrum Frontinus ita remansisse testatus est. Sed uideamus ne forte postea iussu principis alicui datus sit, qui terram metiri denuo præceperit, sicut Cæsaris Augusti temporibus factum est: Nam alia subseciua Vespasianus uendidit: alia autem quæ remanserunt Domitianus donauit atque concessit. Propterea hic ager succedentibus hucusque temporibus ita, hoc est, in ambiguo non potuit remanere, qui si remansit, in eius potestate profecto qui assignare potuerit, hoc est, qui acceperit à Principe assignandi licentiã: Nam agrimẽsor omnis doctus centurias delimitare potest, ac suis redintegrare limitibus: assignare autem nullo modo potest, nisi sacra fuerit præceptione firmatus.

Exemplar Argentoratense paulo plura habuit de limitibus prorsis, & trãsuersis, quæ tamen in Fuldensi cod. cc, quem sumus secuti, non extabãt

DE CONTROVERSIIS.

Vscepimus quoque tractandos controuersiarum status cum diuino præsidio. Materiæ, inquit, controuersiarum sunt duæ: finis & locus: harum conditio alterutra continetur. Sed quoniam singulæ controuersiæ diuersis conditionibus obligantur, propriæ nominandæ sunt. Genera autem controuersiarum, ut ait Frontinus, sunt numero XV. Sed quia hijs generibus species non dedit, & quia secundum regulam dialecticæ neque genus sine specie, neque sine genere species dici potest, omnino dixit impropriè. Nos tamen suum illi idioma relinquentes, ad intelligendas eas & exponendas, sicut promisimus, transeamus.

„ De positione terminorum controuersia est, inter duos plurésue uicinos: Inter
„ duos, an in rigore sit positus terminus cæterorum siue rationis: Inter plures trifini
„ um facit an quadrifinium. Cũ ergo possessor inuenerit terminum in possessione sua aliter formatum, aut aliter positum quàm cæteri, qui in ea possessione sunt, aut inscriptũ ut assolet, agit de eo in qua sit positus ratione, seu ipse trifinium faciat, siue ab alio

ab alio lineam procedentem excipiat: dumq; uicinus possessor huic extiterit ambiguitati contrarius, magna inter utrosq; controuersia agitatur. Solent enim hæc controuersiæ de comportionalibus nasci terminis: nam si de eorum latere linea, quasi ex artificis manu composita, uideatur exire, atq; in unius termini angulum impingere, qui in limite est positus, in istis, ut ait Frontinus, uelut instantium argumẽtorum oportunitas controuersialis aptatur: hoc enim plerunq; potest in limitibus inueniri. Nam si Veteranus filijs suis unam possessionẽ diuidens, inter tres aut quatuor portiones terminos uoluit interesse, potuit quippiam tale cõtingere, ut ex multis quicunq; respiceret angulum illius termini, qui in maximo est limite constitutus: Hos si quidem terminos, qui intra possessionum fines inueniũtur, comportio-
„ nales appellauit antiquitas. Qui si secundũ pristini temporis possessionem non
„ conueniunt, diuersas attiguis possessoribus controuersias generabunt. Sed ali-
„ us forte de loco, alius de fine litigat: Videndum hoc diligenti cura, & circumiri agrum diligẽter ante omnia oportet, de quo intentio uertitur, & redintegrato suis fundo limitibus, per maximorum limitum rationem, tum de comportionaliũ terminorum positione, quos uice tabularum antiqui intercidendis portiunculis inter filios suos defigebant, integra ab artifice ratio proferat. De rigore, atq; de fine licet similem potuerit controuersiam, unamq; eis conditionem esse firmauerit, tamẽ credo inter eos aliquid posse differre: Rigor enim naturalis est, qualiscunque enim rigor interuenit, constituentibus limites rarioribus locis terminos posuerunt, & seruari iubetur. Rigor si inuentus fuerit, de triginta pedum latitudine, ut ne ab utroq; possessore tangatur: quod si plus de triginta pedibus patuerit, iam collis est, qui exigit ut superior possessor in planum usq; descendat, & sibi defendat omnem deuexum locum: Hoc enim lex propter malignitatem inferioris possessoris instituit, ne aut arando, aut fodiendo superioris possessoris terras inuaderet. Termini quoq; quibusdam locis positi sunt, ut ab uno ad unum dirigantur per pedes ACCCXX. & supra usq; ad CCCCLXXX. & infra hoc si licet: Nam Tiburtini distant à se in pedibus ACCXL. & supra usq; ad DCLX. & infra: quod si spissiores non sunt, riparum & rigorum cursus seruabũt. Harum tamen quæ p̃ multa milia pedũ recturas, separationes ũe agrorum ab initio suo usq; ad occasum custodiunt, & in eas ripas aut rigores sequendos obseruarent, quæ intra corpus agri nascuntur, & ne suo latere decidunt, lex limitum eas prædamnauit. Ne id aliquando sequamini, quod maior potestas limitum, recturarumue cursus confirmat. Sed si conuẽtionis causa eas partes inter se conseruãdas censuerunt, non rectura imputandum, sed concurrenti definitioni fides est adhibenda. De fine enim lex Manilia quinque aut sex pedum latitudinẽ præscribit, quoniã hanc latitudinẽ uel iter ad culturas accedens occupat, uel circumactus aratri, quod usucapi non potest. Iter enim non quà ad culturas peruenitur capitur usu, sed id quod in usu biennio fuit. Finis enim multis documentis seruabitur, terminis, & arboribus notatis, & fossis, & uijs, & riuis, & uepribus, & sæpe normalibus, & ut comperi aliquibus locis, interarua marginibus quibusdam tanquam puluinis, sæpe etiã limitibus, item petras notatas, quæ in finibus sunt, pro terminis habebitis. Si arboribus notatis fines obseruabũtur, uidendum quæ partes arborum notatæ sint. Notæ enim in proprijs arboribus à foras ponuntur, ut arbores liberas in parte à nota derelinquat. Si cõmunes sunt arbores, mediæ notantur, & ad utrunq; pertinent. Nam si fossa erit finalis, uidendum utrum unius, an utriusq; sit partis, & si in extremo fine facta, itemq; utrum publica an uicinalis, si iugis montium, quæ ex eo nomine accipiuntur, quod continuatione ipsa iugantur. Hæc autem omnia genera finitimorum putato in uno agro posse sine dubio reperiri. *Notæ arborũ.*

De loco si agitur, quæ res hanc habet quæstionẽ, ut nec ad formam, nec ad usum scripturæ reuertat exemplũ, nisi tantũ hunc locũ hinc dico esse: & alter è contrario

similiter quæret ex similitudine feræculturæ comparationem accipit, id est, si syluæ cuius sit ætatis pars cæsuræ, & ætas arborum ut solent relinqui, quas antemissas uocant, & syluarum quoq; ætates an sint pares, si uineæ similes erunt in comparatione, an ordines æque distantes, an pari constitutione, & an simile genus uitium. Cõstabit tamen magis rem esse iuris, quàm nostri operis: quoniam ferè usucapiuntur loca quæ biennio possessa fuerint. Respiciẽdum erit, ne quemadmodum solemus uidere quibusdam regionibus particulas quasdam in mediis aliorũ agris, nunquid simile huic interueniat, quod in agro diuiso accidere non potest: quoniã continuæ possessiones & assignantur, & redduntur, & hijs forte incidit, ut tale quid committeretur, ut locus pro loco & continua sit possessio: Id ut dixi in assignantis fieri nõ potest. Solent quidam complurium fundorũ suorum domini, duos aut tres agros uni uelle contribuere, terminos qui finiebant singulos agros relinquere. Præterea cui contributi sunt uicini non, contenti suis finibus, tollunt terminos, quibus possessio eorum finitur, & eos qui inter fundos unius domini sunt sibi defendunt, ita & hæc dispicienda erunt. De modo quæstiones ferè in agris diuisis & assignatis nascuntur: Item questorijs & uectigalibus subiectis, quoniam scilicet in ære scripturæ modus comprehensus est, quod semper erit ad formam respiciendum, & hoc si duobus possessoribus cõueniat. Alio qui ex modo illo, qui ære scriptura continetur forma liquebit, etiamsi dominus aliquid uendidisset: Nanq; hoc comperi in Samnio, ut agri quos Diuus Vespasianus ueteranis assignauerat, eos ab ipsis, quibus assignati erãt, iam aliter possideri: Quidam enim emerunt aliqua loca, adieceruntq; suis finibus, & ipsa uel uia finiente, uel flumine, uel alio quolibet genere. Sed nec uendentes ex acceptis suis, aut ementes adijcientesq; ad acceptas suas certum modum taxauerunt. Sed ut quisq; modus aliqua ut dixi, aut uia, aut flumine, aut aliquo genere finiri potuit, ita uendiderunt emeruntq;. Ergo ad æs commodi reuocari potest, si duobus, inter quos controuersia est, conuenerit. In eis autẽ qui uectigalibus subiecti sunt, proximus quisq; possessioni suæ iunxit. Nam soliti erant antiqui in conductiones & in emptiones modum comprehendere, atque ita cauere fundum illum, iugera tot in singulis iugeribus. Tantum itaq; si in ea regione agitur, ubi hæc erit consuetudo, aut cautiones scilicet, aut emptiones intuendæ erunt, inter quos disputabitur, acta utriusq; mensura, si nihil ad cautionem conueniat, & neutrius possessio modũ cautione comprehensum impleat, magna erit rei confusio. Quæ rendumq; tunc quomodo in uniuersa regione magis opinione, q̃ mensura modum complecti soliti sint. De proprietate controuersia est plerunq;, ut in Campania, cultorum agrorum syluæ: absunt in montibus, ultra quartũ aut quintũ forte uicinũ. Nã ubi mons fuit proximus asper seu sterilis, super quo fundi cõstitui nequiuerũt, aut forte aquæ inopia habitatio hominibus prorsus negata est: Syluæ tamen dum essent glandiferæ, ne earum fructus perirẽt, diuiso mõte particulatim datæ sunt proprietates quædam fundis in locis planis & uberibus constitutis, qui paruis finibus stringebantur. Nam & in Suessano culti sunt, qui habent in monte Marico syluarum plagas determinatas, quarum proprietates ad quos fundos pertinere debeant, discutiatur: Nam & formæ antiquæ declarant ita esse. Respiciendum erit & illud, sicut dixi superius, quemadmodum solemus uidere quibusdam regionibus particulas in mediis aliorum agris: hoc argumentum prudentiæ est: quod professionis. Videndũ quoq; quoniam est & pascuorum proprietas pertinens ad fundos, sed in commune: propter quod ea compascua multis locis communia appellantur. Quibusdam Prouincijs pro indiuisa hæc ferè pascua certis personis data sunt depascenda. Sed in communi, quæ multi per potentiam in uaserunt, & colunt, de eorum proprietate ius ordinarium solet moueri, atq; interuẽtu † mensurarum demonstratur, ut sit assignatus ager: Nam per emptiones uel hæ-

† Mensorum

reditates

reditates huius generis controuersiæ sunt. Quædam loca feruntur ad personas publicas attinere: nam personæ publicæ etiam coloniæ appellantur, quæ habent assignata in alienis finibus quædam loca, quæ solemus præfecturas appellare. Harum præfecturarũ proprietates manifeste ad colonos pertinẽt, nõ ad eos q̃rũ fines sunt diminuti. Solent & priuilegia quædam habere beneficia Principum, quod longe & semotis locis saltus quosdam reddítus causa acceperunt: quæ proprietas ad eos quibus data est indubitate pertinet. Sũt & aliæ proprietates, quæ municipijs à Principibus sunt concessæ. De possessione fit controuersia, quoties de totius fundi statu per interdictũ, hoc est iure ordinario litigatẽ. Hoc est, disciplinæ nostræ iudicium. Sed apud Præsidem prouinciæ agitur, & ex lege restituitur possessio, cui poterit attinere. In hijs secundũ locum habet disciplina nostra, sicut lex ait, nisi de possessionis statu quæstio fuerit terminata, non licet Mensori præire ad loca.

De alluuione obseruatio est, si in occupatorijs agitur agris, quicquid uis aquæ abstulerit, repetitionem nemo habet, quæ res necessitatem ripæ muniendæ iniungit, ita tamẽ, ut sine alterius damno quicquã fiat. Si uero indiuisa & assignata regione tractabitur, nihil amittet possessor, quoniã formis per cẽturias certus cuiq; modus ascriptus est. Circa Padum autẽ cũ ageretur, quod flumẽ torrens, & aliquãdo tam uiolentũ decurrit, ut alueũ mutet, & multorũ late agros trans ripam, ut ita dicã, transferat, sæpe etiam insulas efficit. At Cassius Longinus uir prudentissimus iuris autor hoc statuit, ut quicquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat, quoniam scilicet ripã suam sine alterius damno tueri debet. Si uero maiore ui decurrẽs alueum mutarit, suum quisque modum agnoscat: quia non possessoris negligentia, sed tempestatis uiolentia abreptũ apparet. Si uero insulam fecisset, à cuius agro fecisset, id possideret: ac si ex cõmuni quisq; suã reciperet. Scio enim quibusdã regionibus cum assignarentur agri, ascriptũ aliquid per centurias flumini. Hoc autẽ prouidit autor diuidendorum agrorum, ut quoties tempestas fluuium concitasset, non per regionem excedens alueum uagaretur, sed sine iniuria cuiusq; deflueret. Hos tamen agros, id est hunc omnem modum, qui flumini ascriptus est, respub. quibusdam uendidit. Hæ quæstiones maxime in Gallia tota mouentur, quæ multis contecta fluminibus, immodicas alpium niues in mare transmittunt, & subitarum regelationum repentinas inundationes patitur. Aliquibus locis impetrauerunt possessores à Præside prouinciæ, ut aliquã latitudinem flumini daret: Nam & in Italia Pisaurum flumini latitudo est assignata, eatenus quousq; alluebat.

De iure territorij controuersia est, cũ quidã priuatorũ, aut pomeriũ eius urbis priuatis opibus inuerecũde uult quadere, aut arare de locis publicis, hoc est, ad ipsam urbẽ pertinẽtibus quidã priuatorũ usurpare tẽtauerint. Pomeriũ autem urbis est, quod ante muros spatiũ sub certa mẽsura dimissum est. Sed & aliqbus urbibus & intra muros simili modo est statutũ, propter custodiã fundamentorũ: qd' à priuatis opibus obtineri nõ oportebit. Hic locus est, qui à publico nullo iure poterit amoueri. Habet aũt conditiones duas, unã urbani soli, alterã agrestis: Vrbani soli, quod in tutela rei urbanæ assignatũ est. Agrestis, q̃d publicis operibus datũ est aut destinatũ. In tutela rei urbanæ assignatæ sunt syluæ, de qbus ligna in reparationẽ publicorũ mœniũ traherent. Hoc genus agri tutelatũ dicit: Nam aliquarum urbiũ maxima pars finiũ coloniæ est attributa. Coloniæ sunt quæ ex eo nomine accipiunt, q̃d Rom. in eisdẽ ciuitatibus colonos miserũt. Illarũ ergo urbiũ maxima finiũ pars data est colonis, quæ in remotiora loca, & lõge à mari posita uidebant, ut numerus ciuium, quẽ Diuus Augustus multiplicare conabat, haberet spatia, in quæ subsistere potuisset: Nã & in Piceno fert inter montiũ Præcutianorũ quandã partẽ oppidi Asculanorũ fine circũdari. Sed hoc cõciliabuli fuisse, et postea fert in municipij ius relatũ: Nam omnia antiqua municipia habẽt suũ priuilegiũ, ut Tudertini, qui apud

Pomeria urbis

Tutelatus ager.

Coloniæ.

Principes egerunt, ut Fanestres incolæ si essent alienigenæ, qui intra territoriũ inco
lerent, honoribus fungi in colonia nõ deberent. Sed Fanestres hoc postea impetra
uerũt, ut eis liceret fungi honoribus territorij. Aeque iuris cõtrouersia agitaẽ, quo
ties propter exigẽda tributa de possessione litigatur, cũ dicat una pars in sui eam fi
ne territorij cõstitutã, & altera è cõtrario similiter quæret. Hæc autẽ cõtrouersia ter
ritorialibus est finienda terminis: Nam inuenimus sæpe in publicis instrumẽtis si
gnificanter inscripta territoria, ita ut ex collegio qui appellatur Ille, ad flumẽ illud,
& per flumen illud, ad riuũ illũ, aut uiam illã, & per uiam illam, ad infima montis
illius, qui locus appellaẽ Ille, & inde p iugũ montis illius, in summo, & per summũ
montis, per diuergia aquæ, ad locũ qui appellaẽ ille, & inde deorsum uersus ad locũ
illũ, & inde ad compitũ illius, & inde per monumentũ illius, ad locũ illum, unde pri
mum cœpit scriptura esse. Sæpe eñ quorũdã aut monumẽta, aut fossæ, aut quorũ
dam sacellorũ aut fontiũ, unde riui flumináq; incipiũt, obseruanẽ fines territoriorũ.
Territorum. Si aũt rationẽ appellationis huius tractemus: Territoriũ est quicquid hostis terrẽdi
causa constitutũ est. De iure subseciuorũ subinde quæstiones mouenẽ. Sub
seciua aũt ea dicunẽ, quæ assignari nõ potuerũt, id est, cũ sit ager centuriatus in loca
culta diuisus, quæ in cẽturias erãt, cũ cẽturia expleri nõ potuit, subseciuũ appellãt.
Hæc aliquãdo autor diuisionis aut sibi reseruauit, aut aliquibus concessit, aut reip.
aut priuatis personis. Quæ subseciua quidã uendiderunt, quidã uectigalibus certo
tẽpore locant. Inspectis igiẽ perscrutatisq; omnibus cõditionibus, inueniri poterit
Domitianus subseciua donauit. quid sequi debeamus. Nam Domitianus per totã Italiã subseciua possidẽtibus do
nauit, edictoq; hoc uniuersis notũ fecit: Leges itaq; semper curiose legendæ inter
» pretandæq; erunt. De locis publicis, siue populi Rom. siue coloniarũ, munici
» piorũue controuersia est, quoties ea loca, quæ neq; assignata, neq; uendita fuerint,
» ab alijs obtinebũt ut subseciua cõcessa: Multis eñ locis cõperimus loca publica re
† operis periri, ut ex ꝓximis in Sabinis, in mõte Mutela, q nũc à priuatis † opibus obtineẽ.
Nã & regione Reatina itidem sunt loca: Pop. R. loca autẽ, quæ sunt publica uide
amus. Sunt syluæ, de quibus lignorũ copia in lauacra publica ministrãda cædunẽ:
Sunt & loca: quæ in pascuis sunt relicta, quibuscũq; ad urbem uenientibus peregri
Culinæ. nis. Sũt in suburbanis loca publica inopum destinata funeribus, quæ loca Culinas
appellãt. Sunt & loca noxiorũ pœnis destinata. Ex hijs locis cũ sint suburbana, sine
ulla religionis reuerentia solent priuati aliquid usurpare, atq; hortis suis applicare.
Sunt aũt loca publica coloniarũ, ubi prius fuere conciliabula, & postea sunt in mu
Præfecturæ. nicipij ius relata. Sunt & alia loca publica, quæ Præfecturæ appellanẽ. Nam & po
meria urbiũ, de qbus iam supius suo loco disputauimus, publica loca dici possunt.
Sed dũ diuersis cõditionibus constringunẽ, non possunt nisi sua suis locis incidere:
Nã & ubi uis aquæ aluei Tiberis populi Ro. tantũmodo insulã fecit, locus est pub
licus, syluæ etiã sunt iuxta hũc alueũ suis circũdatæ terminis, quæ casalia nõ utunẽ.
» De locis relictis & extractusis controuersia est in agris assignatis. Relicta autẽ
» ea loca sunt, quæ siue iniquitate locorum assignari nequiuerunt, siue ex uoluntate
» conditoris, hoc est Mensoris relicta, limites minime acceperunt. Dicuntur & ea re
» licta loca quæ uis aquæ obtinuit: Hæc loca & insoluta uocãtur, & iuris subseciuo
rum esse noscuntur. Extracusa loca sunt æque iuris subseciuorum, quæ ultra li
Finitima linea. mites, & ultra finitimã lineã erunt. Finitima autem linea aut mensuralis est, aut a
liqua obseruatione, aut terminorum ordine seruatur: Ergo fines coloniæ inclusi
sunt montibus: Propterea hæc loca, quod assignata non sint, relicta appellantur &
extracusa, quod extra limitum ordinationes sint, & tamen fine claudantur. Hæc
plerunque proximi possessores inuadunt, & oportunitate loci irritati, agrum obti
nent, cum hijs controuersiæ à rebus publicis solent moueri.
» De locis sacris & religiosis controuersiæ plurimæ iure ordinario finiuntur: S
enim

eñ loca sacra ædificabantur, quam maxime apud antiquos in confinio constitue
bantur, ubi trium uel quatuor possessionum terminatio conueniret: Et unusquisq; *Fana uetera in confinio.*
possessor donabat certum modum sacro illi ex agro suo, & quantum donasset scri
pto † faciebat, ut per diem solennitatis eorum priuatorũ agri nullam molestiam in *† forte sancie bat legendum.*
culcantis populi sustinerent. Sed & si quid spatiosius cedebatur, sacerdotibus tem
pli illius proficiebat. In Italia autem multi crescente religione sacratissima Christia
na lucos profanos, siue templorum loca occupauerunt & serunt. Sed hoc ideo ex
istimaui dicendum, ut magisterium suum si uult Mensor ostendere, modũ conces
sum fano illi demonstret. Locorum autem religiosorum similis est conditio, & hijs
namque secundum cautionem modus restituebatur antiquitus. Nam sanctum *Sanctum unde*
est plerunq; ut incorruptum: & à sanciendo sanctum dicitur. Religiosum à relegã
do mentes, ne male agant homines. Sacrum autem proprie dei est. Religiosum e
nim uel à relinquendo. Profanum autem, quod dum sanctum fuisset, postea in
usu hominum factum est hoc extra fanum, extra sanctuarium prophanum dictũ
» est. Mœsilia uero habent iuris sui hortorum modum circuniacentem uel præscri
» ptum agri finem. Nã lucos frequenter in trifinio & quadrifinio inuenimus, si
cut in suburbanis, & circa publica itinera constitutum esse perspicimus.
» De aquæ pluuiæ transitu controuersia est, in qua si collectus pluuialis aquæ trans
» uersum secãs finẽ alterius fundi dũ influit. Si aqua ex pluuia collecta riuũ fecerit
per longinquitatem temporum, & ut solet uideri ripam ex utraq; parte mediam se
cans erexerit, & hoc intra fines alterius, dumq; riuus ille limite includit, possessor
uicini agri calumniose sibi uelit fines ad riuum usq; defendere, non mediocre exin
de controuersiæ genus exoritur, sed hoc Mensoris est peritia finiendum.
» De itineribus controuersia est, quæ in arcifinijs agris iure ordinario finitur in assi
» gnatis mẽsurarũ ratione. Sed multi limites, exigente ratione, per deuia & confra
» gosa loca eunt, qua iter fieri nõ potest, & sunt in usu agrorũ in eis locis, ubi proxi
» mus possessor est, cuius forte sylua limitẽ detinet, & transitũ inuerecũde denegat:
» cũ itineri limitẽ, aut locũ limiti debeat. Nã plerunq; uia dum cũ limite currit, etiã
si uicinalis est, aut lignaria, aut priuata, finẽ præstat: † Regum ante uia uel limite, dũ
à se utriq; discesserint, desit uia finem præstare erit controuersia: Sed inspectio artifi
cis eam finiet. Satis ut puto dilucide genera controuersiarũ, uel primum agri qua
litatem exposui: nam & simplicius enarrare conditiones earum existimaui, quò fa
cilius ad intellectum peruenirent. Nũc quẽadmodũ singula pertractria debeant
persequendum est, uel quot sint status earum, id est, iniectiuus, expositiuus, subie
ctiuus, recuperatiuus, assumptiuus, initialis, materialis, effectiuus: sunt enim VIII.
Ex hijs omne genus controuersiarum exoritur. Iniectiuus ergo status est genera *Status contro uersiarum.*
lis: nam siue de possessione, siue de fine controuersia nascatur, per hoc repetitio iu
sta, iniustaq; initiatur. Expositiuus est status controuersiæ, quoties finitimorum ar
gumentorum caret demonstratione, & partiũ magis exigit enarrationem, per quã
exponẽdum sit, quo sint genere terminandæ, aut persuadendum iudici etiam, si lo
ci natura finitimam exhibeat similitudinem. Subiectiuus status est cõtrouersiæ, cũ
relinquitur status generalis, & alio quolibet statu controuersia defenditur. Recu
peratiuus est status, quoties nõ à trifinio aut quadrifinio, sed ex quolibet alio finis
loco incipientis termini recturam dirigit, & per incessum definitionis loca quædã
alteri fundo acquirit, aut solum auferet & alteri loco redditur. Assumptiuus primæ
controuersiæ status est, qui est de positione terminorum, in rigorem aut in finem
transcendit. Initialis controuersiæ status, de rigore pertinens ad materiam, transcen
dit in controuersiam, quæ est loco tertio: de fine status materialis non conditionẽ
mutat, neque materiam efficit. Materialis status est, ex quo omnes controuersiæ in
cipiunt, de loco duntaxat; nam transcendentiã nõ habet de hoc effectiuus, sed dum
consum

consummatus fuerit, nascitur. Nam effectiuus est, cum de loco litigatur, & idoneas partes ad litigium aduocatiões instituunt. Respitio etenim quantumlibet, quod Mensoris prouidentiæ iniungatur. Sed nec minus aduocatis, quorũ ars licet diuersa sit, prudentiam tamen & simplicitatem eandem habere debent, & qui iudicaturi sunt, & qui aduocationes sunt præstituri: In iudicando autem Mensor bonus uir & iustus agere debet, nulla ambitione aut sordibus moueri: seruare opinionem & arte, & moribus: omnis illi artificij ueritas custodienda est, exclusis illis similitudinibus, quæ falsæ pro ueris subijciuntur: quidam enim per imperitiam, quidam per impudentiam peccant. Totum autem iudicandi officium, hominem bonum, iustum, sobrium, castum, modestum, & artificem egregium exigit. Hoc autem possessores æquo animo ferre non possunt: Nam cum hijs ueritas exposita fuerit, aduersus synceritatem artis facere cogunt. Multa sunt enim in professione, quæ generaliter pro ueris offerantur, multa quæ speciaLiter, quædam quæ argumentaliter, quædam coniecturaliter etiam mentiri artifices coguntur.

Mensoris officium.

AGGENI VRBICI IN IVLIVM FRONTINVM COMMENTARII FINIS.

LECTORI.

Cum iam supremã operi manũ essemus imposituri, Humaniss. lector, commodũ ad nos est aliud exemplar è bibliotheca Augustensi opera Sigismundi Ilsungi allatũ, ad quod cũ priores tres terniones, quos beneficio Ioan. Cochlæi humanissimi uiri è bibliotheca Mogontinẽsi obtinueramus, contulissemus, deprehendimus quædã non indigna notatu. Ea, ne uel ulla parte nos cessasse uolentes criminari queas, adiecimus. Cætera uero emendatiora paulo ex Argentoratensi & Morpacensi bibliothecis mutuati sumus. Vale.

Folio secundo, pagina secunda in lege. Quoties. Ita lege. Quoties rescripto nostri præiudicij uel moratoria præscriptio emittetur, aditus supplicandi pandatur. Quod autem totius negotij cognitionem tollit, & uires principalis negocij exhaurit &c. Item fol. eodem leg. Vniuersa, legitur: Mansuetudinis nostræ pondere: lege pudore. Fol. 3. pag. 1. leg. Dubium non est, sic habes. Consultorum omnium consona responsione extimatur, lege, confirmatur. Fol. eodem lege. Si quis asserat, habetur: Nisi quod præscriptis: lege, ex scriptis. Fol. eodem pag. 2. lege: Super hijs, habetur: Vt si inter negocia usquequaq; decursu. Augustense exemplar habet: Vt si internis negocijs decursis. Item lege eadem legitur dexterando: Exemplar emendatius habet: De iterando. Fol. 4. pag. 1. leg. Cessent, legĩ: Absit ab inducẽdo &c. Ita legendum est: Absit ab inducendo eius, qui officij princeps dicitur prædatio, nullos litigatoribus adiutores eorundem officij principum concussiones adhibeant, Centurionum aliorumq; officialium parua magnaq; poscentium intolerandi impetus obligentur, eorũ qui iurgantibus acta restituunt &c. Fol. eodem pag. 2. leg. Prouincijs, habetur compulsus, legendum est, compulsor. Fol. 5. pag. 1. in lege: Honorati, legitur. Quinq; itaq; pondera auri. Augustense habet: Quinquagin ta pondo auri. Fol. eodem in lege: Nemo, ita lege. Nemo iudex Officialem adeam &c. Fol. 6. pag. 1. in leg. Velut castrense: legitur condonare. Rectius opinor legitur in Augustensi, coadunare. Fol. 7. pag. 2. in lege: Exceptis hijs: ita legitur. Siquidem possint uenire ad altioris iudicis notionem, cum iudicantũ: Legendum est, iudicatum. Et paulo post: Semel fastidio, legendum: se uel. Et in fine: Et in primoris &c. legat: Et in primores officij pœna deportationis ilico depromatur. Fol. 9. pag. 1. leg. Nulli prorsus. Ita legat: Nulli prorsus nõ impetratæ actiõis in maiore uel in minore iudicio agendi opponat exceptio, quam tamẽ rei causam ex proposito negocio competentem esse constiterit. Fol. eodem leg. Si quando minoribus uel adultis &c. Malim adolescentibus, pro adultis legere. Fol. eodem pag. 2. leg. Post celebratam, legitur: Bis exordium auspicatur. Legatur, litis exordium.

Cætera sunt emendatiora.

EXCVDEBAT BASILEAE HENRICVS PETRVS MENSE MARTIO ANNO M. D. XXVIII.

Karl August.

F. M. a. 15.